

BAYERISCHE AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN

Veröffentlichungen der Kommission für die Herausgabe ungedruckter Texte
aus der mittelalterlichen Geisteswelt

Band XXV

RICHARD FISHACRE

IN SECUNDUM LIBRUM
SENTENTIARUM

Part 2:
DIST. 21–44
APPENDICES

Edited
by
R. James Long

MÜNCHEN 2011
VERLAG DER BAYERISCHEN AKADEMIE
DER WISSENSCHAFTEN
IN KOMMISSION BEIM VERLAG C. H. BECK MÜNCHEN

Die *Edition dreier zentraler Kommentare zu den Sentenzen des Petrus Lombardus* wird als Vorhaben der Bayerischen Akademie der Wissenschaften im Rahmen des Akademienprogramms von der Bundesrepublik Deutschland und vom Freistaat Bayern gefördert.

ISBN 978 3 7696 0970 7

© Bayerische Akademie der Wissenschaften, München 2011
Satz: Klaus Rodler, München
Druck und Bindung: Druckerei C. H. Beck Nördlingen
Printed in Germany

To Maura O'Carroll SND,
the spiritual mother of the
Fishacre project

Table of Contents

Introduction	9*
1. Sources	9*
1.1 Manuscript Sources	9*
1.2 Printed Sources	9*
1.3 Notes on Sources	14*
2. The Q Text	15*
3. List of abbreviations	16*
 In secundum librum Sententiarum, dist. 21–44	 1
 Appendix A: Quaestio de aeternitate mundi	 315
Appendix B: Quaestio de luce	333
Appendix C: Quaestio de aquis quae sunt supra firmamentum	339
Appendix D: Quaestio de caelo	355
Additiones	365
 Index rerum quae in dist. 21–44 et in appendicibus tractantur	 385
Index auctorum et scriptorum	391

INTRODUCTION

1. Sources

1.1 Manuscript Sources

- Aristoteles,
De partibus animalium et Historia animalium, Cambridge, Gonville & Caius Coll. MS 109/178.
- Hugo de Sancto Caro,
Commentaria in quattuor libros Sententiarum, Città di Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana MS lat.1098.
- Praepositinus,
Summa, Paris, Bibliothèque nationale lat. MS 14526.
- Ptolemaeus,
Centiloquium, München, Bayerische Staatsbibl. Clm. 228.
- Richardus Rufus,
In IV libros Sententiarum, Oxford, Balliol Coll. MS 62.

1.2 Printed Sources

- Albertus Magnus,
Quaestio de peccato originali, ed. Colon., 25.2.
Quaestio de poena parvulorum sine baptismo decedentium, *ibid.*
- Albumasar,
Liber introductorii maioris ad scientiam iudiciorum astrorum, tr. Ioannis Hispan., rev. Gerard. Cremon., ed. Richard Lemay, vol. 5 (Naples 1996).
- Alcher Claraevallensis (Ps.-Augustinus),
De spiritu et anima, PL 40.
- Alexander de Hales,
De duratione mundi, ed. Donald M. Nathanson (diss., University of Southern California, 1986), pp. 63–115.
Glossa in IV libros Sententiarum Petri Lombardi, ed. Pp. Collegii S. Bonaventurae, in *BFS* XII–XV (ad Claras Aquas 1951–1957).
Summa theologica, ed. Pp. Collegii S. Bonaventurae, 4 voll. (ad Claras Aquas 1924–1948).
- Alexander III,
Epistolae, PL 200.
- Alfraganus (al-Farghani),
Liber de aggregationibus scientiae stellarum, tr. Gerard. Cremon., ed. Romeo Campani, in *Collezione di opuscoli danteschi inediti o rari*, voll. 87–90 (Florence 1910).
- Alhacen (Ibn al-Haitham),
Perspectiva, in *Opticae thesaurus*, ed. F. Risner (Basel 1572; repr. New York 1972).

De aspectibus I–III, ed. A. Mark Smith, in *Alhacen's Theory of Visual Perception*, vol. 1 (Philadelphia 2001).

Ambrosius,

Apologia David altera, PL 14.

De Spiritu Sancto, CSEL 79.

Expositio Evangelii secundum Lucam, CCL 14.

Hexameron, CSEL 32.1.

Anon.,

Vita S. Petri Prioris, PL 185.

Vita S. Theobaldi, PL 185.

Vita S. Walpurgis, PL 129.

Anselmus Cantuariensis,

Cur Deus homo, ed. F.S. Schmitt, vol. 2, in *Opera omnia* (Edinburgh 1938–1961).

De casu diaboli, ed. Schmitt, vol. 1.

De conceptu virginali et de originali peccato, ed. Schmitt, vol. 2.

De libertate arbitrii, ed. Schmitt, vol. 1.

De veritate, ibid.

Epistolae, ed. Schmitt, vol. 3.

Meditationes, ibid.

Proslogion, ed. Schmitt, vol. 1.

Apocryphes du N.T., ed. E. Amann, *Dict. de la Bible*, suppl. 1 (Paris 1928).

Aristoteles,

Analytica posteriora, tr. Iacobi, ed. L. Minio-Paluello, *Aristoteles Latinus* 4.2 (Paris 1953).

Categoriae, ed. L. Minio-Paluello (Paris 1961).

De anima

De caelo

De generatione animalium, ed. A. van Oppenraaij

De generatione et corruptione

De interpretatione

Ethica, tr. antiquissima II–III sive ‘*Ethica Vetus*’, ed. R.A. Gauthier, *Aristoteles Latinus* 26.2 (Leiden-Bruxelles 1972).

Metaphysica

Physica, tr. vetus, ed. F. Bossier et J. Bruns (Leiden 1990).

Topica, ed. Minio-Paluello (Paris 1969).

Ps.-Aristoteles,

Liber de causis, ed. Adriaan Pattin (Leuven 1967).

Auctoritates Aristoteles, ed. J. Hamesse (Louvain-Paris 1974).

Augustinus,

Confessiones, CCL 27.

Contra Academicos, CCL 29.

Contra Adimantum, CSEL 25.

Contra epistolam fundamenti, CSEL 25.

Contra Faustum, CSEL 25.

Contra Iulianum Pelagianum, CSEL 85.1; PL 44.

Contra Maximinum, PL 42.

De civitate Dei, CCL 47–48.

De coniugiis adulterinis, CSEL 41.

- De diversis quaestionibus octoginta tribus*, CCL 44A.
De doctrina Christiana, CCL 32.
De duabus animabus, CSEL 25.1.
De fide et symbolo, CSEL 41.
De Genesi ad litteram, CSEL 28.1.
De Genesi contra Manichaeos, PL 34.
De gratia Christi et de peccato originali, PL 44.
De haeresibus, CCL 46.
De libero arbitrio, CCL 29.
De moribus ecclesiae catholicae, CSEL 90.
De musica, PL 32.
De natura boni, CSEL 25.
De natura et gratia, CSEL 60.
De nuptiis et concupiscentia, CSEL 42.
De perfectione iustitiae hominis, CSEL 42.
De praedestinatione sanctorum, PL 44.
De quantitate animae, CSEL 89.
De sermone Domini in monte, CCL 35.
De Trinitate, CCL 50.
De vera religione, CCL 32.
Enchiridion, CCL 46.
Enarrationes in Psalmos, CCL 38–40.
Epistola ad Deogratias sacerdotem, CSEL 34.
Epistola ad Ianuarium, CSEL 34-II
Epistolae, CSEL 34, 44, 57, 58.
Expositio epistolae ad Romanos, CSEL 84.
Quaestiones in Heptateuchum, CCL 33.
Retractationes, CCL 57.
Sermones, PL 38–39, CCL 41.
Soliloquia, CSEL 89.
Tractatus in Ioannis evangelium, CCL 36.
- Ps.-Augustinus,
- De ecclesiasticis dogmatibus* (vide Gennadius infra).
De fide ad Petrum (vide Fulgentius infra).
De spiritu et anima (vide Alcher supra)
De vera et falsa poenitentia, PL 40.
Hypognosticon, PL 45.
Sermo de symbolo contra Iudaeos, paganos et arianos, PL 42.
- Averroes,
- In Metaphysicam Aristotelis* (Venice 1574).
- Avicenna,
- Philosophia prima*, ed. S. Van Riet (Louvain-Leiden 1980).
- Basilus,
- Hexaemeron*, Sur l'origine de l'homme (Homelie X et XI de l'Hexaemeron de Basile de Césarée), ed. A. Smets et M. van Estbroeck (Paris 1970), Sources Chrétiennes, 160.
- Beda Venerabilis,
- De natura rerum*, CCL 123A.
In epistolam Ioannis, CCL 121

Bernardus,

De gratia et libero arbitrio, ed. Cist., 3 (Rome 1963).

Epistolae, ed. Cist., 7 (Rome 1974).

Bibliorum sacrorum latinae versiones antiquae, ed. P. Sabatier (Reims 1743).

Boethius,

De consolatione philosophiae, CCL 94.

In librum Aristotelis de interpretatione, PL 64.

Canones adversus Origenem, in Denzinger, *Enchiridion symbolorum* (=DS), edd. H. Denzinger et A. Schönmetzer, 32^a ed. (Rome 1963).

Cicero,

De divinatione, ed. A.S. Pease (Darmstadt 1973).

De tusculanis disputationibus, ed. LCL (London 1927).

Crux fidelis, *Missa praesantificatorum*.

Ps.-Dionysius Areopagita,

De divinis nominibus, tr. Ioannis Scoti Eriugenae, PL 122; ed. P. Chevallier, *Dionysiaca*, 1 (Paris 1937)

Eustathius,

In Hexameron S. Basilii Latina Metaphrasis, ed. E. Amand de Mendieta et S.Y. Rudberg (Berlin 1958).

Fulgentius Ruspensis (Ps.-Augustinus),

De fide ad Petrum, CCL 91A.

Gennadius (Ps.-Augustinus),

De ecclesiasticis dogmatibus, PL 42.

Gilbertus Porretanus,

Liber de sex principiis, in *Aristoteles Latinus* 1.6-7, ed. L. Minio-Paluello (Bruges 1966).

Glossa ordinaria et interlinearis, editio princeps (Strassburg 1480/81; repr. 1992).

Gregorius Magnus,

Epistolae, PL 77.

Moralia in Iob, CCL 143–143B.

Gregorius Nyssenus,

De hominis opificio, PG 44.

Guillelmus Altissiodorensis,

Summa aurea, ed. J. Ribaillier, lib. 2, vol. 2 (Grottaferrata 1982).

Guillelmus Alvernus,

De anima, in *Opera omnia*, vol. 2 (Paris 1674; repr. Frankfurt am Main 1963).

Hieronymus,

Apologia adversus libros Rufini, PL 23.

Commentarium in Aggaeum, CCL 76A.

Commentarium in Amos, CCL 76.

Commentarium in Ecclesiastem, CCL 72.

Commentarium in Ezechielem, CCL 75.

Commentarium in Isaiam, CCL 73.

Commentarium in Osee, CCL 76.

Commentarium in Psalmos, CCL 78.

Epistolae, CSEL 54–56.

- Hugo de Sancto Caro,
Postillae in bibliam 6 voll. (Basel 1504).
- Hugo de Sancto Victore,
De sacramentis christianae fidei, PL 176.
- Ps.-Hugo de Sancto Victore,
De fructibus carnis et spiritus, PL 176.
Summa sententiarum, ibid.
- Ioannes Chrysostomus,
Homiliae in Matthaum, PG 57.
Homiliae in II ad Timotheum, PG 62.
In epistolam ad Hebraeos, PG 63.
- Ps.-Ioannes Chrysostomus,
Opus imperfectum in Matthaum, PG 56.
- Ioannes Damascenus,
De fide orthodoxa, tr. Burgundionis, ed. E.M. Buytaert (St. Bonaventure 1955).
- Iosephus,
Antiquitates Iudaicae. The Latin Josephus, ed. F. Blatt (Aarhus 1958).
- Isidorus de Sevilla,
De ordine creaturarum, PL 83.
Etymologiarum libri XX, ed. W.M. Lindsay (Oxford 1911).
- Macrobius,
Commentarium in somnium Scipionis, ed. J. Willis (Leipzig 1963).
- Moses Maimonides,
Dux neutrorum (Paris 1520, repr. Frankfurt a.M. 1964).
- Nemesius,
De natura hominis, PG 40.
- Pelagius,
Epistola ad Demetriadem, PL 30.
- Petrus Comestor,
Historia scholastica, PL 198.
- Petrus Lombardus,
Collectanea in omnes D. Pauli Apostoli epistolas, PL 191–192.
Collectanea in psalmos, PL 191.
Sententiae in IV libris distinctae, ed. Coll. S. Bonaventurae, 1 (Grottaferrata 1971).
Sententiae in IV libris distinctae, ed. Coll. S. Bonaventurae, 2 (Grottaferrata 1981).
- Plato,
Timaeus, tr. Calcidii, ed. J. Waszink, in *Plato Latinus*, 4 (London 1962).
- Plinius,
Naturalis historia, ed. J. Sillig (Leipzig 1831).
- Priscianus,
Institutiones grammaticae, ed. H. Keil, Grammatici Latini 2–3 (Leipzig 1855–1859).
- Porphyrius,
Isagoge, in *Porphyrii isagoge*, tr. Boethius, ed. L. Minio-Paluello, *Aristoteles Latinus* 1.6 (Bruges-Paris 1966).

Proverbia sententiaeque latinitatis medii aevi, ed. H. Walther (Carmina medii aevi posterioris latina), nova series (Göttingen 1963–1986).

Ptolemaeus,

Almagestum, tr. Gerard. Cremon. (Ingolstadt 1533)

Rabanus Maurus,

Commentarium in Sapientiam, PL 109.

De universo, PL 111.

De videndo Deum, de puritate cordis et de modo poenitentiae, PL 112.

Raimundus de Peniaforte,

Summa de poenitentia, ed. X. Ochoa et A. Diez, in *Universa biblioteca Iuris*, vol. I.B. (Rome 1976).

Richardus Fishacre,

Super S. Augustini librum De haeresibus adnotationes, ed. R.J. Long, *AHDL* 60 (1993) 207–79.

In tertium librum Sententiarum, Teil 2: dist. 23–40, ed. K. Rodler (Munich 2003).

Robertus Grosseteste,

De cessatione legalium, ed. R. Dales et E. King (Oxford 1986).

De motu supercaelestium, ed. L. Baur, *BGPM* 9 (1912).

De libero arbitrio, *ibid.*

De libero arbitrio, ed. N. Lewis, in “The First Recension of Robert Grosseteste’s *De libero arbitrio*,” *MS* 53 (1991) 1–88.

De veritate, ed. Baur, *BGPM* 9 (1912).

Dicta, ed. J. Goering (www.grosseteste.com/dicta).

Hexaameron, ed. R. Dales et S. Gieben (Oxford 1982).

Quod homo sit minor mundus, ed. Baur, *BGPM* 9 (1912).

Seneca,

De beneficiis, ed. LCL (Cambridge MA-London 1958).

Ad Lucilium epistolae morales, ed. L.D. Reynolds, 2 voll. (Oxford 1965).

Solinus,

Collectanea rerum memorabilium, ed. T. Mommsen (Berlin 1864).

Summa poenitentiae fratrum praedicatorum, edd. J. Goering et P. Payer, *MS* 55 (1993) 1–50.

Symbolum Apostolicum, *DS*.

Thomas de Chobham,

Summa confessorum, ed. F. Broomfield, *Analecta mediaevalia Namurcensia* 25 (Louvain 1968).

Vergilius,

Aeneid, ed. R.G. Austin, *P. Vergili Maronis Aeneidos Liber Quartus* (Oxford 1955).

1.3 Notes on Sources

As in the first part, Fishacre continues to rely principally on St. Augustine and Pseudo-Augustine, following the lead of the Lombard text, as well as on the Aristotelian corpus. With respect to the latter, it should be noted that no fewer than twenty-six references are to be found in the florilegium of Aristotle’s works edited

by Jacqueline Hamesse.¹ Fishacre also continues to mine the *Glossa in libros Sententiarum* of Alexander of Hales (twenty-six references) as well as the Sentences-Commentary of fellow Dominican Hugh of St. Cher (nineteen references).² In his magisterial treatment on the free choice of the will issue, finally, he is a close reader of the *De libero arbitrio* of Robert Grosseteste.³ For the rest Fishacre, as is evident in the list above, exhibits an acquaintance with a wide range of classical, biblical, patristic, Arab, and scholastic sources.

2. The Q Text

The conjectured existence of a *quaternus*, containing post-Sentences writings of Fishacre, has been explored at some length in the introduction to Part 1,⁴ and, as there indicated, these are printed at the end of this volume. The *quaestiones* contained in Appendices A and B are found only in *P* and *R*, whereas those in Appendices C and D are missing in only two or three manuscripts.⁵ Although these last two present a stronger case for having been a part of the original Commentary, it should be noted that the text in Appendix C appears in its proper place in only two manuscripts, and that in Appendix D in only four.⁶

Finally, lengthier marginal notes that appear in only one or at most two manuscripts have been printed in the section entitled *Additiones*.⁷ My assumption is that at least for the most part these are notes made by users of the Commentary and do not belong to Fishacre.⁸ Notwithstanding, they may prove to be of some interest, especially if their authors can be identified.

¹ See Richard Fishacre, *In secundum librum Sententiarum*, Part 1, ed. R. James Long (Munich 2008), 19*.

² Ibid.

³ Ibid., 18*.

⁴ Ibid., 35*–38*.

⁵ See chart in *ibid.*, 36*, n. 76.

⁶ See *ibid.*

⁷ See below, 365–83. The greatest number (33) are found in *B*, but the lengthiest in *C*.

⁸ See Fishacre, *Sent.* 2, Part 1, 36*.

2. List of abbreviations

<i>add.</i>	addidit
<i>add. m. post.</i>	addidit manu posteriori
<i>al. lect.</i>	alia lectio
<i>al. litt.</i>	alia littera
<i>al. m.</i>	alia manu
<i>cf.</i>	confer, etc. (indicates a parallel reference)
<i>coll. ex</i>	collecta ex
<i>coni.</i>	conicitur
<i>corr.</i>	correxī
<i>corr. ex</i>	correxī ex
<i>del.</i>	delevit
<i>dist.</i>	distinctio
<i>ed.</i>	edidit; in apparatu variantium editio critica Sententiarum Petri Lombardi
<i>edd.</i>	editores
<i>eras.</i>	erasit
<i>h.l.</i>	hoc loco
<i>hom.</i>	homeoteleuton
<i>ibid.</i>	ibidem
<i>i.e.</i>	id est
<i>inv.</i>	invertit
<i>interlin.</i>	interlinealiter
<i>lib.</i>	liber, libro
<i>m. post.</i>	manu posteriori
<i>marg.</i>	in margine
<i>n.</i>	numerus
<i>om.</i>	omisit
<i>q.</i>	quaestio
<i>rescr.</i>	rescripsit
<i>rep.</i>	repetivit
<i>resp.</i>	respice (indicates a likely, but non-literal reference)
<i>sign.</i>	signavit
<i>spat.</i>	spatium
<i>sqq.</i>	sequentes
<i>transp.</i>	transposuit


AHDL	<i>Archives d'histoire doctrinale et littéraire du moyen age</i> (Paris)
BGPM	<i>Beiträge zur Geschichte der Philosophie des Mittelalters</i> (Münster i. W.)
BFS	<i>Bibliotheca Franciscana Scholastica</i> (Quaracchi)
CCL	<i>Corpus Christianorum, series latina</i> (Turnhout)
CSEL	<i>Corpus scriptorum ecclesiasticorum latinorum</i> (Vienna)
DS	<i>Enchiridion Symbolorum</i> , ed. H. Denzinger, 32 ^a ed. (Rome 1963)
LCL	<i>Loeb Classical Library</i> (Cambridge MA 1912-)
MS	<i>Mediaeval Studies</i> (Toronto)
PEM	Lottin, O., <i>Psychologie et morale aux XII^e et XIII^e siècles</i> , 7 vols. (Louvain 1942–1954)
PG	Migne, <i>Patrologiae cursus completus, Series Graeca</i> , 162 vols., cum translatione latina (Paris 1857–1866)
PL	Migne, <i>Patrologiae cursus completus, Series Latina</i> , 221 vols. (Paris 1844–1864)
RTPM	<i>Recherches de théologie et philosophie médiévales</i> (Leuven)
B	Bologna, Biblioteca Universitaria lat. 1546
C	Cambridge, Gonville and Caius College 329/410
R	London, British Library Royal 10. B. vii
O	Oxford, Oriel College 43
P	Paris, Bibliothèque Nationale lat. 15754
V	Città del Vaticano, Biblioteca Vaticana Ottob. lat. 294


IN SECUNDUM LIBRUM SENTENTiarUM


DIST. 21–44

DISTINCTIO 21

1.1 VIDENS IGITUR DIABOLUS ... Dist. 21, cuius divisio ad modum arboris ramificatae sic depingitur infra.







1.1 PER OBOEDIENTIAE HUMILITATEM etc., *Matt.* 23: “Qui se humiliat exaltabitur.” PER SUPERBIAM CORRUERAT, *Matt.* 23: “Qui se exaltat humiliabitur”; *Ps.*: “Deiecisti eos, dum alievarentur.” INVIDIT EI, *Sap.* 2: “Invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum.”

[UTRUM DIABOLUS DEORSUM LAPSUS DICI POSSIT]

1.1 ID EST DEORSUM LAPSUS. Secundum hanc nominis rationem quaelibet mala anima ‘diabolus’ dici posset. Unde *Eccli.* 21: “Cum maledicit impius diabolum, maledicit animam suam.”

Solutio. Non. Cum enim quasi infinita sit distantia inter caelum empyreum et hunc aerem caliginosum quo cecidit diabolus, respectu distantiae inter superficiem terrae et infernum, quia terra respectu solis est punctus, et ideo quasi non est lapsus deorsum qui a superficie terrae cadit in infernum, quia respectu distantiae quam pertransivit angelus cadendo nulla est.

Ad auctoritatem dic quod, qua ratione malediceret ‘diabolum’, eadem posset animam suam propter malitiam; *Rom.* 2: “In quo alterum iudicas te ipsum condemnas.”

1.1 ID EST ADVERSARIUS, supple: non viribus impugnasset, sed fraude.

4–5 exaltat humiliabitur] humiliat exaltabitur P 11 cecidit] ceciderit P 12 solis] caeli solum P 16–17 angelus P

3–4 *Matt.* 23,12 4–5 *Ibid.* 5 *Ps.* 72,18 5–6 *Sap.* 2,24 8–9 *Eccli.* 21,30 16–17 *Rom.* 2,1 18 *Resp. dist.* 10, cap. 2 (ed. Grottaferrata, 1:378)

[UTRUM RATIO IN FEMINA MINUS VIGEAT]

1.2 UNDE etc. IN QUA MINUS QUAM IN VIRO RATIONEM VIGERE NO-
VIT.

Contra. Solum secundum id quod corporis est distat mulier a viro, non secundum id quod animae est. Unde *Gal.* 3, in fine: “Non est Iudaeus neque Graecus; non est servus neque liber, non est masculus neque femina.” Et *Glossa* ibi: “Propter nihil horum aliquis dignior est in fide Christi.” Ergo ut videtur, sicut ratio non est fortior in libero quam in servo et in Iudaeo quam in Graeco, similiter neque in femina quam in masculo.

Item, numquid anima ponenda in corpore muliebri, si poneretur in virili, fieret ille homo fragilior quam alius homo? Si sic, tunc videtur in spiritibus etiam esse discretio sexuum. Quod falsum est. Si non, quomodo in muliere minus viget ratio quam in viro, sicut hic dicitur?

Solutio. Non video aliquam differentiam maris et feminae nisi tantum secundum ea quae ad corpus pertinent per se. Sed tamen quia dispositiones spiritus existentis in corpore concomitantur dispositiones corporis cui unitur – corpus autem muliebri et tunc et nunc fragilius est virili – ideo spiritus existens in corpore muliebri potest esse fragilior quam existens in virili. Nec tamen quod corpus mulieris fuit corpore Adae fragilius fuit poena spiritui mulieris, qui utique plus vigeret in meliori corpore. Sicut nec fuit fragilitas corporis Adae poena suo spiritui, qui utique plus vigisset ratione, si positus fuisset in corpore glorificato. Sed forte videretur alicui quod etiam in ipsis animabus sit sexuum distinctio, quia dicitur de matre septem Machabaeorum: II *Macch.* 7: “Femineae cogitationi masculinum animum inserens.” Sed dic quod ‘masculinum’ vocat animum, non tantum ipsam animae substantiam, sed ipsam cum appetitibus et dispositionibus quas haberet in corpore virili.

1.2 AD TENTANDUM VIRTUTEM TIMIDA, *Sap.* 17: “Cum sit timida nequitia dat testimonium condemnationi.” POSTMODUM FIDUCIALIUS AD ALTERAM PARTEM, QUAE ROBUSTIOR etc., quasi dicat, cum niteretur diabolus expugnare genus humanum, noluit impetere simul utramque partem, sed alteram.

Hic est enim Goliath, qui appetit singulare certamen; I *Reg.* 17: “Eligite ex vobis virum et descendat ad singulare certamen.” Novit enim quod “frater qui adiuvatur a fratre quasi civitas firma,” *Prov.* 18.

19 unde etc.] *om.* V 24 aliquis] aliquid BC || ut] *om.* BC 27 in²] corpore *add.* P
30 viro] prius *add. marg.* P 39 videretur] videtur P || animabus] animalibus O
40 quia] quod B || septem] *om.* P 41 inserens] inferens P 46 partem] *om.* ed.
48–49 I *Reg.* ... certamen] *om.* (*hom.*) C; *marg.* O; I *Reg.* 17 eligite etc. *marg.* P

22–23 *Gal.* 3,28 23–24 *Glossa interlin.* in h.l. (ed. princeps, 4:361b) 40–41 II *Macch.*
7,21 44–45 *Sap.* 17,10 48–49 I *Reg.* 17,8 50 *Prov.* 18,19

Et quam? Utique primo infirmiore partem. Ex hoc collige quod non est vita solitaria segura nec feminis nec effeminatis nec alicui feminae virili. Sunt enim, ut dicit Aristoteles in libro *De animalibus*, “et quaedam feminae viragines et quidam viri effeminati.” *Eccle.* 4: “Melius est ergo duos simul esse quam unum; habent enim emolumentum societatis suae. Si unus ceciderit, ab altero fulcietur. 55 Vae soli, quia, cum ceciderit, non habet sublevantem se.”

2.1 SED QUIA ILLI mulieri, cap. 2.

[UTRUM DIABOLUS HOMINI PER VIOLENTIAM NOCERE POTUISSET]

2.1 PER VIOLENTIAM NOCERE NON POTERAT.

Contra. *Iob* 41, in fine: “Non est potestas super terram, quae ei comparetur.” Sed fortitudo animae Adae est fortitudo super terram. Ergo fortitudo animae 60 Adae eius fortitudini comparabilis non est.

Solutio. Dici potest quod nocere non poterat, quia nec a Deo nec ab angelo custode mittebatur, quorum uterque est fortitudo caelestis et diabolo fortior. Vel etiam ideo: quia licet fortitudine naturali esset fortior, tamen ante peccatum homo fortitudine gratiae erat ipso potentior. Vel ideo: non potuit vi nocere ho- 65 mini, sicut nec nunc. Si enim etiam vi posset cogere quod comederet homo de ligno vetito: si cogeret, non propter hoc homini noceret. Non enim in hoc peccaret homo, eo quod omne peccatum voluntarium. Voluntas insuper libera est a coactione etiam Dei, angeli boni, et diaboli.

2.1 HUNC hominem. IN SUA SPECIE NON VENIT. Aut loquitur hic Magister 70 de specie corporali aut de spirituali. Si de corporali, implicat falsum; suam enim non habet, id est propriam formam corporalem. Haec est enim differentia angeli et animae, quia anima habet affectionem ad corpus, non quodlibet, sed conveniens sibi etiam secundum figuram, et ideo habet speciem corporis propriam. Angelus vero nec bonus nec malus habet affectionem ad corpus. Si de spirituali, 75 utique talis oculis corporeis videri non potest. Restat ergo ut sic verba Magistri intelligamus: IN SUA SPECIE, id est in specie corporali tam horribili qualis deceret eum tam pessimas et deformes affectiones habentem. Visionem autem eius spiritualem impedire non poterat nec corporis assumptio, scilicet quin ille spiritus diaboli videretur a spiritu mulieris. Nullum enim corpus, nulla interpositio 80 corporum visionem spiritualem impedit. Sed forte dum animalis fuit non ita a parte spirituali visione uti poterat; vel si poterat, non advertit.

51 collige] colligite C; intellige BO 56 quia cum] quoniam si P 63 permittebatur] permittebantur BO 70 hunc] om. ed. 71 de²] specie add. P 80 diaboli] om. P

53–54 Arist., *De gen. an.* 2.7 (747a 1); ed. van Oppenraaij, 107 54–56 *Eccle.* 4,9–10 59 *Iob* 41,24

2.1 SUAE MALITIAE CONGRUENTI, secundum partem, non omnino. Serpens enim naturaliter calidus fuit, venenum ore gerit, per anfractus incedit. DIVI-
 85 NITUS FACTUM EST, sicut Caiphas: quod dixit “ut unus moriatur” fuit suae malae voluntatis; quod vero talibus verbis dixit fuit a Spiritu Sancto.

2.2 IN COLUMBAE SPECIE VENIRE MALUISSET. Hic diversi diversa sentiunt. Gregorius enim et Augustinus et alii plures expositorum hoc quod hic dicitur affirmant, scilicet quod diabolus maluisset per columbam quam per serpentem tentasse. Damascenus vero videtur dicere quod illud animal elegit in quo
 90 melius tentare potuit. Serpens enim erat tunc animal homini familiarissimum. Dicit enim cap. 23: “Sed et serpens homini erat assuetus, magis aliis ei adhaerens, et delectabilibus ei adiunctus motibus. Unde per eum pessimam princeps malorum, diabolus, suasionem primis parentibus inservit.”

95 Sed non sunt contrarii. Non enim dicunt vel dicere intendunt quid fuerit, sed cum quibus modis Scriptura stare potest. Et nota robur tentationis suggerebat facillimum, scilicet comedere de pomo; promittebat optimum, scilicet: “eritis sicut dii”; et hoc per familiarissimum animal, scilicet per serpentem.

3 IDEOQUE SERPENS DICTUS EST, cap. 3.

100 SICUT VATES, id est divinos.

4.1 QUEM TAMEN AD TENTANDUM, cap. 4.

4.2 PER ENERGUMENOS, id est arrepticios. FANATICOS, per quos daemones dant responsa.

[UTRUM DIABOLUS SERPENTE VELUT ORGANO USUS SIT]

4.3 SERPENTE ENIM VELUT ORGANO EST USUS. Sic et anima utitur corpore ut organo. Sicut igitur totum compositum ex tali organo et anima rationali
 105 dicitur ‘animal rationale’ et ‘homo’, quare non similiter compositum ex spiritu diabolico et serpente?

Solutio. Est organum naturale et est organum voluntarium vel artificiale. Organi naturalis et eius cuius est organum naturale est unitas tanta ut ex eis fiat
 110 unum, ut ex corpore et anima, propter appetitum naturalem ad tale organum. Sed instrumenti voluntarii et eo cuius est instrumentum non sic. Sicut enim non est unitas aliqua baculi et manus, similiter nec serpentis et diaboli.

91 erat] erit O 95 quid] quod R 97 promittebat] scilicet *add.* BC 98 animal]
 om. BC 102 arrepticios] areptios BC || fanaticos] freneticos V 105 rationali]
 rationalibus P

83–84 Resp. Gen. 3,1 85 Ioan. 11,50 88 Forte Greg. Magnus, *Moralia* 4,9 (CCL 143, 173–74) || Resp. Aug., *De Gen. ad litt.* 11,2 (CSEL 28,1, 335–36) 92–94 Ioan. Dam., *De fide orth.*, cap. 24 (ed. Buytaert, 104) 97–98 Resp. Gen. 3,5

[QUOMODO SERPENS SAPIENTISSIMUS PROPTER DIABOLUM IN EO DICI POSSIT]

Sed tunc merito quaeritur quomodo dixerit supra proximo capitulo, in fine, quod serpens erat sapientissimus propter diabolum in eo. Cum illa quorum unitas non est, sibi mutuo non tradant suas proprietates. Non enim dicitur baculus 115 ‘fortis’ propter manum fortem. Eadem ratione nec dicitur serpens ‘sapiens’ propter diabolum.

Solutio. Licet secundum proprietatem dici non debeat serpens ‘sapiens’, tamen dici potest ‘sapiens’ magis proprie quam baculus ‘fortis’ propter manum fortem. In baculo enim motor eius, scilicet manus fortis, est penitus extra; sed in 120 serpente motor fuit intra, et sic habuit quandam convenientiam cum natura, quae est principium motus eius in quo est – quod non habet baculus. Insuper tanta est huius animalis et diaboli convenientia, ut in nomine serpentis conveniant. Dicitur enim diabolus ‘serpens’; *Apoc.* 12: “Serpens antiquus, qui vocatur Diabolus.” Non sic est convenientia manus et baculi. 125

4.3 NATURAM EIUS, id est naturalia instrumenta. MONSTRARET diabolus. SIMILITER OPERANTUR, id est similia.

4.4 QUARE MULIER NON HORRUIT SERPENTEM. Diceret tamen Damascenus, sicut supra dixi, quod fuit animal familiarissimum, et ut dicit Beda: Habuit vultum virgineum, qui horrorem non consuevit incutere. ETIAM OFFICIUM 130 LOQUENDI A DEO ACCEPISSE PUTAVIT. Ergo, ut videtur, homo ante peccatum cognitionem creaturarum non habuit. Sed ut haberet, indiguit doctrina, sicut modo. Quod si dicis plurimum habuisse cognitionem quam nunc, quare non serpentis, sicut aliorum? Et dici potest quod, cum sit duplex cognitio creaturarum, scilicet in ipsis et in Deo – et prima ab Augustino dicitur ‘cognitio 135 vespertina’, secunda vero ‘matutina’ – angelis quidem primo data fuit matutina secundum Augustinum quam vespertina, e contrario homini primo vespertina prius, scilicet in paradiso, matutina vero posterius, scilicet cum transferetur in caelum.

Unde videtur mihi hominem ante peccatum omnium creaturarum in ipsis habuisse cognitionem; quod videtur innui *Gen.* 2: “Adduxit ea ad Adam, ut videret 140

113 dixerit] dixit B 115 non¹] *om.* B || non²] nisi B || baculus] diabolus B
 128 diceret] dicit P 132 non habuit] *om.* B 133 dicis] dicas P || habuisse]
 habere BRV; *corr.* ex habere C 138 transferetur] transferretur V 140–141 habuisse]
 habuisset BC

113 Cap. 3 (ed. Grottaferrata, 1:434) 124 *Apoc.* 12,9 128–129 Ioan. Dam., *De fide orth.*, cap. 24 (ed. Buytaert, 104) 129 Supra i.e. cap. 2 129–130 Proxime coll. ex Petr. Com.: “Elegit etiam quoddam genus serpentis, ut ait Beda, virgineum vultum habens, quia similia similibus applaudunt,” *Hist. scholast.*, cap. 21 (PL 198, 1072) 135–136 Resp. Aug., *De Gen. ad litt.* 4.22–23 (CSEL 28.1, 121–23) et *De civ. Dei* 11.29 (CCL 48, 349) 136–137 Resp. Aug., *De Gen. ad litt.* 4.31 (CSEL 28.1, 129) 141–142 *Gen.* 2,19

quid vocaret ea”; et sequitur: “Appellavitque Adam nominibus suis cuncta animantia.” ‘Suis’, inquit; credibile enim est quod, tam sciens fuit ut, vidensfigurationes corporales animalium, ex eis noverit similes figurationes spirituales in
 145 eorum spiritibus, ex quibus scivit figurationes vocalium et consonantium Hebraeae
 linguae componere, et sic ex eis nomina formare. Propterea sic intellige quod
 hic dicitur: ACCEPISSE PUTAVIT, id est non accepisse non consideravit.

5.1 TENTATIO AUTEM, cap. 5.

UT EX RESPONSIONE COLLIGERET etc., *Eccli.* 13: “Ex multa loquela tentabit te et subridens interrogabit te de absconditis tuis. Immitis animus illius conservabit verba tua et non parcat de malitia.”
 150

Item, novit quod dicitur *Prov.* 14: “Ubi verba sunt plurima, ibi frequenter egestas.”

5.2 DE FRUCTU LIGNORUM QUAE SUNT IN PARADISO VESCIMUR. Non-
 155 dum comederant. Quomodo ergo dicit ‘vescimur’?

Solutio: id est vescendi habemus potestatem.

5.3 NE FORTE MORIAMUR. Sic videtur haesitasse et non credidisse firmiter verbum Dei. Haec autem haesitatio fuit vitiosa. Ergo peccatum primum hominis fuit ante diaboli suggestionem. Et respondent magistri quod ‘forte’ aliquando
 160 significat libertatem arbitrii, ut *Matt.* 21: “Forsitan verebuntur filium meum.” Et sic dicunt sumi hic: liberum enim est comedere vel non comedere de illo ligno vetito.

Aliquando vero significat dubitationem, ut *Matt.* 27: “Ne forte veniant discipuli.” Et hoc quod sequitur infra eodem capitulo: QUAE IGITUR DUBITAVIT,
 165 sic exponunt, id est ad modum dubitantis se habuit.

Sed contra. Satis plane videtur Augustinus velle quod ipsa ad litteram dubitavit. Unde glossa Augustini *Super Genesim*: “Aspexit lignum bonum esu et decorum aspectu nec credens inde se posse mori, forte putavit Deum alicuius significationis causa haec dixisse: si manducaveritis, morte moriemini.” Unde
 170 et videtur Augustinus ponere quod ante suggestionem peccavit, dicens in eadem glossa: “Dixit serpens mulieri: non morte moriemini.” Quomodo his verbis crederet Deum se a re bona et utili prohibuisse, nisi inesset menti eius amor ille propriae potestatis, et de se superba praesumptio, quae per tentationem fuerat convincenda aut per humilitatem perimenda.”

143 videns] vides V 144 spirituales] corporales P 158 primum] primi V 160 21] 25 forte vel P 161 sic] si BC || sumi] suum B 165 habuit] habent BC 172 Deum] om. P

142–143 *Gen.* 2,20 149–151 *Eccli.* 13,14–15 152–153 *Prov.* 14,23 160 *Matt.* 21,37 163–164 *Matt.* 27,64 164 N. 4 (ed. Grottaferrata, 1:436) 167–169 Aug., *De Gen. ad litt.* 11.30 (CSEL 28.1, 363) 170–174 Ibid.

Sed ego aestimo magis quod superba illa praesumptio tunc incepit, cum incepit 175
persuadere diabolus. Sed tunc fuit completa, quando completa fuit persuasio.

5.3 IN QUO VERBO, scilicet ‘forte’.

5.4 MULIER QUASI AMBIGENDO. Nota quod dicit ‘quasi’; non ergo asserit
eam dubitasse.

5.5 ID EST UT MALUM culpae PERSUADERET diabolus. ET MALUM poe- 180
nae, id est mortem, QUOD MULIER TIMUIT naturaliter. PROMISSIONEM
DUPLICAVIT, id est duo promisit.

5.6 GULA EST IMMODERATA CIBI AVIDITAS. Sed fames est immoderatus
cibi appetitus. Ergo est gula. Ergo est mortale.

Solutio. Duplex est cibi appetitus, scilicet naturalis et voluntarius: naturalis 185
intensius est poena, non culpa, et hic est fames; voluntarius inordinatus est culpa,
et hic est gula.

5.6 VANA GLORIA EST AMOR etc. Sed dicit Augustinus quod “superbia est
amor propriae excellentiae.” Ergo idem sunt.

Contra. Dicit Gregorius quod superbia est regina habens sub se quasi quattuor 190
duces, quorum unus est vana gloria. Ergo ipsa non est idem quod superbia.

Item, triplex est munus: a manu, a corde, ab ore. Et ideo appetitus triplex.
Unde dicitur super *Ier.* 48: “Maledictus vir qui facit opus Dei fraudulenter,” id
est hypocrita. Hypocrisis est immoderatus appetitus muneris a corde, avaritia
muneris a manu, vana gloria muneris ab ore. Patet ergo quod hypocrisis vult 195
aestimari, vana gloria laudari, avaritia ditari. Sed superbia per haec omnia vult
dominari. Et ita super omnes est, et ita non sunt idem. Dic ergo quod hic ponitur
vana gloria pro superbia, scilicet ramus pro radice.

5.6 QUAE NON EST TANTUM PECUNIAE etc. Proprie tamen accipitur avaritia
tantum appetitus pecuniae. Sed ambitio proprie est honorum, scientiarum, et po- 200
tentiae.

5.6 ALTITUDINIS honoris vel potestatis. CUM SUPRA MODUM SUBLIMI-
TAS etc., I *Tim.* 3: “Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.” Sed
bonum opus desiderare non est peccatum. Ergo nec desiderare episcopatum.
Sed quomodo ipsa sublimitas per se non opus sublimitatis vel in modico desi- 205
deretur, non video sine culpa. Verumtamen cum modicum desideratur, est culpa
venialis; cum supra modum, est mortalis. Et tunc dicitur primo ‘avaritia’.

180 id est] idem B 183 immoderatus] immoderata B 186 intensus] *om.* V 192 et...
triplex²] *om.* P 193 unde] ut BCP 197 super] supra BC 200–201 potentiae] sci-
entiae R 202 cum] quod BC

188–189 Aug., *De Gen. ad litt.* 11.14 (CSEL 28.1, 346) 190–191 Resp. Greg. Magnus,
Moralia 31.45.87 (CCL 143B, 1610) 193 *Ier.* 48,10 203 I *Tim.* 3,1

6.1 PORRO SCIENDUM EST, cap. 6.

6.3 QUAESTIO EST EX CARNE, scilicet cum appetit illicitum, non cum licitum; tunc
210 enim non est tentatio. QUAESTIO AUTEM EST AB HOSTE, non per carnem.

[UTRUM EVA A DIABOLO ET CARNE TENTATA SIT]

7.1 HOMO ERGO, QUI SOLA EXTERIORI TENTATIONE etc.

1. Contra. Haec a diabolo et carne tentatio fuit. Unde *Gen.* 2 persuasionem
diaboli sequitur: “Vidit igitur quod bonum esset ad vescendum et pulchrum ocu-
lis aspectuque delectabile, tulit de fructu.” Et dicit ibi *Glossa* Gregorii: “Tribus
215 modis culpa perpetratur: suggestionem, delectationem, consensu; primo per hostem,
secundo per carnem, tertio per spiritum. Hostis enim prava suggerit; caro se
delectationi subicit; tandem spiritus delectationi consentit.” Sic ergo nullum pec-
catum fit in homine sine diabolo et sine carne. Non ergo tantum exterius, sed et
interius tentata est Eva.

2. Item, tentatio quae ex carne est non fit sine peccato, id est sine primis motibus,
220 quae sunt peccata venialia. Ergo cum Eva fuerit tentata ex carne, ut patet dictis
auctoritatibus *Genesis* et Gregorii, videtur quod primos motus habuerit, et ita
primo peccavit venialiter.

Solutio. Ad primum dici potest quod finita diaboli persuasionem Eva persuasionem
225 consentit et iam in mente mortaliter peccaverat. Unde ad primum dic quod prius
fuit perpetratum primum peccatum tantum diaboli suggestionem. Deinde videns
lignum, concupivit amplius illud quod comedere ante consensit. Unde tentatio
facta per lignum vel carnem sequebatur primum peccatum.

Similiter ex hoc solvitur secundum, scilicet quod visio ligni et appetitus carnis
230 in Eva sequebatur primum peccatum. Unde non fuit veniale nec primus motus
primum peccatum, sed praedictus consensus.

7.1 ET TAMEN, QUIA ALIQUANTULAM, LICET MODICAM, CADENDI etc.

Primo quaerendum hic an peccatum hominis sit remediabile et angeli non, vel
non. Et si sic, de rationibus quaeritur: et primo de duabus hic assignatis a
235 Magistro quomodo sint verae; secundo an aliqua sit alia sufficientior.

[UTRUM PECCATUM HOMINIS SIT REMEDIABILE ET ANGELI NON]

De primo videtur quod sicut hominis, sic et angeli peccatum sit remediabile:
quia peccatum diaboli aut est irremediabile propter genus peccati aut propter

214 tulit] que *add. interlin.* P 225 consentit] consensit P 232 aliquantulam] aliquam *ed.*
233 non] *om.* V 234 de²] rationibus *add.* P

212–214 Re vera *Gen.* 3,6 214–217 *Glossa ordin.* in h.l. (*ed. princeps*, 1:27a)

aliquid quod sit ex parte peccantis, quia ex parte Dei non potest esse causa, cum sit omnipotens et summae et infinitae misericordiae. Quippe dicit *Ps.*: “Magnitudinis eius non est finis.” Sed *Eccli.* 2: “Secundum magnitudinem eius, sic et misericordia eius cum ipso.” Igitur misericordia eius infinita. Propter genus peccati, non, quia idem genus peccati, scilicet superbia, fuit hominis et daemonis. 240

^{1.} Non propter aliquid quod sit ex parte peccantis, quia eiusdem sunt naturae, ut dicit Augustinus, quia sunt natura pares, licet officio dispares. Quod si ideo dicatur esse causa ex parte angeli peccantis, quia non potest per se resurgere, eadem ratione peccatum hominis irremediabile est: non enim potest per se, sicut nec diabolus, resurgere. Unde *Ps.*: “Spiritus vadens, et non rediens.” *Glossa* ibi: “Per se vadens ad peccatum, sed non per se rediens a peccato.” 245

^{2.} Item, poena mensuratur secundum mensuram culpae; *Is.* 27: “In mensura contra mensuram.” Sed poena angeli non est in infinitum gravior poena hominis. Ergo nec culpa. Minor patet, quia sicut praemium alicuius hominis erit aequale praemio alicuius angeli, sic poena poenae. 250

[SOLUTIONES PROPOSITAE AD ARGUMENTUM SECUNDUM]

Solvunt autem quidam dicentes quod peccatum angeli est in infinitum maius quam hominis, quia, ut dicit Dionysius: “Daemonis malum est contra deiformem intellectum esse; animae, contra rationalem.” Quia in hoc habent spiritus intellectum Deo consimilem, quod sicut Deus subito et sine ratiocinatione et collatione, ita angelus videt omnia facienda. Homo vero, quia caro est, non videt facienda sine discussione et iudicio et ratiocinatione, quae utique non nisi tempore fiunt. Unde homo dicitur ‘rationalis’, sed angelus ‘ratio’. Tempus autem minimum ad instans habet infinitam proportionem. 260

Item, angelus tanto gravius peccavit quam homo, quanto citius potuit providisse quid agendum et quid non quam homo. Sed in infinitum citius hoc potuit providere angelus quam homo potuit, adhuc animalis. Igitur in infinitum gravius peccavit angelus quam homo.

[RESPONSIONES]

Solutio prima falsa. Sed quod hoc nihil sit, sic patet. Si enim hoc est verum, tunc sicut se habet instans ad spiritum, sic sufficiens tempus deliberandi ad hominem. Ergo peccata illa hominum essent irremediabilia quae post tantum tempus deliberationis fierent, sicut peccatum diaboli, cui sufficiebat ad discernendum faciendum a non faciendis instans. Sic etiam peccatum Evae fuisset irremediabile. 265

246 eadem ... est] *rep.* B 256 quod] quia P 264 peccavit] peccat BC 265 solutio] ergo P

239–240 *Ps.* 144,3 240–241 *Eccli.* 2,23 244 *Aug.*, *De lib. arb.* 3,11 (CCL 29, 294)
 247 *Ps.* 77,39 247–248 Hugo de S. Caro, *Post. in bibl.* in h.l. (ed. Basel, 2:184^a) 249–250
Is. 27,8 254–255 *Ps.*-Dionysius, *De div. nom.*, cap. 4 (PL 122, 1145; *Dionysiaca* 1:309)

- 270 Super illud enim *Gen.* 3: “Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum,” dicit *Interlinearis*: “Aperte inexcusabilis ostenditur, cui licuit sub tali deliberatione dolos inimici advertere.”
3. Item, arbitrium liberum est in eis, sicut in hominibus. Ergo vertibilitas ad bonum est in eis, sicut in hominibus. Ergo sunt reparabiles, sicut homines.
- 275 4. Item, gratia qua fit reparatio est tantum a Datore extra, et tantum est potentia receptiva in rationali natura. Ergo cum aequae sint rationales, sicut et nos, et ita gratiae receptibiles, quare non sunt, ut nos, reparabiles?
5. Item, Ptolemaeus: “Quando perscrutatur elector melius, inter illum et naturam nulla est differentia.” Si ergo haec est causa quare elector in unam partem semel electam se tenet, quia eligit melius. Ergo cum angelus cadens elegerit peius, poterit resilire. Et ita est reparabilis.
- 280 6. Item, ut dicit Anselmus: “Omnis necessitas et impossibilitas subiacet divinae voluntati,” et ideo omne impossibile est possibile. Ergo potest angelos lapsos reparare.
- 285 7. Item, reparatio est ex sola Dei misericordia. Sed ipsa est infinita. Ergo sufficit ad reparationem angeli, sicut et hominis.
8. Item, *Sap.* 11: “Nihil odisti eorum quae fecisti.” Sed si non odit, quomodo aeternaliter damnatos relinquit?
9. Item, solum peccatum in Spiritum Sanctum est irremediabile. Si ergo angelus irreparabiliter peccavit, peccavit in Spiritum Sanctum. Sed, ut dicunt sancti, eodem genere peccati peccavit homo et angelus. Ergo et homo peccavit in Spiritum Sanctum, et irremediabiliter, sicut angelus.
- 290 10. Item, non maior est cognatio animarum quam angelorum. Si ergo angeli non sunt reparabiles, quia non habent cognitionem, nec animae.

[RATIONES MAGISTRI]

- 295 11. De secundo, videtur quod prima ratio Magistri non teneat quam hic dicit. Sed est illa propositio quam ponit parum infra eodem capitulo: SINE ALICUIUS TENTATIONE PECCAVIT, falsa. Fortissime enim omnes alii a Lucifero tentati sunt, ut supra dictum est. Ex qua etiam tentatione victa meruerunt stantes confirmationem. Unde *Apoc.* 12: Draco traxit secum “tertiam partem stellarum.” Dicit
- 300 *Glossa* ibi, id est primus angelus alios minores.

275 gratia] a *add.* P || datore] creatore BCOR 277 gratiae] gratia BCV 280 elegerit] elegit BC 283 impossibile] deo *add.* P || lapsos] *om.* P 300 id est] *om.* BC

270 *Gen.* 3,6 271–272 *Glossa interlin.* in *Gen.* 3,13 (ed. princeps, 1:29a) 278–279 Ptolemaeus, *Centiloquium*, prop. 1 (München, Bay. Staatsbibl. Clm. 228, 83^r) 282–283 Anselmus, *Cur Deus homo*, cap. 17 (ed. Schmitt, 2:122) 287 *Sap.* 11,25 296–297 Cap. 7, n. 1 (ed. Grottaferrata, 1:437) 299 *Apoc.* 12,4 300 Resp. Hugo de S. Caro, *Post. in bibl.*, super h.l. (ed. Basel, 6:365^{vb}–366^{ra})

¹² Similiter nec secunda ratio Magistri quam ponit cap. proximo, scilicet septimo in principio, PRAETEREA ANGELICA NATURA, videtur valere, scilicet quia tota natura humana cecidit, non tota angelica. Nisi ergo homo repararetur, non haberet in eo locum misericordia, sed tantum iustitia. Quod esset contra illud: “Universae viae Domini misericordia et veritas.” Ergo secundum hoc videtur ³⁰⁵ quod si omnes angeli peccassent, peccatum eorum esset remediabile – quod falsum est. Et etiam tunc peccata hominum modo essent irremediabilia, quia multi sunt modo innocentes.

[UTRUM UNA RATIO ALIA SUFFICIENTIOR SIT]

De tertio, quare angelicus casus non sit reparabilis, duplex potest esse causa: una, quia reparatorem habere non potuit; alia, licet posset habere, tamen in se ³¹⁰ fuit irreparabilis.

De primo patet. Dicit enim sic Anselmus in libro *Cur Deus homo*, in fine: “Diaboli reconciliationem impossibilem intelliges, si diligenter humanam consideres. Sicut enim homo non potuit reconciliari nisi per hominem-deum qui mori posset, per cuius iustitiam Deo restitueretur quod per peccatum hominis perdidit: ita angeli damnati non possunt salvari nisi per angelum-deum, qui mori possit et qui per suam iustitiam Deo repararet quod aliorum peccata abstulerunt.” Cum ergo natura angelica sit immortalis, patet quod angelus peccans est irreparabilis. ³¹⁵

Secundum autem, quod est vera causa, sic potest investigari. Simplex omne secundum se est immutabile, et quia Deus est omnino simplex, ideo omnino est immutabilis. Et quia creatura rationalis aliquantum ab eius simplicitate recedit, aliquantulum est mutabilis, scilicet de non-esse ad esse. Haec autem est mutationum prima et radix aliarum. Unde sicut quaelibet creatura se habet ad hanc mutationem, sic ad mutationes alias. Sicut igitur rationalis creatura de non-ente potest fieri ens, sed postquam fuerit ens in non-ens mutari non potest; sic utique ³²⁰ de non-sciente sciens fieri potest, sed semel facta sciens non fit nesciens forte. Hoc tamen non assero. Similiter de non-volente potest fieri volens aliquid. Sed postquam semel id voluerit, illud idem nolle non poterit, dico ‘ex se’. Si hoc est verum – non enim audeo hic aliquid asserere – patet quare daemones obstinati in malitia quam primo voluerunt perseverant, et angeli boni in bonitate. ³²⁵

Et ex hoc insuper patet quare rationalis separata a corpore invertibilis est; et in eadem voluntate in aeternum perseverat quam ultimo habet in corpore secundum ³³⁰

302 quia] quod B 309 casus] sit reparabilis *add. marg.* B; quod *add.* BC || potest] posset P 310 alia] quia *add. interlin.* P 311 irreparabilis] reparabilis P 312 in¹] primo *add.* P 313–314 consideres] consideras P 321 aliquantum] aliquantulum P 323 radix] omnium *add.* R 325 non] *om.* P 328 illud ... poterit] *om.* BC 331 rationalis] anima *add.* P

301–302 Cap. 7, n. 2 (ed. Grottaferrata, 1:437) 305 Ps. 24,10 312–317 Anselmus, *Cur Deus homo* 2.21 (ed. Schmitt, 2:132)

illud *Eccle.* 11: “Si ceciderit lignum ad austrum vel ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.” Et Hieronymus ibi: “Quasi lignum ... subito ut ventis,
 335 ita morte rapieris, et ubi cecideris, iugiter permanebis, sive te rigidum et truem, sive misericordem, mors invenerit.”

De hoc dicit Damascenus, cap. 16 in fine: “Oportet autem scire quoniam quod est hominibus mors, hoc est angelis casus. Post casum enim non est eis poenitentia, quemadmodum neque hominibus post mortem.” Anima tamen, licet ex se sit
 340 immutabilis, tamen ex coniunctione eius ad corpus secundum mutationem corporis mutatur. Sicut lux eo quod immobilis sit secundum se, cum nulli continuatur aut cum alicui immobili continuatur, omnino non movetur – cum autem aquae vel alteri mobili contiguatur, mobilis fit, id est se ipsam movet motibus consimilibus quibus se moverit aqua – sic videtur mihi quod anima, cum corpori non
 345 continuatur, manet secundum suam naturam immutabilis. Et etiam cum corpori immutabili, utpote glorificato, erit immutabilis. Quaerenti igitur quare angelus immutabilis est responderi potest sufficienter: quia simplex et alii mutabili non unitur. Quare autem anima rationalis nunc vertibilis est causa, est quia, licet simplex sit, tamen mutabili corpori est unita. Et illa anima multiplicius mutabilis,
 350 quae corpori multiplicius mutabili unitur, sicut est de luce.

Hinc est quod “varium et mutabile semper femina,” quia caro eius fragilior. Huic iam dicto videtur Damascenus consentire dicens: “Rationalis et intellectualis creatura susceptibilis non est poenitentiae, quia incorporeus est. Homo vero propter corporis infirmitatem (id est mutabilitatem) poenitentia fungitur.” Et
 355 *Gen.* 6: “Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est.” *Interlinearis*: “Indignatio, quia fragilis condicionis.” Et *Glossa* Hieronymi ibi: “Hoc est, quia fragilis est hominum condicio: non eos aeternis cruciatibus reservabo sed hic reddam quod merentur.” Et huic concordat quod supra dixit Dionysius.

Contra hoc esse videtur quod aliqui decedunt cum venialibus et vadunt in
 360 purgatorium, et aliqui habentes mortale cum veniali in infernum. Et veniale punitur aeternaliter in inferno, quia numquam poenitet. Eadem ratione et in purgatorio, quia nec ibi est poenitentia, cum anima separata non mutet voluntatem vel amorem.

Solutio. In eodem instanti est anima in corpore et separatur et in purgatorio.
 365 Et in hoc instanti est prius et posterius natura. In eodem igitur ens in purgatorio poenitet ens in corpore. Sed post instans separationis non est poenitentia forte.

341 quod immobilis] mutabilis B 344 moverit] noverit B 348–349 simplex] simpliciter B 350 corpori] corporis P 354 infirmitatem ... est] om. BR || id ... mutabilitatem] om. O 359 contra] om. C 361 et] nec V 362 nec] non V 366 poenitentia] poena P

333–334 *Eccle.* 11,3 334–336 Hier., *Comm. in Eccle.* 11,3 (CCL 72, 345) 337–339 Ioan. Dam., *De fide orth.*, cap. 18 (ed. Buytaert, 77) 351 Vergilius, *Aeneid* 4.569 352–354 Ioan. Dam., *De fide orth.*, cap. 17 (ed. Buytaert, 70) 355 *Gen.* 6,3 355–356 *Glossa interlin.* in h.l. (ed. princeps, 1:35a) 356–358 *Glossa ordin.*, ibid. 358 Supra: ll. 254–55

Item, non potest satisfacere pro aliquo, nisi qui convenit magis cum eo quam in specie, verbi gratia non potest satisfacere pro Adam homo de novo creatus, non de Adam genitus. Quod probatur multipliciter. Primo sic: idem numero debet esse subiectum poenae et culpae; alioquin si novus et innocens homo puniatur, et nocens sine poena dimittatur, erit summa iniquitas. Ergo oportet quod aliquid idem numero quod fuit in delinquente sit in satisfaciente, ut in Adam et Christo. 370

Item, ad idem: si repararetur per hominem non de se genitum Adam, iam qui erat prius subditus soli Deo et immediate esset insuper subiectus homini. Et ita esset statu inferior quam prius et non esset plene reparatus. 375

Sed dicis: sic est etiam nunc, homo enim qui prius erat tantum subiectus Deo, nunc insuper est subiectus Homini-assumpto.

Sed respondeo: quantum humana natura deprimitur, quia subicitur alteri quam Deo, tanto eadem etiam numero exaltatur, quia praeest homini. Et ita est plene reparatus. Quod non esset, si per hominem non de Adam redimeretur. Ergo eadem ratione iste angelus cadens non poterat reparari nec per angelum de novo creatum nec per unum de stantibus nec per aliquem alium de cadentibus, cum non conveniant nisi in specie sola eo quod non sit inter eos cognatio, nec conveniant in aliquo eodem numero. Sicut autem singulae partes aquae de eodem fonte sibi conveniunt magis quam in specie, quia composuerunt eandem unam aquam numero, sic omnes homines cum de Adam tamquam de fonte humani generis sint. Ergo si deberent per Filium Dei angeli reparari, oporteret singulos a Verbo assumi, et ita unumquemque pro se ipso satisfacere. Sed hoc esse non potest nec congrueret. Quippe tunc melioris condicionis apud Deum iustum fuissent peccantes quam non-peccantes. Et profuisset eis suum maleficium, et nocuisset aliis sua bonitas, quia magnum est uniri Verbo in unitatem personae. 380 385 390

Item, cum de singulis ordinibus aliqui ceciderint, omnes essent pares animae Christi nunc; et ita potius efficerent decimum ordinem quam priores ordines repararent.

Item, tunc boni non-cadentes cadentibus subicerentur, sicut nunc animae Christi vel Christo omnes subiecti sunt. Et ita eo ipso quod cadentes essent reparati, non-cadentes a statu suo caderent. 395

Item, tunc omnes cadentes pares fuissent Christo, et ita de nullo ordine, sed super omnes ordines essent.

Item, tunc omnia essent quasi confusa. Tunc enim quia angelus esset cum Deo una persona, et homo cum Deo eadem persona Filii Dei, esset necessario homo et angelus eadem persona. 400

Item, tunc duo angeli assumpti essent una persona; eadem ratione etiam omnes sic reparati essent una persona. Et ita non esset numerus reparatus, sed destructus.

374 subiectus] subditus BC 375 statu] status BC; suo *add. marg.* P 377 subiectus] subditus BC 378 quia] et BC 379 tanto] tantum R

405 Aut si diceret quod manet singulorum personalitas, tunc essent differentes in
 persona et in natura. Constat ergo in nullo convenirent.

Item, tunc esset haec vera: 'iste angelus est ille angelus'.

Item, quia fingit Origenes quod aliquando daemones reparabuntur.

[ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

Contra. Ut dicit Bernardus: Ideo primo adventu suo Christus reparat animas
 410 et secundo corpora, quia prius peccavit anima et quia dignior est natura. Eadem
 ratione si reparandi essent angeli, qui prius quam homo peccaverunt et sunt natura
 digniores, prius quam homo reparati fuissent; maxime cum si prius eos reparasset,
 casus hominis vitari potuisset.

Item, diabolus peccavit contra legem aeternam mentibus eorum inscriptam;
 415 homo autem contra legem temporalem ex tempore et ad tempus statutam. Nunc
 enim, ut videtur dicere Augustinus, non esset peccatum comedere de ligno sci-
 entiae. Ergo quantum lex legem excedit, tantum peccatum peccatum. Ergo in
 infinitum amplius peccavit diabolus quam homo, sicut aeternum excedit tempo-
 rale in infinitum. Ergo irreparabiliter peccavit potius quam homo.

420 Item, "quanto gradus altior, tanto casus altior et irreparabilior." Sed cum sit
 infimus gradus rationalis creaturae in inferno, superior in mundo, adhuc superior
 in paradiso, et supremus in caelo, cum angelus ceciderit de supremo gradu, patet
 quod summe irreparabiliter peccavit.

Item, non decet Deum reparare nec in peius nec in aequale, sed in melius.
 425 Ergo cum angeli essent in gradu supremo et optimo, non debuerunt reparari.
 Et istae duae rationes sunt Augustini in libro *De ordine*. Dicit enim: "Ideo
 nec remissionem nec redemptionem accipere merentur, aut nec poscunt, quia de
 sublimissimo sui ordinis statu ceciderunt, ac propterea nihil aliud in quo iterum
 remissione peccatorum vocarentur habuerunt, dum omnem suam beatitudinem, in
 430 qua constituti sunt, transgressione naturalis boni, quod erant, et dominicae legis,
 in qua conditi sunt, polluerunt. Propter quod nec poenitere desiderant, nec etiam
 si poenituissent, veniam recipere omnino possent. Quoniam humanum genus
 redemptionem a suo Conditore accipere idcirco promeruit, quoniam de inferiori
 adhuc sui ordinis gradu corruit."

405 manet] maneret P 410 est] in *add.* V 412 si] *om.* BC 417 quantum] quan-
 to BP || peccatum²] peccatorum BC 420 altior²] gravior P; et altior *add. sed del.* P
 424 decet] dedecet *corr. ex* decet P 427 poscunt] possunt BOP 428 sublimissimo] su-
 blimo BC || ceciderunt] ceciderint R 429 remissione] ad remissionem P || pecca-
 torum] *om.* P 431 conditi] conditae BC; *rep.* V 432 omnino] non BC || quoniam]
 quam O 433 idcirco] necessario BC

408 Resp. *Canones adversus Origenem*, can. 9 (DS, 97, n. 211) 409–410 Locum non inveni
 416–417 Locum non inveni 420 Proverbium. Resp. *Proverbia sententiaeque latinitatis me-
 dii aevi*, n. 23589 (ed. Walther, 2:4, 101) 426 Augustini: potius Isidori 426–434 Isidorus,
De ordine creaturarum, cap. 8.4–5 (PL 83, 931–32)

Item, ratio Anselmi: Unus bonus gradus est adhaerere bono poena desertionis
boni experta. Sed melior gradus et superior est adhaerere bono nulla poena
experta. Constat in hoc meliori gradu sunt angeli stantes. Sed esse non possent
nisi in primo et minus bono gradu angeli lapsi, si repararentur. Ergo numquam
possunt aequiparari stantibus, ut prius. Ergo non possunt reparari.

[RESPONSIONES AD OBIECTA]

Ex hoc patet quomodo ad obiecta respondeatur.

Ad primum, dic quod peccatum hominis remediabile est, et angeli non, propter
aliquid ex parte peccantium. Et licet eiusdem sint naturae, non tamen omnino,
quia unum est unibile corpori, scilicet anima; angelus non.

Ad secundum, iam patet quod gravitas peccati diaboli non fecit peccatum eius
irremediabile, sed potius natura peccantis.

Ad tertium, licet ad libertatem arbitrii exigatur vertibilitas ad opposita, non
tamen ad quaelibet, ut Deus non potest ad bonum et ad malum, nec sanctus
angelus, nec beata iam anima, licet possint ad multa alia opposita.

Ad quartum, dico quod in daemone est potentia receptiva gratiae cum dispo-
sitione contraria, quia non vult recipere eam, nec potest velle, quod non est in
homine.

Ad quintum, fateor voluntas, eligens minus bene, potest eligere melius, nisi
in sua natura habeat quod non possit nisi semel eligere, sicut est de omni spiritu
separato.

Ad sextum, non possum negare quin Deus possit reparare angelos — etiam
aliter quam homines — quantum est de potentia, licet non de congruentia, ut
patet ex suprapositis rationibus, quia potest quidquid non est culpa vel deitati
poena.

Ad septimum, patet ex eodem. Potest et sufficit misericordia etiam ad crimina
maiora. Sed non congruit rationibus praedictis.

Ad octavum, quod naturam quam fecit non odit Deus, sed peccatum quod non
fecit; Ps.: “Iniquitatem odio habui.” Et quia nequit esse peccatum sine poena, et

436–437 sed ... experta] *om. (hom.) BC* 445 peccantis] Ad tertium (undecimum *corr. ex*
tertium C), scilicet quod contra Magistri rationem dictum est quam et Anselmus confirmat, dic
quod aliud est habere exemplum, aliud incitatore; minores quidem exemplum habuerunt, sed
instigatore, ut homo, non habuerunt. Similiter (sed B) etiam dici potest ad hoc et ad quartum
(duodecimum *corr. ex* quartum C) quod non causam nititur assignare, sed rationem probabilem
add. BCORV, sign. vacat O; istae duae rationes ad undecimum (*rescr. C*) et ad duodecimum
deberent stare infra in sequenti columna suo loco ubi tale signum ponitur [...] *add. marg. C*
446 tertium] quintum BRV; *corr. ex* quintum C 449 quartum] sextum BRV 452 quin-
tum] septimum BRV || bene] bonum OP; *corr. ex* bene O 455 sextum] octavum BRV
457 suprapositis] supradictis BO 459 septimum] nonum BRV 461–464 ad ... punian-
tur] *om. BCRV; add. marg. m. post. C*

ipsi sunt a peccato irreparabiles secundum suprapositas rationes; ideo oportet ut a iusto Deo irreparabiliter puniantur.

465 Ad nonum, peccatum quodlibet potest fieri peccatum in Spiritum Sanctum, quia cum adiungitur ei finalis impenitentia, est peccatum in Spiritum Sanctum. Licet ergo homo et angelus peccaverint peccato superbiae, tamen quia in genere superbiae quaedam potest esse sine finali impenitentia, ut peccatum Adae; quaedam cum finali impenitentia, ut peccatum angeli. In eodem genere peccati
470 quoddam est in Spiritum Sanctum, quoddam non.

Ad decimum, fateor non est cognatio per se animarum nec angelorum. Verumtamen quia animae habent affectionem ad corpus, est cognatio ratione corporum maxime; et quia omnes fuimus in lumbis Adae, et omnia nostra peccata originaliter inde contracta sunt, ex quo satisfactum est pro illo radicali peccato per
475 poenam corporis Christi de corpore Adae, eodem satisfactum est pro omnibus peccatis ab illa radice prodeuntibus. Quod quia in angelis non est, nec reparatio.

Ad undecimum, scilicet quod contra rationem Magistri dictum est quam et Anselmus confirmat: dic quod aliud est habere exemplum, aliud instigatorem; minores quidem exemplum habuerunt, sed instigatorem, ut homo, non habuerunt.

480 Similiter, etiam dici potest ad hoc et ad duodecimum quod non causam nititur assignare, sed rationem probabilem.

7.1 DIABOLUS VERO, QUIA SINE ALICUIUS etc. Unde Anselmus libro *Cur Deus homo*, in fine: “Hoc quoque removet eorum restaurationem, quod sicut ceciderunt nullo alio nocente ut caderent, ita nullo alio adiuvante surgere debent.

485 Quod est illis impossibile. Aliter enim in dignitatem quam habituri erant non possunt restitui, quoniam sine alieno auxilio per potestatem suam quam acceperant, stetissent in veritate, si non peccassent. Quapropter si quis opinatur Salvatoris nostri redemptionem usque ad illos debere aliquando extendi, rationabiliter convincitur, quia rationabiliter decipitur. Quod non dico, quia pretium mortis eius
490 omnibus hominum et angelorum peccatis sua magnitudine non praevaleat, sed quoniam perditorum angelorum relevationi immutabilis ratio repugnat.”

7.1 PER ALIUM UT SURGERET IUVARI NON DEBUI, *Eccle.* 4: “Vae soli (id est qui per se solum cadit sibi ipsi existens tentator, sicut diabolus et diabolici homines qui tentationem praeveniunt), quia, cum ceciderit, non habet sublevan-

463 suprapositas] suppositas P 465 nonum] decimum BRV 469–472 genere ... corpus] om. C 471 decimum] undecimum BRV 474–476 est ... reparatio] marg. C 476 est ... reparatio] rep. C 477–481 ad ... probabilem] om. BCRV, marg. O 478 instigatorem] incitatore O 480–481 duodecimum ... probabilem] del. P; sequentem Magistri rationem quam pro causa videtur assignare et non causam nititur assignare sed rationem add. marg. m. post. P || quod ... rationem] quod non causam nititur assignare secundum causam del. P 483 restaurationem] instaurationem V 484 debent] deberent P

482–491 Anselmus, *Cur Deus homo*, cap. 21 (ed. Schmitt, 2:132) 492–495 *Eccle.* 4, 10

tem.” Et ex hoc videtur quod tales, sicut diabolus, sunt irreparabiles, de quibus 495
Thren. 3: “Abierunt absque fortitudine ante faciem subsequenti.”

Solutio. Constat gravius peccant quam alii, tamen reparabiliter propter carnis
 infirmitatem, de qua *Ps.*: “Lumbi mei impleti sunt illusionibus, et non est sanitas
 in carne mea.”

7.1 SICUT PER ALIUM, diabolus scilicet. ITA PER ALIUM, Christum scilicet, 500
 NON INCONGRUE HABUIT etc., *Ps.*: “Impulsus sum, eversus sum ut caderem,
 et Dominus suscepit me.”

7.2 PRAETEREA ANGELICA NATURA, cap. 7.

CERTISSIME COGNITA etc. In confirmatione enim collata est eis securitas.
 QUOD RUINA ILLA angelica. QUOD AEQUALES ERUNT ANGELIS DEI, 505
Matt. 22. Et ita supplebunt ruinam eorum.

8.1 ILLUD ETIAM NOTANDUM, cap. 8.

PRAECEPTUM NOBIS DEUS, *Gen.* 3. ANTE FACTAM MULIEREM, *Gen.* 2.
 UNDE APOSTOLUS, *I Cor.* 14.

8.2 LOQUI POTUERUNT Adam et Eva. VEL LOQUENTEM serpentem. IN- 510
 TER LOQUENTES CRESCENDO, sicut pueri, crescentes inter loquentes, di-
 scunt loqui. VEL MAGISTERIO ante et disciplina. ET DISCERE, id est intel-
 ligere. AB ALIIS, non forte creaturas, quia eas forte omnes noverunt, sed vitae
 instituta, quae erant ex Dei voluntate.

497 solutio] ergo P 511 crescentes] om. P 513 noverunt] noluerunt B

496 *Thren.* 1,6 498–499 *Ps.* 37,8 501–502 *Ps.* 117,13 506 *Matt.* 22,30 508 *Gen.* 3,3
 || *Gen.* 2,17 509 *I Cor.* 14,35

DISTINCTIO 22

1.1 HIC VIDETUR DILIGENTER ... Dist. 22.

[QUID FUERIT PRIMUM PECCATUM HOMINIS]

1.1 QUAE FUT ORIGO ET RADIX ILLIUS PECCATI.

Hic inquiritur quid fuerit primum peccatum hominis. Et determinat quod superbia.

[UTRUM INFIDELITAS]

Est tamen multiplex de hoc opinio: una quae ponit quod infidelitas fuit primum 5
peccatum hac ratione. Nihil appetitur antequam apprehensum et iudicatum vel
aestimatum fuerit bonum. Et e contrario de malo. Ergo si Eva appetiit esse sicut
Deus, primo apprehendit et aestimavit quod hoc erat bonum sibi. Et ita credidit
quod poterat esse sicut Deus et postea appetiit. Sed hoc credere est peccatum
infidelitatis. Ergo primum peccatum fuit infidelitas in Eva, sicut prima causa 10
vitae fuit fides in Maria; *Luc.* 2: “Beata quae credidisti.”

Ad hoc autem quod sancti dicunt primum peccatum superbiam respondent
quod semper infidelitati adiuncta est superbia; *Eccli.* 10: “Initium superbiae ho-
minis apostatare a Deo.” Sed et dicunt quod sicut fides est quaedam humilitas
intellectus, sic infidelitas quaedam superbia intellectus. Sed hac eadem ratione 15
primum peccatum angeli fuit infidelitas.

Contra. *Eccli.* 10: “Initium omnis peccati superbia.” *Glossa*: “Superbia est si
creatura velit aequari Creatori. Hoc autem diabolo et homini fuit initium perdi-
tionis. Unde, ‘initium omnis peccati superbia’.”

Et respondendum ad eorum rationem quod non sequitur: ‘appetiit esse ut 20
Deus, ergo credidit posse contingere’. Volumus enim multa quae scimus esse
impossibilia, ut si caeci sumus, volumus illuminari; etiam si irregulares, episco-
pari et huiusmodi.

[AN INOBOEDIENTIA]

Alii ponunt quod inoboedientia fuit primum peccatum secundum illud *Rom.* 5:
“Per inoboedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi.” Sed patet 25
quod inoboedientia non fuit nisi in esu ligni, quod fuit primum peccatum operis,

21 scimus] simus R

11 *Luc.* 2,45 13–14 *Eccli.* 10,14 17 *Eccli.* 10,15 17–19 *Glossa ordin.* in h.l. (ed.
princeps, 2:754a) 24–25 *Rom.* 5,19

sed non mentis, sicut dicit Augustinus *Super Genesim*, cuius textus hic inseritur eodem capitulo, parum infra: NON EST PUTANDUM.

[AN AVARITIA]

Alii dicunt quod primum peccatum fuit avaritia hac ratione. Avaritia est immoderata habendi aviditas, quae non tantum pecuniae, sed etiam altitudinis et scientiae est. Sed appetitus quo homo appetiit esse sicut Deus fuit immoderatus appetitus altitudinis. Ergo fuit avaritia.

Sed contra. Supra dixit Magister dist. 21, cap. 5 prope finem, quod diabolus promittendo deitatem tentavit de vana gloria, sed promittendo scientiam de avaritia. Et super *Luc.* 4 dicit *Glossa* idem.

[SOLUTIO]

Sed dicimus cum Anselmo quod cum appetiit Deo similis esse, non appetiit malum. Unde hoc non fuit peccatum. Sed quod hoc quod appetiit sine Deo per se ipsum voluit obtinere, hoc fuit peccatum, et primum peccatum Evae quod non avaritia, sed superbia fuit. Quod autem supra dixit *Glossa* sic intellige: “Superbia est si creatura velit aequari” etc., id est hoc verum est, quia quicumque se ipso, non per Deum, vult Deo similis esse, se Deo adaequat, cuius solius est hoc proprium. Unde Augustinus *Super Genesim contra Manichaeos*, et ponitur *Super Genesim glossa*: “Amiserunt quod acceperant, quia usurpaverunt quod non acceperant, id est ut per suam potestatem Deo non regente beati essent. Nullo enim regente per suam potestatem solus Deus beatus est.”

Vel potest dici quod concupiscere Dei aequalitatem et superbia fuit et cupiditas, quae utique idem sunt. Unde *Glossa* super *Eccli.* 10: “Initium omnis peccati superbia,” *Glossa*: Quamvis alibi dicatur radix omnium malorum cupiditas, “non est cupiditas sine superbia; nemo enim superbus nisi cupidus et e contrario.” Et ibidem in alia *Glossa*: “Caveamus ergo cupiditatem, superbiam, non duo mala, sed unum a quo omnia trahunt initium.”

Hinc patet quod primum peccatum hominis fuit superbia. Sunt autem superbiae quattuor modi. Unde versus: “Ex se pro meritis falso plus omnibus inflat.”

27 non] peccatum *add.* BCOR; primum *add.* OP 30 etiam] *om.* BC 38 et ... peccatum²] *om.* (*hom.*) B 44 id ... ut] et P || nullo] in illo P 47 idem] dei B 53 modi] modis BCRV

27 Aug., *De Gen. ad litt.* 11.5 (CSEL 28.1, 338) 28 Cap. 1, n. 3 (ed. Grottaferrata, 1:439) 33–34 N. 6 (ed. Grottaferrata, 1:436) 35 Resp. *Glossa ordin.* in *Luc.* 4,8 (ed. princeps, 4:154a) 36–37 Resp. Anselmus, *De casu diaboli*, cap. 13 (ed. Schmitt, 1:257) 39–40 *Glossa ordin.* in *Eccli.* 10,15 (ed. princeps, 2:754a) 42–45 Aug., *De Gen. contra Manich.* 2.15.22 (CSEL 91, 144) et *Glossa ordin.* in *Gen.* 3,5 (ed. princeps, 1:27a) 47–48 *Eccli.* 10,15 48–49 *Glossa ordin.* in h.l. (ed. princeps, 2:754a–b) 50–51 Ibid. (754b) 53 Proverbium. *Proverbia sententiaeque latinitatis medii aevi*, n. 41 (ed. Walther, 2:1, 2056); cf. Thomas de Chobham, *Summa confessorum* (ed. Broomfield, 22, n. 3); necnon *Summa poenitentiae fratrum praedicatorum* (ed. Goering-Payer, 28)

Et patet ex iam dictis quod primus horum modorum fuit primum hominis peccatum.

55

[AN CUPIDITAS]

1. Quod fuerit cupiditas videtur, quia constat aliquid inordinate concupivit, scilicet vel vetitum vel potius falso promissum. Non enim concupivisset vetitum, nisi prius concupivisset falso promissum.
2. Item, cum ramos praecedat radix, quomodo aliquod peccatum homini inesse potuit nisi radice malorum prius in eo existente? Sed I *Tim.* 6: “Radix omnium malorum est cupiditas.” Ergo primum peccatum fuit cupiditas. Item, quod fuerit superbia hic supra dictum est per glossam *Eccli.*
3. Item, si sequentia non sunt sine suo initio praecedente, quomodo dicitur *Eccli.* 10: “Initium omnis peccat superbia,” nisi superbia fuerit primum peccatum? Etiam quomodo non sunt dictae auctoritates sibi contrariae?
4. Item, si cupiditas fuit primum peccatum, quid concupivit inordinate? Si superbia, quae species superbiae?

65

Solutio. Est cupiditas vitium generale et vitium speciale. In quolibet enim vitio est aliquid inordinate volitum vel concupitum. Sed haec cupiditas est vitium generale, et est in singulis vitiis illius speciei cuius est vitium: verbi gratia cupiditas mulierum est de vitio luxuriae. Unde *Matt.* 5: “Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam moechatus est eam in corde suo.” Et similiter in aliis vitiis. Cupiditas vero scientiae vel magis proprie temporalium est vitium speciale de genere avaritiae. Igitur non specialis cupiditas, sed generalis, est omnis mali radix, quia in omni malo hoc est principium.

75

[RESPONSES AD OBIECTA IN CONTRARIUM]

Et sic patet responsio ad primum et secundum.

Ad tertium. Concedo quod superbia fuit primum peccatum angeli et hominis. Quippe cupiditas illa quae eis infuit fuit de specie superbiae, sicut concupiscere mulierem de genere luxuriae. Et ita verificatur *Glossa*, dicens quod sunt unum malum, non duo. Et ita hae auctoritates sibi contrariae non sunt.

80

Quae autem species superbiae fuerit vel quid concupiverit ambiguum est. Dubitatur enim utrum concupiverit aut scientiam maiorem quam habuit – et hoc credunt plures. Et ideo dicunt ad eius redemptionem non Patrem, cui appropriatur potentia, sed Filium, cui appropriatur sapientia, missum fuisse. Sed diabolus, ut dicunt, concupivit potentiam. Unde dixit: “Ero similis Altissimo”; non dicit

85

56 fuerit] fuit BC 60 omnium] om. P 71 mulierum] mulieris C 81 concupiverit] concupierint V 85 dicit] dixit P

60–61 I *Tim.* 6,10 62 Resp. supra (ed. princeps, 2:754a) 63–64 *Eccli.* 10,15 71–72 *Matt.* 5,28 79–80 Resp. supra, *Glossa ordin.* in *Eccli.* 10,15 (ed. princeps, 2:754a) 85 *Is.* 14,14

‘sapientissimo’. Sed hoc non videtur, maxime cum, ut Augustinus aestimat, “erat spiritali mente praeditus,” ut dicitur hac eadem distinctione, cap. 3 in fine. Aut Dei aequalitatem, sicut angelus, quod multi sanctorum ponunt. Quod autem nec angelus nec homo hoc appetere potuit constat ex supra positis isto eodem libro,
 90 distinctione 2 in fine.

Quid ergo superbe concupivit?

Solutio. Aestimatur cum Anselmo quod hoc tantum concupivit et homo et angelus quod habituri erant, si stetissent. Unde ipsum concupiscere per se non fuit peccatum eorum, sed potius hoc: quia concupierunt aliquid habere quod
 95 habituri erant antequam Deus vellet eos habere illud. Unde primum peccatum eorum fuit hoc, scilicet non subicere voluntatem suam divinae voluntati, quod est superbiae peccatum. Hinc patet quod sicut nunc, sic et tunc, omnis peccati initium superbia est. Quippe in omni peccato est alicuius inordinatus appetitus vel inordinate aliquid velle vel concupiscere, quod est velle aliquid quod Deus
 100 non vult. Quod est voluntatem suam divinae non tantum aequare, sed praeponere.

Anselmus *De casu diaboli*, cap. 4, dicit quod voluit esse maior Deo. Quod si esset, contingeret ipsum Deo aequari, immo maiorem esse. Et ideo dicitur quasi verum per accidens, non per se, quod voluerunt esse maiores Deo et aequales, cum tamen ibi sit fallacia accidentis, sicut hic: velles habere reginam, et ipsa est
 105 sponsa; ergo velles habere sponsam. Aut igitur non est verum quod concupierunt Dei aequalitatem aut per accidens verum est. Hinc patet quod fuit prima species superbiae, ut supra hic dictum est.

Sed quaeritur quare non appetivit aliquis perverse bonitatem divinam, quae appropriatur Spiritui Sancto, sicut potentiam, quae appropriatur Patri, et sapien-
 110 tiam, quae Filio.

Solutio. Bonitas amari nimis non potest, sicut potentia vel scientia.

1.3 QUOD HOMO DEICERETUR in opus exterius vel in hanc miseriam, NISI PRAECESSISSET non tentationem, sed opus peccati exterius. UT PER HUMILITATEM etc., *Ps.*: “Priusquam humiliarer, ego deliqui.” SI A FACIENTE
 115 RECESSERIT, *Ier.* 2: “Scito, quia malum et amarum est reliquisse te Dominum, Deum tuum.” DEUM SE A RE BONA ET UTILI etc. Sed nonne hoc fuit verum ad litteram quod lignum scientiae fuit bonum et utile naturaliter, sicut alia ligna paradisi, immo ut supra dictum est distinctione 17 in fine?

86 ut] *om.* CV || aestimat] quod *add.* V 91 superbe] superbiae CR 94 quia] quod B 98 alicuius] aliquis B 100 tantum] *om.* P 107 hic] *del.* P 108 perverse] pervertere B

86–87 Cap. 3, n. 4 (ed. Grottaferrata, 1:442) 89–90 Resp. Fishacre, *In 2 Sent.* 2 (ed. Long, 51–53) 92 Resp. supra 101 Anselmus, *De casu diaboli*, cap. 4 (ed. Schmitt, 1:242) 114 *Ps.* 118,67 115–116 *Ier.* 2,19 118 Dist. 17, cap. 7 (ed. Grottaferrata, 1:415)

Solutio. Ante fuit utilis quam fieret prohibitio. Sed post prohibitionem fuit malum et nocivum non simpliciter, sed eis quibus facta fuit prohibitio.

120

^{1.3} QUAE, mens vel Eva. PER TENTATIONEM etc., id est tentavit diabolus, ut in aliquo vinceret vel omnino perimeret. ASPEXIT LIGNUM BONUM etc. Alia causa movens ad comedendum. FORTE PUTAVIT DEUM etc., tertia causa. CAUSA SIGNIFICATIONIS mysticae vel typicae.

^{1.4} IN MULIERE VERO, QUAE RATIONALIS ERAT, et ideo loqui poterat, NON EST IPSE LOCUTUS etc.

125

Contra. Distinctione 21, cap. 4: SICUT PER ENERGUMENOS.

Solutio. Dupliciter loquitur diabolus: vel movendo linguam animalis alicuius immediate, sicut per serpentem et fanaticos, vel in instigando et alliciendo animam, ut ipsa formet verba quae ipse suggerit; sic per membra sua loquitur diabolus et per mulierem locutus est.

130

^{1.4} SED PERSUASIO EIUS, diaboli, facta est per mulierem. QUAMVIS INSTINCTU ADIUVARET INTERIUS, id est, suggereret loqui diabolus.

Contra. Supra dist. 21, cap. 6: HOMO IGITUR, QUI SOLA EXTERIORI etc. Sed ibi dictum intelligatur de muliere, hoc de viro. Vel etiam hic dictum intellige quod adiuvit mulierem persuadentem, non Adam.

135

^{1.6} QUOD, scilicet loqui. CUM AUCTORITAS, scilicet sanctorum expositorum, ut Anselmus libro *Cur Deus homo* in fine, sicut dictum est supra.

^{1.7} SED OPUS PECCATI, scilicet comestionem.

² ET TALIS QUIDEM, cap. 2.

140

CUM AEQUALITATE QUADAM.

Contra. Deus est incomprehensibilis cogitatu; *Ier.* 32: “Magnus consilio et incomprehensibilis cogitatu.” Sed tantum appeti potest quod potest cogitari. Igitur deitas appeti non potest ab aliqua creatura. Igitur nec ab homine nec ab angelo.

Item, quantum cognoscis bonum tantum amas vel appetis cognitum. Sed nullus potest tantum Deum cognoscere quantum ipse se. Ergo nullus deitatem concupiscere potuit.

145

Item, ut dicit Anselmus: Deus est “quo maius cogitari non potest.” Sed maius est cui aequale cogitari non potest quam cui aequale cogitari potest. Igitur Deus

119 utilis] utile P || fieret] *om.* C; *marg.* B 122 omnino] non C || perimeret] perverteret B; opprimeret P; *corr. ex* prohimeret P 125 in muliere] mulierem P 129 sicut] sic BCO 133 id ... diabolus] *marg.* P; diabolus aliquis O; etc. R 135 intelligatur] intelligitur P || hoc] hic OP 145 cognitum] cogitatum V 148 ut dicit] *om.* R 149 non] *interlin.* BC; *om.* R || cogitari²] non *add. sed del.* C; non *add.* R || potest²] *del.* O

127 N. 2 (ed. Grottaferrata, 1:435) 134–135 N. 1 (437) 138 Anselmus, *Cur Deus homo* 2.21 (ed. Schmitt, 2:132) 142–143 *Ier.* 32,19 148 Anselmus, *Proslogion*, cap. 2 (ed. Schmitt, 1:101)

150 est cui aequale cogitari non potest. Sed quod cogitari non potest appeti non potest. Ergo Dei aequalitas a creatura appeti non potest.

Item, soli ‘mundo corde’ Deum videre possunt; *Matt. 5*: “Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.” Sed cor perversum, scilicet volens se esse aequale Deo, non est mundum. Igitur Deum non apprehendit eo ipso quod hoc vult. Et
155 quod non apprehenditur non concupiscitur. Igitur eo ipso quod cupit deitatem non cupit deitatem. Igitur quaero: aut concupivit mulier deitatem aut non. Si non, hoc volui. Si sic, sequitur quod non. Igitur non concupivit deitatem.

Item, si posset concupiscere quis deitatem, concupiscendo non peccaret, ut videtur, quia peccatum est aversio ab incommutabili bono et conversio ad commutabile. Quorum neutrum hic esse potest. Non aversio: eo enim ipso quod
160 deitatem appetit eam amat, et sic non se avertit affectus. Et eo ipso quod hanc tantum concupiscit, ad aliud bonum non convertit se. Igitur non peccat.

Bene credo quod nulla creatura Dei aequalitatem per se appetere potuit nisi per accidens, sicut praedictum est. Quod autem dictum est intelligatur sic per
165 accidens.

2 PUTANS ILLUD ESSE VERUM etc., decepta prius et obcaecata peccato superbiae. SPECIALITER MULIEREM, non virum.

3.1 SOLET QUAERI UTRUM, cap. 3.

3.2 QUOD COMMISSUM VENIALE PUTAVERIT.

170 Contra. Isto eodem capitulo in fine dicit Adam spirituali mente praeditum. Quomodo ergo ignoravit venialis et mortalis peccati distantiam?

Solutio. Veniale tripliciter dicitur. Dicitur enim quasi cito ‘veniens’. Sic primus motus dicitur venialis, et hic modus opponitur mortali. Quandoque dicitur veniale peccatum quod habet sibi annexam causam ‘veniae’, ut peccata ignorantiae et infirmitatis. Et sic opponitur peccato in Spiritum Sanctum. Tertio modo
175 dicitur peccatum veniale quod est cito remissibile, et sic sumitur hic. Vel dici potest quod quamvis Adam cognitionem creaturarum habuit, non tamen ita voluntatis divinae; vel minus discussit forte; vel quia videbatur ei forte admonitio. Non enim dicit ‘praecipio in virtute oboedientiae ne comedas’ et cetera. Et ita si
180 esset sola admonitio, non esset mortale facere contra.

Hinc discas praeceptum esse, etiam si non dicatur ‘praecipio in virtute oboedientiae’.

150–151 sed ... potest²] *om. (hom.) B* 150–152 sed ... possunt] *margin. P* 152 mundo corde¹] mundi cordes BOPR; mundi corde C 153 aequale] aequalem BCOR 160 quod] qui P 167 mulierem ... virum] virum non mulierem P 169 veniale] vel male P 175 et¹] vel BCP 177 cognitionem] cognitionis *corr. ex cognitioni P* 179 cetera] et ita non esset mortale facere *add. C* 180 non ... contra] *om. C*

152–153 *Matt. 5,8* 159–160 Resp. Aug., *De lib. arb.* 2.19 (CCL 29, 272) 172 Resp. Hugo de S. Caro: “... veniale a veniendo, quia cito venit,” *Comm. in 2 Sent.* 38 (MS Vat. lat. 1098, f. 79^{va})

3.2 VERUMTAMEN PRAEVARICATOR etc., *Rom.* 5: “In similitudinem prae-
varicatoris Adae.” CUM MULIEREM NON VIDERET etc. Sed quia nondum
mortua fuit, mulier numquid discredidit Deo? Igitur suum peccatum fuit infide- 185
litis.

Solutio. Non. Sed credidit quod Evae parceret ex misericordia, et quod simi-
liter parceret sibi.

3.3 ADAM NON EST SEDUCTUS, I *Tim.* 2.

3.4 VERUM PUTATUM EST, SCILICET QUOD etc. Haec putatio non praeces- 190
sit appetitum deitatis, ut aestimo, sed sequebatur. Quippe diabolus suggessit et
aequalitatem Dei promisit. Ipsa audiens promissum appetivit, nec tamen adhuc
obtinere se posse putavit. Appetimus enim quae novimus esse impossibilia. Sed
prius natura promissum appetivit, qui appetitus fuit in ea primum peccatum. Et
hoc appetitu obcaecata est, ut crederet hoc posse se obtinere. Et ita peccatum 195
infidelitatis sequebatur primum peccatum. Quomodo enim ante obcaecationem
posset putare se posse ad aequalitatem Dei pertingere non video.

3.4 QUAE DEUM LATERE etc., *Hebr.* 4: “Omnia nuda et aperta sunt oculis
eius.” EXPERIENDI cibum vetitum. SI IAM SPIRITUALI, hoc. IAM: aut dicit
tempus ante peccatum viri aut post. Si ante, quomodo dubitat quin spirituali men- 200
te praeditus fuerat? Si post, quomodo non ipse peccato obcaecatus hoc crederet,
sicut mulier?

Solutio. Li ‘iam’ dicit tempus post peccatum viri. Sed quia minus peccavit
quam mulier, minus obcaecatus fuit. Et ideo non credidit quod mulier credidit.

3.4 SI IAM SPIRITUALI MENTI PRAEDITUS ERAT: sed eadem ratione nec 205
mulier, quae utique sciens creata est, diabolo credidisset. Et etiam multo fortius
diabolus ante lapsum se posse fieri ut Deum nullo modo credidisset, qui multo
perspicacioris ingenii creatus est quam homo.

Solutio. Sicut dictum est mulier consentiens tentationi prius obcaecata est, et
deinde se credidit posse ad aequalitatem Dei pertingere, sicut dicitur infra, cap. 4, 210
in principio ibi QUAE USURPARE AEQUALITATEM DEI etc. Vel ideo dicitur
Adam praeditus, quia, dum auferret ei Dominus costam, in exstasi factus, vidit
secreta caelestia. De angelis dici potest quod gratuita non habuerunt ante casum.
Sed Adam habuit.

3.4 QUOD DIABOLUS SUGGEREBAT. Sic videtur Magister iam consentire huic 215
parti quaestionis, scilicet quod non eodem peccato, quia noluit esse ut Deus,
sicut mulier. Unde I *Tim.* 2: “Vir non est seductus,” glossa Augustini: “Prior
scilicet et eo peccato quo Eva.” Et dicit Augustinus et ponitur quaedam glossa

190 verum] verumtamen P 194 appetitus] appetitur R 199 aut] ut P 207 Deum]
dictum est C

183–184 *Rom.* 5,14 189 I *Tim.* 2,14 198–199 *Hebr.* 4,13 210–211 N. 1 (ed. Grot-
taferrata, 1:442) 217 I *Tim.* 2,14 217–218 *Glossa ordin.* in h.l. (ed. princeps, 4:486b)
218–221 Resp. Aug., *De Gen. ad litt.* 11.42 (CSEL 28.1, 377–78)

super *Genesim* quod sicut Salomon adoravit idola non quod ibi crederet aliquid
 220 numinis esse, sed ne delicias suas molestaret, id est uxorem, ita Adam comedit
 ne uxor sua odio vel ira vel invidia tabesceret.

Dici tamen potest quod peccavit illo peccato quo mulier vel quia mulier cum eo
 fuit una caro; *Gen. 2*: “Erunt duo in carne una,” vel quia vir consentiens mulieri,
 victus eius persuasionem, praeposuit voluntatem suam divinae, sicut mulier, licet
 225 non idem esset utriusque volitum. Et ita eodem genere peccati peccavit.

4.1 ET QUIA DE POENITENTIA ET DEI MISERICORDIA PECCAVIT. Ergo
 peccavit in spe. Ergo in Spiritum Sanctum.

Solutio. Peccare in spe dicitur dupliciter, scilicet peccando promittere sibi im-
 punitatem dicendo quod Deus non damnabit creaturam suam, quod est peccatum
 230 in Spiritum Sanctum, *Eccli. 5*: “De propitiatu peccatorum noli esse sine metu
 neque adicias peccatum super peccatum et ne dicas: Miseratio Domini magna
 est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur,” quia haec est praesumptio in
 tantum ampliando misericordiam ut auferat iustitiam in Deo; vel peccando non dif-
 fidere de Dei misericordia, et haec non est praesumptio nec peccatum in Spiritum
 235 Sanctum, sed potius oppositum desperationi.

4.2 QUI DE POENITENTIA, non diffidendo.

4.3 CARNALI VICTUS CONCUPISCENTIA ad consentiendum QUAM NON-
 DUM SENSERAT, id est ante consensum, SED AMICABILI QUADAM BENE-
 VOLENTIA. Hic amor quo vincebatur aut fuit carnalis aut naturalis aut spiritua-
 240 lis. Non naturalis, quia illo amore non sit ut offendatur Deus. Hic enim bonus
 est et a Deo, sicut et natura. Similiter multo fortius non spiritualis, quia isto
 non tantum non offenditur, immo placatur Deus, quia caritas est. Igitur carnalis.
 Quod hic negat Magister.

Item, si hac amicabili benevolentia primo victus est quam consentiret mulieri,
 245 tunc primum peccatum suum fuit inordinatus amor mulieris.

Solutio. Dic quod primo consensit in mente uxori, et hoc fuit primum pecca-
 tum, scilicet praeponere voluntatem suam vel uxoris voluntati Dei. Et ante hunc
 consensum non dilexit uxorem nisi amore ordinato, utpote naturali et spirituali,
 id est naturali egrediente in actum, qui est amare spiritualiter. Sed inter consen-
 250 sum viri et opus amor naturalis effectus est carnalis, id est exivit in hunc actum
 amare carnaliter.

Igitur sic legi potest textus: ‘non fuit victus ut consentiret concupiscentia car-
 nali’, id est amore uxoris inordinato, QUAM NONDUM SENSERAT: ‘nondum’,

224 praeposuit] proposuit P 226 quia] *om. ed.* || peccavit] cogitavit *ed.* 228–229
 impunitatem] et *add. C* 234 peccatum] *om. P* 246 uxori] *corr. ex uxoris R* 249 ama-
 re] amore B 251 amare] amore B 253 inordinato] ordinato P || quam] quod *COPR*

223 *Gen. 2,24* 230–232 *Eccli. 5,5–6*

id est ante consensum; sed victus est AMICABILI QUADAM BENEVOLENTIA, id est amor naturalis degenerans in carnalem vicit ad opus, non ad consensum. 255

Vel potest sic legi: ‘non quidem victus carnali concupiscentia’, qua mulier concupivit lignum vetitum, ‘victus’ scilicet ad opus. Sed vincebatur ad opus amore naturali degenerante in carnalem. QUA PLERUMQUE, scilicet quando fit carnalis, non spiritualis. DIVINAE SENTENTIAE IUSTUS EXITUS, id est 260 poena iuste inflictam.

4.5 QVAE ETIAM IN SE occidendo ET IN PROXIMUM seducendo ET IN DEUM inoboediendo. VIR AUTEM TANTUM IN SE ET IN DEUM, immo et in proximum, ut videtur. Nonne enim nobis proximis suis nocuit? Sed aliter Eva ei, aliter ipse nobis nocuit. Ipsa enim nocuit suggerendo culpam, sed non 265 sic nobis Adam. Nec hoc quod nocuit peccatum ponit in numerum cum peccato in se ipsum, quia non nocuit nobis nisi in hoc quod nocuit sibi in quo omnes fuimus.

4.5 IN DOLORE PARES. Hanc poenam habet mulier sibi inflictam et praeter poenam viro inflictam. 270

4.6 CONFUSIONIS DEFORMITATEM, id est peccatum quo confundi deberet; *Ps.*: “Confundantur superbi.” NON CONFUSIONIS HUMILITATEM, id est non confusionem confitentis, de qua duplici confusione; *Eccli.* 4: “Est confusio adducens peccatum, et est confusio adducens gratiam et gloriam.” NEC ETIAM MULIER CONFITETUR PECCATUM, id est se peccasse, immo ut videtur. 275

Solutio. Factum confitetur. Sed illud non esse peccatum excusando nititur ostendere.

4.6 SED PARI, id est communi, FASTU.

4.7 SED DISPAREM ET IN MULIERE MULTO etc., quasi dicat in peccato oris, scilicet excusationis et operis, scilicet comestionis pares erant, sed non in peccato 280 mentis.

Sed contra. Nonne sicut Eva peccavit primo in mente praeponendo voluntatem suam divinae, similiter et Adam, et ita pares erant in peccato mentis?

Solutio. Forte, sicut dicitur infra, ipsa cum maiori affectu praeposuit voluntatem suam divinae quam Adam. Insuper etiam tanto gravius peccavit quam 285 Adam, quanto minus familiaris et minus dilectus fuit serpens ab Eva quam Eva ab Adam, quia tanto minus efficax et facilius fuit tentatio Evae per serpentem quam Adae per Evam.

254–256 sed ... consensum] *om. (hom.) B* 259 quando] quandoque O 262 quae] quare ed. 266 quod] quo *corr. ex quod P*; nobis *add. P* || nocuit] novit B 272 confusionis] confessionis ed.; conversionis V 287 tanto] quanto B

272 *Ps.* 118,78 273–274 *Eccli.* 4,25

4.8 SUPER ILLUM LOCUM EPISTOLAE, *Phil.* 2.

290 4.9 SED NON ITA, concupiscitur enim quod non creditur posse haberi, sicut cum dicitur alicui clerico: ‘adhuc eris episcopus’, placet ei et tamen non credit; et caecus vellet videre, licet hoc credat impossibile.

4.10 ALIIS AUTEM VIDETUR IDEO DICTUM ESSE etc. Vel dici potest quod ideo dicitur Adam eodem peccato quo Eva peccasse, quia, cum videret uxoris voluntatem, non corripuit eam, sed assensit. Et ita peccatum Evae suum factum est.

Sed multa circa hoc in expositoribus inveniuntur contraria, scilicet quod eodem peccato peccaverunt et quod non eodem. Ideo dic quod tripliciter peccavit Eva, scilicet in cogitatione, volendo esse ut Deus; opere, comedendo; tertio, se excusando. Adam vero cogitatione, consentiendo; opere, comedendo; tertio, se excusando. In duobus ergo ultimis convenerunt Adam et Eva; in primo autem non, nisi, sicut dictum est, quod consentiens alterius peccato suum facit.

4.10 PECCATIS CORRUPTUM PERIRET, quia potuisset Deus creasse aliam uxorem. Sed quaeri potest: si tantum ipsa peccasset, utrum necesse esset aliam facere mulierem. Vel si illam cognosceret, utrum filii in peccato et cum originali nascerentur. Et constat quod sic, quia semen mulieris est vel tota prolis materia vel aliqua pars materiae prolis. Sub disiunctione dico, quia imponitur Aristoteli quod ponat quod semen mulieris est tota prolis materia. Nec semen maris est aliquid de prole, sed tantum est agens, ut ex semine feminae fiat proles. Unde dicit in 15 libro *De animalibus*, ante finem: “Est vir sicut movens et operans, et femina sicut patiens, manifestum est quod sperma feminae non convenit spermati viri in generatione, sed convenit sicut materia.” Et post: “Et manifestum est quod mas est operans et femina patiens, sicut erit scamnum ex carpentario et ligno.” Et post: “Et non est sperma viri pars concepti, sicut carpentarius non est pars materiae ligni.”

Sed magis credo – sive hoc senserit Aristoteles sive non – quod caro prolis est ex utrisque, scilicet mare et femina; unde *Ioan.* 1: “Qui non ex sanguinibus,” *Glossa*: Materia, unde fit homo, pluraliter dicit, ut significet sanguines maris et feminae. Sed forte tunc fuisset minor corruptio carnis quam nunc.

320 4.10 MINUS ERGO PECCAVIT VIR QUAM MULIER, quia mulieris peior intentio, quia intendebat comedendo fieri ut Deus. Sed Adam non contristare uxorem

290 sicut] sed C 302 facit] faciat C; MINIME *add.* O; in sua me (*sic*) *add.* B 303 potu-
isset] posset P; potuit V || creasse] omnino *add.* P || aliam] adae *add.* P 304 fa-
cere] uxorem vel *add.* BC 305 cognosceret] cognosceret P 320 mulieris] mulieri BCR

289 *Phil.* 2,6 310–312 Arist., *De gen. an.* 1.20 (729a 29–31); ed. van Oppenraaij, 49–50
312–313 Ibid. 1.21 (729b 12–17); 50 314–315 Ibid. 1.22 (730b 11–13); 53 317 *Ioan.*
1,13 318–319 Resp. *Glossa interlin.* in h.l. (ed. princeps, 4:224b)

intendebat. Et quia forte levior tentatio, quia ut supra dixit Magister dist. 21, cap. 6: TENTATIO CARNIS DIFFICILIUS VINCITUR quam diaboli. Sed vir et mulier sunt caro una; *Gen.* 2: “Et erunt duo in carne una”; et Apostolus, *I Cor.* 6: “Qui adhaeret meretrici, unum corpus efficitur.” Ergo gravius tentavit 325 mulier virum quam diabolus mulierem.

Item, quia prior peccavit et sine exemplo.

Item, quia multiplicius peccavit, scilicet in se, Deum, et virum.

Item, quia pluribus nocuit.

Sed contra. Idem genus peccati gravius est in praelatis quam in subditis. Ergo 330 comedere pomum gravius fuit in Adam quam in Eva.

Solutio. Licet quantum ad hoc fuerit gravius, tamen aliae circumstantiae huic praeponderant.

4.11 SCILICET IGNORANTIA peccatum in Filium, INFIRMITATE peccatum in Patrem, et INDUSTRIA in Spiritum Sanctum. 335

5.1 EST ENIM IGNORANTIA TALIS, cap. 5.

Hic quaeramus de ignorantia. Et primo generaliter quae excusat et quae non; deinde specialiter de quibusdam ignorantibus, quae specialem videntur habere dubitationem; tertio, an aliqua ignorantia sit peccatum.

[QUAE IGNORANTIA EXCUSAT ET QUAE NON]

De primo, ut sciamus quae excusat et quae non, dividamus. Est autem ignorantia triplex. Prima simplicis negationis, quae nec est culpa nec poena nec annexa culpa, ut pueri. Dico quod poena non est secundum opinionem eorum qui ponunt quod hanc habuissent pueri in paradiso sicut nunc, sicut dictum est supra, dist. 20, cap. 5 in fine; alioquin poena est – quod magis credo. 340

Item, est ignorantia privationis, et haec aut est eorum quae tenetur scire – et tunc est poena ad culpam praeviam, sed non culpa, sicut scientia bene operandi non est virtus, sed praevia ad virtutem – aut est eorum quae sunt expedita ad salutem. Et haec similiter poena est tantum. 345

Item, est ignorantia dispositionis, qua quis opinatur aliter de re quam sit. Et haec ignorantia aut est iuris aut facti. Ignorantia facti excusat a toto adhibita 350 sufficienti diligentia. Et ideo non peccat cui supponitur non sua pro sua.

334–335 scilicet ... sanctum] *om.* B 345 et¹ ... est²] *om.* P 346 sicut] sed V

322–323 N. 3 (ed. Grottaferrata, 1:437) 324 *Gen.* 2,24 325 *I Cor.* 6,16 344 Cap. 4, n. 4 (ed. Grottaferrata, 1:430)

[UTRUM IGNORANTIA IURIS EXCUSAT]

Ignorantia iuris est aut simplex aut crassa aut affectata. Primam habet nesciens illud quod tenetur scire, laborat tamen ut sciat. Et haec excusat a tanto, non a toto.

355 Secundam habet qui nescit quod tenetur scire et negligit scire. Haec similiter non a toto, sed a tanto excusat, minus tamen quam prior.

Tertia duplex est, scilicet determinata vel indeterminata. Indeterminatam habet qui affectat nescire quod tenetur scire; sed non habet determinatum apud se quod tenetur illud scire. Haec a tanto, non a toto excusat, minus tamen quam
360 dictae. Haec fuit in Paulo, I *Tim.* 1: “Ecclesiam Dei persecutus sum,” sed veniam merui, “quia ignorans feci.” Determinata est qua quis affectat nescire illud de quo determinatum est apud se quod tenetur scire, et talis in nullo excusat.

Hinc iam patet quae excusat et quae non, hoc uno patefacto, scilicet quid tenemur scire et quid non.

[UTRUM QUILIBET TENEATUR COGNOSCERE
QUODLIBET PECCATUM MORTALE]

365 Quaeritur ergo utrum quilibet teneatur cognoscere quodlibet peccatum mortale. Et videtur quod sic, quia tenetur vitare quodlibet mortale. Sed non vitatur malum nisi cognitum. Ergo tenetur cognoscere quodlibet mortale.

Sed si hoc esset verum, iam rusticus quilibet teneretur scire occultos casus usurae et simoniae et aliorum, de quibus etiam maiores magistri dubitant. Et
370 dicit Magister W. Altissiodorensis quod “tenetur scire vel dubitare.”

Sed contra. Dubitare aut importat negationem, et tunc nihil aliud est dictum nisi quod tenetur scire vel non scire. Si positionem, tunc sequitur idem inconueniens quod prius. Alii dicunt quod de generibus singulorum tenetur quilibet scire vel dubitare, sed non de singulis generum; sed tunc nec teneretur vitare singula
375 generum, ut videtur.

Distinguendum ergo: cognoscendorum quaedam sunt cognoscenda propter se, ut articuli fidei; quaedam vero tantum propter aliud, scilicet propter opus. Et in his quidem non est alia tentio qua tenetur scire illa quam illa qua tenetur ad opus: ut si teneor pulsare primam, teneor ire ad chordam. Nec sunt hae duae tentio-
380 nes, sed una. Nec ignorare in his est peccatum, nisi aut ignorantiam consequatur

353–354 a¹ ... toto] non a toto sed a tanto P 358 nescire] scire *corr. ex* nescire O ||
apud] habet R 364 tenemur] tenentur O 366 tenetur] tenemur C; teneatur R 368 te-
neretur] tenetur CV 370 Altissiodorensis] *om.* B 373 quilibet] quidlibet R 374 vel]
et P || teneretur] tenetur BCP 376 quaedam] quae P 378 qua²] quae C 379–380
tentiones] intentiones B

360 Re vera I *Cor.* 15,9 361 I *Tim.* 1,13 370 Guil. Altis., *Summa aurea* 2.16.3 (ed. Grottaferrata, 2/2:557)

facere quod non debet aut non facere quod debet. Sic ergo quaerere quae tenearis cognoscere non est aliud quam quaerere quae tenearis facere. Hinc iam patet quod non cognoscere in talibus non est peccatum, nisi accadat aut facere quod non debet aut non facere quod debet.

Ad argumentum ergo respondere potes concedendo totum et conclusionem, ita quod li ‘teneri’ in conclusione non dicat aliam tentionem quam dicit in maiori. Vel melius dicatur quod non sequitur: ‘tenetur vitare, sed vitare non poterit, nisi noverit; ergo tenetur cognoscere’. Sicut nec sequitur: ‘tenetur pulsare; sed hoc non potest nisi eat ad chordam; ergo tenetur ire ad chordam’. Sicut nec sequitur: ‘voluntatem habet pulsandi primam; et hoc non potest, nisi eat ad chordam; ergo voluntatem habet eundi ad chordam’. Quippe in eo quod est teneri est aliquo modo velle vel Dei vel superioris. Unde cum dicitur ‘tenetur pulsare primam’, hic intus dicitur quod suus superior hoc vult et hoc iniunxit. Et sic est fallacia accidentis.

Vel sic: ‘vitare’ proprie sumptum habet in se duo, scilicet actum apprehensive affirmatum et actum motive negatum. Quippe si hostis in una via insidians mihi lateat quod ego nesciam, eam autem propter aliquid aliud per viam aliam, non dicar vitare hostem proprie. Sed si scio ibi esse hostem et propter eum dimitto ire viam illam, dicor vitare. Improperie autem sumitur quandoque, et tunc non habet in se nisi actum motive negatum. Igitur si ‘vitare’ sumatur proprie, prima falsa est, scilicet ‘tenetur vitare’, quia ibi dicuntur duo, scilicet quod tenetur cognoscere illud et cognitum non facere. Si autem improperie, vera. Tunc enim asseritur tantum quod tenetur non facere. Assumptio autem e contrario est vera et falsa, et ideo conclusio non sequitur.

[UTRUM IGNORANTIA FURORIS
VEL EBRIETATIS PECCATO EXCUSAT]

^{1.} De secundo quaeritur si ignorantia furiosi ex culpa sua vel ebrii excuset, si peccat in ebrietate vel furore. Et videtur quod peccat. Dicit enim Gregorius: Ex mala radice cogitationis praecedentis nocturna pollutio peccatum est secundum illud *Deut.* 22: “Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus sit somnio, egrediatur extra castra.” Ergo dormiens usum liberi arbitrii non habens peccat, eadem ratione furiosus et ebrius.

381 aut ... debet²] *om.* (hom.) B; *marg.* O 384 non²] *transp. post* quod B 386 aliam] *om.* P 387 poterit] potest BCOR 389–391 sicut ... chordam] *om.* (hom.) B 393 sic] haec P 395 vitare] est *add.* P || sumptum] et *add.* P 397 aliud] *om.* P 398 dicar] dicor PV 399 dicor] dicar O || vitare] hostem proprie *add.* P 402 improperie] proprie CR; tunc *add.* R 404 et² ... sequitur] *om.* B 405 excuset] excusat P 406 dicit ... Gregorius] *om.* V

406 Resp. Greg. Magnus, *Moralia* 9.55.84 (CCL 143, 514–15) 408–409 *Deut.* 23,10

² Item, *Gen.* 13: Lot non sensit quando accubuit filia vel quando surrexit propter nimiam ebrietatem, propter quam caruit usu liberi arbitrii. Nec tamen, ut dicit *Glossa*, excusatur a toto. Eadem ratione nec furiosus.

³ Item, existens in mortali non potest vitare quin peccet, et tamen illa impotentia non excusat eum a toto, eo quod ex culpa sua venit in illam necessitatem. Ergo eadem ratione ignorantia furiosi talis et ebriosi non excusat.

⁴ Item, ante furiam tenebatur ad legis observantiam, nec absolutus est. Ergo adhuc tenetur. Ergo si adulteratur, non excusatur.

⁵ Item, sicut in isto maiori mundo principalis agens omnium eorum quae in eo fiunt naturaliter est Deus, sic in minori mundo omnium eorum quae in eo fiunt agens principalis est anima rationalis. Igitur si furiosus occidat, huius actionis anima rationalis est agens principalis. Insania autem et ebrietas tantum corporum sunt. Nec enim inebriatur anima nec insanire potest. Igitur cum nullo cogi potest ut hoc malum faciat, sciens et volens anima occidit. Quomodo ergo non
425 gravissime peccat et sine excusatione?

[ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

Ad oppositam vero partem similiter sunt rationes. Prima: adulterium vel incestum sequentem ebrietas praecedens excusat saltem in parte. Unde Augustinus *Contra Faustum* lib. 2, cap. 1: “Culpandus est Lot, non quantum ille incestus, sed quantum ille meretur ebrietas.” Et hoc non est nisi quia ligat rationem. Ergo
430 quanto magis ligat, magis excusat. Ergo cum furor et profunda ebrietas ex toto liget rationem, ex toto excusant.

Item, ignorantia facti excusat a toto, quia liberum arbitrium tunc non potest addiscere veritatem, ut cum alicui nocte supponitur non sua. Ergo multo fortius, cum furiosus non possit advertere quid faciendum vel non, excusabilis est a toto.

⁴³⁵ Item, nemo in tali statu potest mereri. Ergo nec demereri.

Item, dicit auctoritas: “Nemo reus constituitur cum nescit quod fecit.” Sed talis nescit quid fecerit. Ergo omnino nec peccat.

[SOLUTIO]

Solutio. Dicendum quod secundum quod magis vel minus ligatur ratio vel liberum arbitrium, maius et minus est peccatum. Unde si in aliquo penitus ligatum
440 est, omnino non peccat.

413–415 eadem ... toto] *om. (hom.) B* 418 adulteratur] *ulteratur O* 421 huius] *huius-*
modi *C* 423 insanire] *sanire B* 431 liget] *ligent P* 438 quod²] *om. BP* 438–439
ratio ... minus] *om. B* 438 ratio vel] *rationalis C*

411–412 Resp. *Gen.* 19,35–36 413 Resp. *Glossa ordin.* in h.l. (ed. princeps, 1:56a)
427–429 Aug., *Contra Faustum* 22.44 (CSEL 25, 636) 436 Partim verb. in Ambrosiaster
(Ps.-Aug.), *Quaestiones vet. et novi test.*, cap. 2 (CSEL 50, 20); coll. ex Alex. Hal., *Glossa in*
2 *Sent.* 22.15 (ed. Quaracchi, 2:200)

[RESPONSIONES]

Dicatur ergo ad primum quod dormiendo pollutus non peccat. Unde Augustinus *Super Genesim ad litteram* lib. 12: “Ipsa phantasia, quae fit in cogitatione sermocinantis, cum ita expressa fuerit in visione somniantis, ut inter illam et veram commixtionem corporum non discernatur, continuo movetur caro, et sequitur quod eum motum sequi solet, cum hoc tam sine peccato fiat, quam sine 445 peccato a vigilante dicitur; quod ut diceretur sine dubio cogitatum est.” Causam autem quare non peccat subdit Augustinus sic: “Motum carnis castae vigilantes cohibent et refrenant, dormientes autem ideo non possunt, quia non habent in potestate ut amoveatur expressio corporalis imaginis, quae discerni non possit a corpore.” Quod autem dixit Gregorius intellige, quia illa vigilantis cogitatio non 450 fuit sine delectatione, et ita nec sine peccato.

Ad secundum. In Lot non fuit omnino ligatum arbitrium.

Ad tertium. Exsistens in mortali non habet necessitatem peccandi, quia potest confiteri et resurgere. Et ita habet potentiam et se liberandi et alia vitandi.

Ad quartum. Tenetur ad legem, sicut religiosus infirmus ad regulam. 455

Ad quintum. Ratio primo iudicat, deinde secundum quod iudicaverit operatur. Et sicut operatur per corpus – nec forte potest non agere, quia est “numerus se ipsum movens” – sic mediante corpore iudicat, scilicet per corpus. Per cerebrum enim repraesentantur ei ea de quibus iudicat. Cerebrum enim accipit similitudines corporum a sensibus, sicut sensus a corporibus. Posset ergo per infirmitatem tanta 460 esse cerebri perturbatio, ut male representarentur rationi similitudines rerum, de quibus ratio deberet iudicare. Nec hoc posset impedire ratio. Et tunc necessario male iudicaret, sicut necessario iudicat baculum integrum in aqua fractum. Et cum naturale sit ei secundum quod iudicaverit agere, male ageret naturaliter, sicut infirmitates dicimus ‘naturales’. Vel posset in tantum etiam cerebrum perturbari, 465 ut nulla manifesta fieret representatio, de quibus posset ratio iudicare. Et cum non possit non movere corpus, movet et agit sine omni iudicio praecedente. Operatio ergo talis est a libero arbitrio, quia et omnis operatio hominis. Sed ideo non est peccatum, quia etsi voluntarie haec faciat, tamen causa quare hoc velle necessarie sit est ex natura perturbata. Furiosus ergo simpliciter non peccat, nisi quando 470 habet lucida intervalla.

De tertio. Quaeretur infra isto eodem capitulo, ibi QUIA ET HOC PECCATUM EST.

448 cohibent] exhibent O 450 quia] quod BP 454 liberandi] deliberandi R 460 tanta] tantam V 461 esse] fieri O 463 necessario] nemo B 464 ageret] aget C 469 haec] hoc BCP

441–446 Aug., *De Gen. ad litt.* 12.15 (CSEL 28.1, 400) 447–450 Ibid. 450 Resp. supra, i.e. Greg. Magnus, *Moralia* 9.55.84 (CCL 143, 514–15) 457–458 Resp. Nemesius, *De natura hominis*, cap. 2 (ed. Verbeke-Moncho, 23, 39–40) 472–473 N. 2 (ed. Grottaferrata, 1:446)

- 5.1 QUAE EXCUSAT PECCANTEM, *Levit.* 5: “Anima, quae peccaverit per ignorantiam feceritque unum ex his quae Domini lege prohibentur ... offeret arietem
 475 immaculatum sacerdoti, qui orabit pro eo, qui nesciens fecerit et dimittetur ei, quia per ignorantiam delinquit in Domino.” IGNORANTIA VINCIBILIS, scilicet ignorantia dispositionis, ET IGNORANTIA INVINCIBILIS, scilicet ignorantia negationis. EXCUSATIO AUTEM OMNIS a toto, licet non a tanto.
 480 5.2 EORUM SCILICET QUI SCIRE NOLUNT etc., scilicet affectata determinata vel indeterminata.

[UTRUM ALIQUA IGNORANTIA PECCATUM SIT]

- 5.2 QUIA ET IPSA PECCATUM EST. Huic consentit Augustinus, infra eodem capitulo, ibi QUIA IN EIS QUI INTELLIGERE NOLUERUNT etc.
 Item, Ambrosius *Super Romanos* 1: “Gravissime peccat qui ignorat.”
 485 Item, I *Cor.* 12: “Ignorans ignorabitur.” Sed ignorari a Deo non est nisi reprobari, quia non est sine peccato.
 Item, *Is.* 5: “Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam.” Sed poena non est nisi propter culpam. Ergo non habere scientiam est culpa.
 490 Item, aliqua scientia est virtus, scilicet scientia donum. Ergo ignorantia aliqua est vitium. Prima patet, quia cognitio credendorum, quae est fides, virtus est. Ergo multo fortius cognitio faciendorum, scilicet scientia donum.
 Item, nihil vituperabile nisi vitium. Dicit enim Augustinus quod ideo dicitur vituperium, quia vitio est paratum. Sed sacerdotes pro ignorantia vituperabiles
 495 sunt. Unde *Malach.* 2: “Interroga sacerdotes legem.” *Glossa*: “Sacerdotum est scire legem Domini et ad interrogationem de lege respondere.” Ergo ignorantia vitium.

[ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

- Contra. Affectus et aspectus vel voluntas et ratio opposita sunt. Ergo et eorum propria obiecta. Ergo nulla virtus scientia nec e contrario. Nec ignorantia vitium.
 500 Item, iste sacerdos, ignorans legem, cras addiscat eam, nec tamen poeniteat. Ergo omnem culpam quam habuit habet. Sed ignorantiam quam habuit non habet. Ergo illa ignorantia non fuit culpa.

477 vincibilis] invincibilis P 480 nolunt] volunt BC 499 nulla] corr. ex mala B 500
 legem] istam add. P 501 omnem] tantum B

474–477 *Levit.* 5,17–18 482–483 *Aug., Epist.* 194,6 (CSEL 57, 197) 484 Re vera Petr. Lomb., *Collect. in epist. ad Rom.* 2,4 (PL 191, 1338); cf. Hugo de S. Caro, *Comm. in 2 Sent.* 22 (MS Vat. lat. 1098, f. 61^{va}) 485 Potius I *Cor.* 14,38 487–488 *Is.* 5,13 493 Resp. Hugo de S. Caro, *Comm. in 2 Sent.* 22 (MS Vat. lat. 1098, f. 61^{va–b}) 493–494 Resp. Aug., *De lib. arb.* 3,14 (CCL 29, 299) 495 Potius Aggaeus 2,12 495–496 Hier., *Comm. in Aggaeum* 2 (CCL 76A, 734) 500–505 Resp. Hugo de S. Caro, *Comm. in 2 Sent.* 22 (MS Vat. lat. 1098, f. 61^{vb})

Item, *Ezech.* 18: “In quacumque hora ingemuerit peccator” etc. Sed iste sacerdos ignorans gemit, quia ignorat. Ergo peccatum ei remittitur; manet tamen ignorantia. Ergo ignorantia non est peccatum.

505

[SOLUTIO]

Quod concedimus, distinguentes iudicium duplex, scilicet discretionis quo ratio discernit inter faciendum et non faciendum, inter bonum et malum — et circa hoc iudicium non est peccatum; ratio enim sic iudicans non est nisi sicut consiliarius. Et est iudicium definitionis, quo definitur vel imperatur quid fieri vel non fieri debet. Et secundum hoc est ratio sicut rex in regno. Et circa hoc est omne peccatum et virtus. Perfectio enim rationis secundum primum iudicium est scientia, sed secundum alterum est virtus.

510

Dupliciter autem dicitur peccatum, scilicet voluntas ipsa inordinata vel actus volitus. Sed primo modo proprie est peccatum. Cum ergo ignorare non sit voluntas ipsa, proprie peccatum non erit. Sed tunc tantum dici potest etiam improprie peccatum, cum ipsum ignorare est volitum, scilicet cum quis vult ignorare. Et ex hoc patet responsio ad supra obiecta.

515

5.2 ET EORUM QUI NOLUNT SCIRE, scilicet ignorantia simplex, ET EORUM QUI QUASI SIMPLICITER etc., ignorantia crassa. ET LICET GRAVIUS SIT PECCARE SCIENTER etc., *Luc.* 12: “Ille servus qui cognovit voluntatem domini sui et non praeparavit et non fecit secundum voluntatem eius ... plagis vapulabit multis.” QUIA IN EIS QUI INTELLIGERE NOLUERUNT, *Ps.*: “Noluit intelligere ut bene ageret.” SED QUI TAMQUAM SIMPLICITER NESCIUNT, sicut qui negligunt scire. TAMQUAM dicit quia talis ignorantia videtur esse simplicitas; sed vera simplicitas malum peroptime novit vitare. Unde *Iob* 1 de eo dicitur: “Vir simplex et rectus ac timens Deum et recedens a malo.” *Prov.* 11: “Simplicitas iustorum dirigit eos.” Ergo eorum simplicitas non ignorat. NUL- LUM SIC EXCUSAT UT AETERNO etc., nisi satisfecerit Deo in vita ista vel per poenitentiam vel per sacrificium, ut in Veteri Lege. *Levit.* 4: “Anima quae peccaverit per ignorantiam et de universis mandatis Domini quae praecepit ut non fierent quippiam fecerit, si sacerdos qui est unctus peccaverit ... offeret pro peccato vitulum.” Et eodem capitulo: “Si omnis turba filiorum Israel ignoraverit, et per imperitiam fecerit quod contra mandatum Domini est ... offerat pro peccato vitulum.”

520

525

530

504 gemit] genuit P 506 duplex] triplex BPRV; corr. ex triplex C 510 debet] oportet R; oportet vel debet P 522–524 Ps. ... esse] om. R 524 quia] qui O 527–528 nullum] malum BCV

503 *Ezech.* 18,27. Forsitan versio antiqua, citata de Hugone de S. Caro (resp. infra) 520–522 *Luc.* 12,47 522–523 *Ps.* 35,4 525–526 *Iob* 1,1 526–527 *Prov.* 11,3 529–532 *Levit.* 4,2–3 532–534 *Levit.* 4,13–14

535 ^{5.3} QUIA EX LIBERO ARBITRIO, id est quod consensus. CAUSA EXSTITIT
etc., sicut malum habet causam. IN SEQUENTI, dist. 34.

⁶ SI VERO QUAERITUR UTRUM, cap. 6.

Haec quaestio videtur esse Magistri, ac si quaerent Manichaei. Haec actio
mala comedere fuit a malo velle vel a bono. Non a bono. Ideo enim dicitur:
540 actio exterior mala, quia velle est malum. Si a malo velle, illud velle aut fuit
a voluntate bona aut mala. Si a bona, contra; *Matt. 7*: “Non potest arbor mala
fructus bonos facere, nec arbor bona fructus malos facere.” Sed actio, scilicet
velle, est proprius fructus voluntatis. Si a mala: sed cum haec voluntas ante hoc
velle fuerit bona, a qua alia mala voluntate fuit hoc velle, et sic semper usquequo
545 ponatur unum primum malum, ut ponunt Manichaei.

Sed dicimus cum Magistro quod velle malum malum fuit, et a voluntate mala,
non quidem ante illud velle, sed simul et natura et tempore cum illo velle. Hoc
enim est voluntatem esse malam velle malum.


⁶ UTRUM VOLUNTAS, non potentia, sed velle. ILLUD PECCATUM, id est
550 actum exteriorem, scilicet comedere, peccatum est. VOLUNTAS, id est velle,
PRODIIT in actum malum, QUA persuasione. ET IPSA VOLUNTAS, id est
ipsum velle.


536 34] *eras.* O 544 usquequo] usquequaque BO; usquequo PV 550 peccatum est]
pomum P


541–542 *Matt. 7,18*

DISTINCTIO 23

1.1 PRAETEREA QUAERI SOLET CUR DEUS etc. Dist. 23.







1.1 SED NON ESSET LAUDABILE HOMINI etc. Satis exiliter videtur Magister solvere. Dicit enim quod ideo permisit tentari hominem, quia gloriosius et laudabilius est vincere quam impugnari non posse. Quod dicit eodem capitulo,
 5 parum infra. Sed videtur mihi quod hoc intendat Magister: non est Creatoris optimi suae creaturae bonum impedire, sed magis promovere. Sed bonum homini simpliciter fuit tentari. Ergo contra bonitatem Dei foret illud impedire.

Quod autem tentari fuit bonum simpliciter homini sic potest ostendi multipliciter. Si Adam tentatus non deductus fuisset, utile et gloriosum fuisset ei tentatum
 10 fuisse. Sed hoc fuit ei simpliciter bonum quod tunc fuisset bonum. Sicut enim quod est sanis sanum est simpliciter sanum, similiter quod est permanentibus in bonitate bonum est simpliciter bonum. Ergo simpliciter bonum fuit hominem tentari.

Item, bonum simpliciter determinatum est in natura nec dependet ex voluntate nostra. Si enim panis est mihi utilis, sive velim sive nolim est mihi utilis.
 15 Et similiter si venenum est mihi malum, sive velim sive nolim est mihi malum. Quaero ergo: tentari aut est simpliciter bonum aut simpliciter malum. Si simpliciter malum, ergo angelis stantibus fuit malum tentari. Quod falsum est. Si simpliciter bonum, igitur ex voluntate nostra non dependet huius bonitas. Igitur
 20 quidquid volumus sive bene sive male et cuicumque consentimus, semper illud bonum est.

Item, non dicimus antecedens esse malum propter malum consequens, nisi fuerit tale consequens quod sequatur ad illud antecedens de necessitate. Sed antecessit tentari, conseqebatur tentatum superari. Sed non conseqebatur necessario.
 25 Non enim fuit necesse ut homo tentatus superaretur. Igitur ex quo hoc non sequitur ex illo de necessitate: quantumcumque malum fuerit consequens, nihil diminuet de bonitate antecedentis, nec aliquid malitiae ei conferet. Ergo simpliciter bonum fuit hominem tentari.

Et pono exemplum. Si aliquis indigeret minutione, deinde minutus consilio
 30 medici male se custodiens moriatur, nihilominus bonum fuit ei minui, nec medicus in aliquo increpandus, sed tantum ipse qui se male custodivit. Similiter tentari hominem non fuit malum, sed consentire et hominis et homini malum fuit.

1.1 SUADENTI diabolo. DEO IUVANTE, ergo sine gratia non potuit ante peccatum non consentire tentationi. NON CONSENTIRE, id est vincere.

1.2 UNDE ALIQUID FACERENT, scilicet liberum arbitrium. SCIEBAT ENIM BONIS PROFUTUROS, haec misericordia.

5 intendat] intendit P 11 est] esse P 16 est²] esse P 19 huius] huiusmodi P
 29 indigeret] indiget C 31 increpandus] crepandus C

Sed merito quaeritur tunc, si omnis creatura rationalis mala fieret, an deceret Creatorem rationalem creaturam creare; et item, an expediret rationali creaturae creari.

40

[UTRUM DECERET CREATOREM RATIONALEM CREATURAM
CREARE, SI OMNIS CREATURA RATIONALIS MALA FIERET]

De primo videtur quod non, quia si haec est ratio, sicut hic dicitur, quare fecit quos scivit futuros malos, quia scivit quantum bonum ex eis faceret bonis, igitur si mali fuissent boni, iam haec ratio non fuisset. Igitur nec tunc Deus eam creasset.

[SOLUTIO]

Sed aestimo quod licet universaliter creatura rationalis fuisset mala, licet iam 45 non essent boni, quibus aliorum malitia prodesse posset, tamen decuit eum rationalem creaturam creasse. Quippe omne melius decet eum. Sed dicto casu contingente melius fuisset hanc creaturam esse quam non esse. Ergo etiam hoc casu contingente decuit eum eam creare.

Minor sic probatur. Quod est naturaliter prius non permutatur ab eo quod est 50 naturaliter posterius. Sed si nullus peccaret, prius natura esset bonum ipsam esse quam ipsa esset. Ergo cum velle male sit natura posterius quam esse, prius natura fuit bonum eam esse quam male vellet. Igitur cum ipsam esse ante fuerit bonum, nec per male velle nec per aliud effici potuit malum quod prius fuit bonum, patet quod et adhuc fuit bonum ipsam esse, licet male vellet. Et insuper ipsa essentia 55 habet ordinem in universo, et est pars universi, et per consequens facit ad decorem et bonitatem universi.

[UTRUM DAMNATIS SIT MELIUS IN INFERNO ESSE QUAM NON ESSE]

De secundo merito quaeritur an creaturae rationali expediat magis esse in inferno quam non esse.

Quod non, videtur multis auctoritatibus: *Matt.* 26, dicit Dominus de Iuda: 60 “Vae homini illi, per quem Filius hominis tradetur! Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille”; *Eccli.* 23: “Memento patris et matris tuae, in medio enim magnatorum consistis; ne forte obliviscatur te Deus in conspectu illorum, et assiduitate tua infatuatus improprium patiaris, et maluisses non nasci et diem nativitatis tuae maledicas”; *Eccle.* 4: “Laudavi magis mortuos quam viventes et feliciorum 65

46 malitia] mala P || posset] potuit P 50 permutatur] perturbatur B 52 male] malum P 64 tua] om. P

60–62 *Matt.* 26,24 62–65 *Eccli.* 23,18–19 65–66 *Eccle.* 4,2–3

utroque iudicavi qui necdum natus est”; *Eccle.* 6: “Melior est dies mortis die
nativitatis”; *Ier.* 20: “Maledicta dies in qua natus sum”; *Iob* 3: “Pereat dies in
qua natus sum.” His omnibus ostendi videtur melius non esse quam male esse.
Quod si Ieremiae et Iob videbatur tolerabilius non esse quam malitiam poenae
70 huius mundi sustinere, quanto magis eligerent damnandi non esse quam poenam
infernalem sustinere?

[ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

E contrario videtur quod melius est etiam pessime esse quam omnino non
esse. Unde dicit Augustinus in libro *De libero arbitrio*: “Si quis dixerit: ‘Non
esse quam miserum esse mallet’, respondebo: ‘Mentiris’.” Et pluribus ibidem
75 ostendit rationibus quod melius sit cuilibet esse pessime quam non esse. Una
ratio sic est: omne quod alicui praeeligitur aliquid est. Sed omnino nihil esse
non est aliquid. Ergo nulli praeeligitur. Unde Augustinus dicit: “Vide quam
absurde dicatur: ‘Mallem non esse quam miser esse’. Qui enim dicit hoc eligit
aliquid. Non esse autem non est aliquid, sed nihil, et ideo non potes recte eligere,
80 quando id quod eligas non est.”

Item, alia ratio eiusdem: “Deinde quod quis recte eligit, cum ad id pervenerit
necesse est melior fiat. Melior autem esse non poterit qui non erit. Nemo igitur
recte potest eligere ut non sit.”

Item, ad idem sic posset argumentari: sicut malum culpa nihil est, ut tenebra,
85 sic et omne malum poenae nihil est. Probatio. Ut ponit Augustinus, omnes
affectiones animae radicanter in amore. Ita etiam ut odium ipsum in amore
radicetur. Ideo enim odit quis aliquid, quia amat oppositum, non e contrario.
Unde spes et timor, gaudium et dolor in amore radicanter. Unde verius dicitur
quod timor est affectio animae ex absentia boni futura quam si dicatur quod est
90 affectio animae ex praesentia mali futura. Similiter verius dicitur quod dolor vel
poena est ex praesentia absentia boni quam ex praesentia mali. Igitur, ut proprie
loquamur, poena est sensus absentiae boni vel amati, non sensus praesentiae
mali vel odio habiti. Sed sensus absentiae privatio est vel negatio, sicut visio
tenebrarum est non-visio. Et privatio nihil est. Igitur dolor vel poena omnino
95 nihil est. Id dico quod vere dicitur poena.

Sic ergo argue: melius est aliquod bonum quam nihil boni. Ergo melius est
aliquid boni cum nihilo quam nihil. Sed esse est aliquod bonum, et poena est
nihil. Ergo melius est esse cum maxima poena quam nihil, scilicet omnino non
esse.

67–68 dies² ... sum] *om.* P 79 aliquid¹] hoc V 80 eligas] *corr.* ex eligis P 81 eligit]
eligat C 97 aliquid boni] aliquod bonum P

66–67 *Eccle.* 7,2 67 *Ier.* 20,14 67–68 *Iob* 3,3 73–74 Aug., *De lib. arb.* 3.6 (CCL 29,
286) 77–80 Ibid. 3.8 (CCL 29, 288) 81–83 Ibid. 85–86 Resp. Alcher, *De spiritu et*
anima, cap. 36 (PL 40, 807)

Item, infimum esse est maius bonum quam maxima poena sit malum. Pro-
 batio. Sicut bono gratiae opponitur malum culpae, sic bono naturae opponitur
 malum poenae. Et ad hoc nititur malum poenae ut bonum naturae omnino nihil
 sit. Hoc est quod dicit Aristoteles quod passio abicit aliquid a substantia. Sed
 infimum esse naturae tantum bonum est, ut per quantumcumque malum poenae
 in omnino nihil reduci non possit. Nihil enim cedit penitus in non-ens, quantum-
 cumque in ipsum agatur violenter. Igitur semper bonum, scilicet esse, superat
 omne malum poenae. Si enim malum poenae infernalis esset tantum malum
 quantum aliquid in inferno est bonum, statim redigeret illud in nihil. Quod non
 contingit. Igitur infimum esse tam magnum bonum est ut sit maius bonum quam
 maxima poena sit malum. Quanto magis supremum esse in natura, scilicet esse
 rationalis creaturae, tam bonum est ut sit maius bonum quam maxima poena sit
 malum. Tantum enim malum est poena aliqua quantum est bonum illud esse
 quod aufert. Sed illud esse quod aufert est minus bonum toto esse creaturae
 cuiuslibet, quia non potest redigi in nihil ut omnino non sit. Igitur tota poena
 est minus malum quam esse cuiuscumque creaturae sit bonum. Igitur hoc maius
 bonum cum illo minori malo est magis eligendum quam omnino nihil. Et in
 tantum est magis eligendum quam omnino nihil quantum hoc bonum est magis
 bonum quam illud sit malum.

Item, esse creaturam rationalem est in infinitum melius quam esse corpus,
 quia corpus quantumcumque multiplicatum, etiam infinities, non potest pertin-
 gere ad bonitatem minimi spiritus, quanto magis unius spiritus rationalis? Sed
 esse corpus est maius bonum quam tota poena sit malum, quia non potest per
 poenam redigi in nihil. Igitur esse creaturam rationalem est in infinitum melius
 quam omnes poenae sint malum. Igitur in infinitum melius est esse creaturam
 rationalem cum omnibus poenis quam omnino non esse.

Item, in mortalibus quanto poena est maior, tanto est morti vicinior, ita ut
 mors ipsa sit supremum poenae. Et ideo sicut maior poena in mortalibus est ma-
 ius malum quam minor poena, sic necessario mors est peius omni alia praecedenti
 poena. Mors autem est quoddam non-esse. Similiter universaliter in omnibus,
 cum omnis poena id nitatur efficere ut punitum non sit, supremum omnis poenae
 est non esse aut nihil esse. Ergo eadem ratione nihil esse est peius omni poe-
 na. Quanto enim poena maior, tanto peior. Et quanto maior, tanto est ei quod
 est nihil esse propinquior. Ergo poena est tanto peior, quanto est ad nihil esse
 propinquior. Ergo esse nihil est peius omni poena. Immo ab hoc suo termino
 videtur poena habere quidquid mali habet. Cuius enim finis malus ipsum quoque

107 infernalis] inferius C 108 inferno] infimo P 111 tam] tantum V 114 ut] non
 add. O 117 magis²] maius P 119 item ... quam] om. P 119–123 esse² ... nihil]
 transp. post melius quam P 120–121 pertingere] attingere R 129 similiter] est add. P
 130 non] cum P 132 peior ... tanto²] om. (hom.) C

103 Arist., *Top.* 6.6 (145a 8–10)

malum est. Quod causaliter dictum intelligi potest, sicut illud: homo, cum in honore esset, non intellexit, id est honor fuit causa non intelligendi, quia obcaecavit eum. Similiter quia finis malus est, ipsum quod est ad finem est malum. Igitur si nihil esse est peior omni poena, si ex parte una ponatur poena et ex parte altera
 140 nihil esse, si oporteret unum eligere, eligeretur omnis poena. Quanto magis si illi poenae adiungitur tantum bonum quantum est esse, praeeligeretur omnis poena cum esse prae eo quod est nihil esse.

Item, anima in inferno plus amat suum esse vel se quam carere poenis illis. Probatio. Quia amat se vel suum esse, ideo amat carere poenis, non e contrario.
 145 Sed “propter quod unumquodque, illud magis”. Ergo magis amat suum esse quam carere poenis illis. Sed quanto amat unum, tanto odit suum oppositum. Ergo plus odit non esse quam sic puniri. Igitur si unum istorum malorum posset eligere pro sua voluntate, citius eligeret poenas has quam non esse.

Item, ut dicit Augustinus lib. 1, dist. 3, quod “volo me velle” volo. Et dicit
 150 Augustinus: Si amas me, eodem amore amas amorem quo amas me. Igitur si magis vis non esse, tu vis et amas te velle non esse. Sed si amas te velle, et velle non potes nisi sis, amas te esse et, ut dicis, amas non esse. Ergo non recte vis te non esse, immo stulte vis qui vis opposita.

Item, si unumquodque est amicum sibi et similiter sibi reconciliatum, nihil
 155 potest velle omnino non esse quantumcumque male sit.

Item, ut dicunt multi, poena Christi non fuit minor quam poena inferni. Alioquin quomodo satisfacisset pro illa? Sed tamen maluit sic esse quam non esse. Et, ut dicit Aristoteles in *Topicis* quod eligens prudens magis eligendum, ergo magis eligendum pessime esse quam non esse.

160 Item, destructo omnino esse destruitur omne bonum. Sed in esse in inferno vel in pessimo esse est aliquod bonum. Ergo melius est pessime esse quam non esse, quia melius est aliquod bonum quam nullum.

Item, nihil additione mali fit melius. Sed si deberet hoc in inferno redigi in nihilum, hoc fieret additione mali poenae. Ergo non est melius non esse quam
 165 ibi et pessime esse.

Item, quanto aliqua sunt magis coniuncta secundum naturam, tanto eorum separatio est peior secundum naturam et ei horribilior. Sed esse enti est coniunctissimum. Ergo eorum separatio, quod est cum aliquid fit nihil, est pessimum secundum naturam. Probatio minoris. Materia est natura quaedam in se sine
 170 forma, et forma sine materia. De hoc esse eorum loquor: hoc esse eorum tale

139 altera] ponatur *add.* P 141 praeeligeretur] praeeligeretur B 146 quanto] quantum C
 149 Augustinus] supra *add.* P 153 qui] quia C 160 in¹] *om.* P 167 horribilior]
 scilicet cui insunt *add.* P

145 Arist., *Anal. post.* 1.2 (72a 29–30) 149 Aug., *De Trin.* 10.11 (CCL 50, 331), coll. ex Petr. Lomb., 1 *Sent.* 3.2 (ed. Grottaferrata, 1:72) 150 Forte ibid.: “Mens autem amore quo se amat potest amare et aliud praeter se,” 9.4 (298) 158 Arist., *Top.* 3.1 (116a 14–15)

aut est idem quod ipsum ens, et tunc sunt coniunctissima, ut volui — et haec forte est causa quare non potest aliquid redigi in nihil — aut aliud, et tunc ipso separato est natura adhuc in se, et ibitur in infinitum; aut ponetur quod ens et esse idem in essentia, et ita coniunctissima secundum naturam. Ergo omnis alia separatio est secundum naturam minus mala et minus eligenda. 175

Item, poena et peccatum non sunt nisi unum subiectum ex nihilo. Igitur radix horum est nihil. Sed non producit minus odiendum magis odibile, sed e contrario. Ergo cum omnis mali origo sit esse ex nihilo, non est aliquid eo peius et minus eligendum.

Item, omnis poena iusta, et omne iustum bonum. Ergo additio poenae, scilicet boni, non facit peius nec odibilis. Ergo cum non esse sit odibile, et poena inferni non faciat odibilis, potius eligenda est omnis poena quam non esse. 180

[UTRUM MAGIS SIT ELIGENDUM OMNINO
NON ESSE QUAM PECCARE MORTALITER]

Consequenter quaeritur an magis sit eligendum omnino non esse quam peccare mortaliter. Et videtur quod magis eligendum sit nihil esse, quia melior est gratia quam natura; ergo et esse gratiae quam naturae. Ergo magis eligendum perdere esse naturae quam esse gratiae. Sed peccando perditur esse gratiae. Ergo potius eligendum non esse quam peccare mortaliter. 185

Item, perfectus gradus caritatis qualis est? Nunc in beatis est diligere se tantum propter Deum. Sed cum unum diligitur tantum propter alterum, ut vinum propter dulce, magis appetitur vinum omnino non esse quam dulce in modico perire. Ergo angeli volunt magis omnino non esse quam Deum non esse. Sed qui peccat praeponit suam voluntatem et ita aliquid Deo, et ita quantum in se est facit eum non esse Deum. Ergo mavult non esse quam peccare. 190

Item, qui est in caritate amat Deum magis quam totum suum esse. Ergo mavult perdere totum suum esse quam Deum offendere. Ergo mavult non esse quam peccare. 195

Item, amans se propter Deum plus amat illum amorem quam suum esse, tum quia secundum Magistrum ille amor Deus est, tum quia gratia est melior quam natura et esse gratiae quam esse naturae. Ergo mavult perdere suum esse quam illum amorem. Sed amor ille peccando mortaliter perditur. Ergo mavult non esse quam peccare mortaliter. 200

171 volui] voluit B || haec] hoc P 173 esse] sint *add.* P 176 nisi] ubi P; *corr. ex* nisi P || unum] *marg.* P; unde CV; unde *del.* B || subiectum] est *add.* CP; et *add.* R 182 faciat] facit P 193 Deum] sed hoc non facit qui veram et perfectam caritatem habet *add.* P, *add. marg.* C || ergo] talis *add.* P || mavult ... peccare] *om.* R || mavult] magis vult V 194–196 item ... peccare] *om. (hom.)* B 195 mavult² ... esse²] *om.* OP 200 illum] alium B

Item, duo sunt: amari a Deo et amare eum; et utrumque amabile. Ergo magis fugienda est privatio utriusque, quod fit mortali peccato (unde “iniquos odio habui,” et “odio iniquo oderunt me”), quam alterius tantum, scilicet quam perdere
 205 amare eum, quod fit per reditionem in non esse. Per hoc enim non perditur amari a Deo. Unde *Eph.* 1: “Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem”; *Apoc.* 17: “Quorum nomina scripta sunt in libro vitae a constitutione mundi.” Ergo magis eligendum est non esse quam peccare.

Item, quanto aliquid ad reparandum est difficilius, tanto peius. Sed facilius
 210 fit de nihilo iustus quam de iniusto iustus, quia non ibi invenit Deus obstaculum sicut hic. Unde glossa Augustini super *Ioan.* 14, super illud “quae ego facio, et ipse faciet, et maiora horum faciet,” quod facit in nobis non sine nobis maius est omnibus quae sine nobis facit, ut quod ex impio fit iustus maius est caelo et terra. Ergo peius est esse iniustum quam non esse. Ergo non esse magis est eligendum.

215 Item, deberes omnia sustinere antequam peccares mortaliter – etiam mortem, etiam peius morte, etiam totum esse perdere. Ergo magis eligendum redigi in nihilum quam peccare. Et magis commendaretur quam martyr, qui hoc, antequam peccaret, eligeret et pateretur.

Item, in infinitum melius est Deus quam esse tuum. Ergo magis amandus.
 220 Ergo eius privatio magis odienda. Sed peccatum eo nos privat. Ergo peccatum potius odiendum est quam non esse.

Ex his sequitur quod multo magis eligendum est esse in gehenna quam peccare mortaliter, quia magis odiendum est non esse quam esse in gehenna, et magis odiendum peccare quam non esse. Ergo a primo magis odiendum est peccare
 225 quam esse in gehenna. Ideo commendatur Eleazarus, qui se dixit malle praemitteri in infernum quam simulare se comedere carnes porcinas (II *Macch.* 6).

[UTRUM MAGIS ODIENDUM SIT PECCARE VENIALITER QUAM NON ESSE]

Consequenter quaeritur utrum magis odiendum sit peccare venialiter quam non esse. Et videtur quod sic, quia plus debes amare honorem Dei quam tuum esse. Sed, ut dicit Anselmus, omne peccatum Deum inhonorat. Ergo plus amandum
 230 non esse quam peccare quocumque peccato.

Item, Chrysostomus *Super Matt.*: Omne malum quanto gravius est crimen, tanto levius est ad non faciendum; et gravius facit peccatum, si fuerit factum, quia criminis magnitudo voluntatem faciendi repercutit. Et ideo non habet laudem

213 impio] iniusto P 214 esse³] quam peccare *add.* P 225 malle] magis B || praemitti] permitti V 226 simulare] similaret P 227 odiendum] odium B 231 quanto] quantum BCOV

203–204 *Ps.* 118,113 204 *Ps.* 24,19 206 *Eph.* 1,4 206–207 *Apoc.* 17,8 211–213 *Resp. Aug., Tract. in Ioan.* 72.2–3 (CCL 36, 508) 211–212 *Ioan.* 14,12 226 II *Macch.* 6,18–28 229 *Resp. Anselmus, Meditationes* 1 (ed. Schmitt, 3:78) 231–233 Locum non inveni

abstinens se ab illis, quia non est labor. Ergo maioris virtutis est abstinere a minoribus peccatis quam a maioribus. Ergo virtuosior est et martyrum honore dignior qui magis eligit redigi in nihilum quam peccare venialiter quam ille qui magis eligit redigi in nihilum quam peccare gravius. Ergo utrumque virtuosum, et eligendum hoc tamen magis.

[ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

1. Contra. Culpa privat bona gratuita, poena gehennae bona naturalia. Sed non in toto, quia non redigit in non-ens, sed non esse privat bona gratuita sicut culpa, et insuper omnia naturalia. Ergo potius eligenda est culpa et gehenna quam omnino non esse.
2. Item, in eo quod est esse peccatorem est aliquod bonum, in eo quod est nihil esse nullum bonum. Ergo hoc illo praeeligendum.
3. Item, unumquodque magis potest appetere unumquodque quam suum oppositum, scilicet quam suam negationem, quia quodcumque aliud est ei similis et proximius secundum naturam. Ergo iste magis appetet esse peccator secundum naturam quam omnino non esse.

[UTRUM DEBEAM MAGIS VELLE ME ESSE
VEL PATIALIQUID MALI QUAM PROXIMUM]

1. Item, quaeritur an magis debeam velle me esse in inferno quam proximum redigi in nihilum.
2. Item, an debeam magis velle me redigi in nihilum quam proximum peccare mortaliter.
3. Item, an debeam velle magis me peccare venialiter quam proximum mortaliter vel quam proximum redigi in nihilum vel quam proximum esse in inferno.

[SOLUTIO]

Solutio. Dico ad suprapositas auctoritates: primo ad primam quod verum est quod bonum erat Iudae, si non fuisset natus. Si enim in vulva mortuus fuisset, culpam traditionis non incurrisset nec poenam huic culpa debitam. Nec tamen dicit quod bonum fuisset Iudae, si non fuisset conceptus vel quod non esset.

Similiter patet responsio ad alias. Nec credendum est Ieremiae et Iob tolerabilius non esse quam male esse in hoc mundo, sed eos malle mori et esse sicut fit post mortem quam mala haec miseriae humanae sustinere. Unde sive in sua sive in persona alterius Iob non omnino non esse appetit, sed potius appetit

235 martyrum] martyrium B 236–237 venialiter... peccare] *om. (hom.)* P 243–245 in¹
... item] *om. (hom.)* R 256 mortuus] mortis B 258 dicit] dicitur O 259–260 tole-
rabilius] fuisse *add. P, add. marg.* O 260 malle] male B

256 Resp. Matt. 26,24

esse, sed abesse ab hac miseria humana. Unde dicit *Iob* 3: “Quare non in vulva mortuus sum? Egressus ex utero non statim perii.” Nec movere nos debet, sicut
 265 ibidem dicit Augustinus, quod quidam urgente miseria sibi manus iniecerunt et se interfecerunt. Non enim hoc faciunt ut non sint, sed potius ut verius sint, licet non attendant, et quamvis hoc verius esse stulte quaerant. Imaginantur enim in non esse quietem quandam quam appetunt, et ad quam deceptus credit per mortem pervenire secundum illud *Iob* 3: “Quare exceptus genibus? cur lactatus uberibus?”
 270 Nunc enim dormiens silerem et somno meo requiescerem.” Esse autem quietum est verius esse quam esse inquietum. Et ita non appetit talis non esse, sed verius et melius esse. Unde Augustinus ibi: “Omnis itaque ille appetitus mortis non ut qui moritur non sit, sed ut requiescat intenditur.” Unde *Apoc.* 9: “Desiderabunt mori, et mors fugiet ab eis.”

275 Verumtamen distinguo quod in creatura rationali triplex est possibilis appetitus, scilicet naturae, rationis erroneae, et rationis rectae. Dico ergo quod appetitu rationis erroneae, qualis est damnandorum appetitus, magis volunt non esse quam esse. Falso enim imaginantur in non esse quietem quandam. Et ideo ratio errans malum inexpertum aestimat minus, et quod experitur aestimat maius. Et in hoc
 280 est eis poena inferni maior, quia maior aestimatur. Magis enim est poenale secundum veritatem quod aestimatur magis poenale. Quia ut dicit Seneca: Magis laboramus suspitione mali quam malo ipso.

Item, forsitan appetitu naturae quilibet magis vult non esse quam pessime esse, scilicet in inferno. Quippe duo sunt naturae odibilia, scilicet accessus ad
 285 non esse, scilicet diminutio esse, et sensus huius accessionis. Et odibilior est naturae sensus illius diminutionis quam ipsa diminutio. Quod sic potest patere. Esto quod aliquis perdat manum non sentiens, ut dormiens. Alius sit qui aestimet sibi auferri manum et non perdat tamen, ut si hoc expressissime somniet. Constat iste magis affligitur quam ille. Et mallet natura semper carere manu et nescire
 290 quam semper aestimare se carere vel privari manu et habere manum. Falsa enim aestimatio, ut est somniantium, verum facit dolorem, ut dicit Augustinus.

Si ergo magis eligit natura ipsa privationem quam aestimationem privationis, quanto magis quam sensum privationis, cum certior sit sensus aestimatione? Cum ergo in inferno natura utrumque odibile patiatur, scilicet propinquum accessum
 295 ad non esse et – quod est hoc ei odibilis – sensum huius accessionis, poterit

263 esse sed] *om.* P 265–266 et ... interfecerunt] *om. (hom.)* B 267 attendant] accidant B 268 deceptus credit] decepti credunt P 277 damnandorum] damnatorum P 278 quietem] quietam B 283 non] *om.* P 288 expressissime] expressime V 295 hoc] *del.* P || accessionis] actionis BCRV, vel accessionis *add. marg.* C; *corr. ex* actionis O

263–264 *Iob* 3,11 265–266 Resp. Aug., *De lib. arb.* 3.8 (CCL 29, 288) 269–270 *Iob* 3, 12–13 272–273 Aug., *De lib. arb.* 3.8 (CCL 29, 289) 273–274 *Apoc.* 9,6 281–282 Resp. Seneca, *Ad Lucilium epist. moral.* 2.13 (ed. Reynolds, 1:31) 291 Resp. Aug., *Contra Acad.* 3.1 (CSEL 63, 66–67)

odium amborum excedere odium eius quod est omnino non esse. Quippe exempli gratia: si perdidisset dimidium suum esse et haberet sensum huius quod est ipsa amissione gravius, patet quod mallet perdere residuam partem sui esse quam amissionem primae partis sentire. Sed appetitu rationis rectae mavult quilibet pessime esse quam omnino non esse, quia recta ratio est Deo conformis. Nunc autem Deus vult magis illos in inferno ibi esse pessime quam non esse.

[RESPONSIO]

Ad rationes ergo praemissas patet responsio, quia aut fundantur super appetitum rationis rectae, et tunc probant propositum aut super appetitum naturae, et tunc non probant nisi quod natura non magis appetit non esse quam esse diminutum. Nec comparant non esse ad duo praedicta odibilia, sed tantum ad alterum istorum.

Ad sequentem quaestionem dico — non tamen audeo asserere — quod secundum appetitum naturae mavult peccare et mortaliter et venialiter quam omnino non esse. Et forte hoc est inditum naturae a Deo. Et ideo non est talis appetitus vitiosus naturae. Tamen secundum appetitum gratiae vel animae informatae caritate praeeligeret non esse quam peccare etiam venialiter. Et loquor de perfecta caritate qualis est beatorum.

[AD ARGUMENTA IN CONTRARIUM PRIORIS QUAESTIONIS]

Ad obiecta vero respondeo, licet non esse privet plura bona quam peccatorem esse, tamen magis vult perfecta caritas pati aliquid quo non sit, ut non esse, quam facere aliquid quo non sit, ut peccatum. Melius est enim non esse quod fit patiendo quam peccatorem esse quod est malefaciendo. Nec sequitur: privat plura bona, ergo est peius, sicut sectio omnium digitorum privat plura bona quam sectio unius. Tamen illud pati est melius quam hoc facere.

Ad secundum. Licet melius sit aliquid bonum quam nullum, non tamen magis eligendum a perfecta caritate. Perfecta enim caritas magis eligit obolum quam denarium et perfectam paupertatem quam regnum; sic caritas magis vult nullum omnino bonum quam aliquid bonum cum suo omnino opposito, quod est peccatum, quod est eius privatio vel completa, ut mortale, vel incompleta, ut veniale.

Ad tertium iam patet. Loquitur enim illa ratio de appetitu naturae.

[AD ARGUMENTA IN CONTRARIUM SEQUENTIS QUAESTIONIS]

Ad sequentem quaestionem dico quod secundum ordinem caritatis plus te ipsum quam proximum debes diligere, et omne bonum tuum aeternum praepone omnibus quae sunt in proximo. Unde magis debes velle proximum fieri nihil

297 perdidisset] non *add. interlin.* P 298 esse] *om.* P 303 et¹ ... propositum] *marg.* CO; *om.* BRV 314 quo] quod P 321 paupertatem] caritatem BCRV

quam aeternaliter esse in inferno, sed non quam te ad tempus ibi esse forte. Sed ad quantum tempus? Forte non potest determinari.

330 Similiter dico ad secundum quod non, quia non essendo perderes tuum bonum aeternum, nisi forte eligendum sit tibi omnino nihil esse per unum diem, et deinde miraculose esse potius quam proximum peccare.

Ad tertium dico quod non, quia peccando etiam venialiter perdis aliquod bonum aeternum. Quod enim accresceret meritis tuis, si bonum fecisses, dum fecisti
335 veniale, meretur praemium in aeternum duraturum.

1.2 ET IUSTE PRO MALA VOLUNTATE PUNIENDOS, hoc est iustitia.

1.3 CONCEDIMUS QUIDEM MELIOREM NATURAM ESSE etc. Et licet homo fuisset melior si nollet peccare, id est non posset velle, tamen universum fuisset peius quam sit modo, si talis factus esset ut peccare nollet; sicut melior
340 creatura esset pollex, si esset oculus, quam nunc sit, tamen homo esset peior quam nunc sit, si loco pollicis haberet tertium oculum et non haberet pollicem.

1.3 CUR NON UTRAMQUE FACERET, UT UBERIUS etc. Immo ut dicit Augustinus *De libero arbitrio* lib. 2, qui quaerit quare Deus non fecit hanc minus bonam illi meliori aequalem, utpote soli lunam, et sic vellet fieri, utique talis
345 vellet universum habere aliquid superfluum et aliquid diminutum. Volens enim hoc minus bonum esse quale est maius bonum, cum illud maius bonum sufficiat ad suum gradum, vellet esse superfluum. Cum item nolit aliquam creaturam hunc gradum inferioris bonitatis obtinere, vult esse universum diminutum. ILLA ENIM quae noluit peccare. HAEC potens non peccare. DE HOMINIBUS EST.

1.4 SED MELIUS VOLUIT UT QUOD VELLENT ESSENT, id est melius erat ut essent boni sua voluntate adiutorio gratiae quam ut essent boni sola voluntate Dei.

Sed contra. Finis est melior eo quod est ad finem. Ergo melius est esse bonum quam esse quod vult.

355 Item, si est bonus, est quod vult. Nullus enim invitus bonus est et non convertitur. Ergo melius est esse bonum quam esse quod vult. Antecedens enim addit semper aliquid super bonitatem consequentis, ut homo super bonitatem animalis.

Solutio. Intellige quod dicit: MELIUS VOLUIT UT QUOD VELLENT ESSENT, id est melius et gloriosius est statum perfectum acquirere quam gratis
360 penitus accepisse; non quod melius sit acquirere quam accipere vel habere, sed quod melius sit merito habere quam habere gratis.

336 et iuste] iniuste P || est] om. BCORV 338 nollet] vellet B || est] si add. R
342 uberius] liberius P 344 bonam] creaturam add. P 347 item] tunc P 348 hunc gradum] gradus P

1.5 DEUS POSSET VOLUNTATEM EORUM VERTERE IN BONUM, id est ut cum sit vertibilis in bonum et malum, illam potest Deus vertere. CUR NOLUIT? Huius duplex potest esse ratio: una ex parte Dei; alia ex parte creati. Nec enim Deum decuit hoc facere. Nec creatura fuit apta nata hoc suscipere. 365

Primum patet, quia creavit quidem rationalem creaturam aptam ad suscipiendum gratiam, obtulit et gratiam. Quid amplius faceret nisi si cogeret eam suscipere gratiam? Sed hoc eum non decuit, quia tunc creaturae iniuriaretur. Creavit enim liberam a coactione. Sic ergo ei iniuriaretur cogendo, sicut tu cogendo servum quem libertate donasti. 370

Secundum, quia ipsam coactionem non est ipsa nata suscipere, cum sit creata libera a coactione.

2 ET QUIDEM SECUNDUM ANIMUM, cap. 2.

HABENS DISCRETIONEM BONI etc., quantum ad intellectum practicum. SCIENTIAM QUOQUE etc., quantum ad intellectum speculativum. CREATURARUM, in se ipsis, quae vocatur ‘cognitio vespertina’; non in Deo, quae dicitur ‘matutina’. PRIMAE PERFECTIONI, scilicet in statu innocentiae secundum opinionem Magistri. 375

3.1 FUTQUE HOMO PRIMUS ANTE LAPSUM TRIPLICI COGNITIONE PRAEDITUS. 380

De hac hominis cognitione ante peccatum merito quaeritur. Et quia cognoscibile non est nisi Creator aut creatura, primo quaeratur de cognitione Creatoris, secundo creaturarum.

[QUOMODO CREATURAE ANTE PECCATUM DEUM COGNOVERINT]

Et quia omne cognitum est cognitum vel per fidem vel per visionem – omne enim cognitum aut est visum aut creditum – quaeritur quo horum modorum cognoverunt Deum ante peccatum. 385

¹. Constat quod non per fidem, sicut dicit Magister tertio capitulo huius distinctionis 23, ibi COGNOVIT ENIM A QUO CREATUS FUERAT, NON EO etc. Igitur per visionem. Sed, ut docet Augustinus 12 lib. *Super Genesim ad litteram*, triplex est visio, scilicet corporalis, quae est per organa sensus; et spiritualis, quae est visio imaginum in corde, sicut fit cum cogitatur de corpore absente vel in somnio; et intellectualis, quae est nullo modo per corpus, sed superioris partis 390

365 hoc²] om. BCORV 367 gratiam¹] corr. ex gloriam B || amplius] amplexius B
375–376 creaturarum] creaturarum ed. 377 perfectioni] perfectionis P 380 praeditus]
cap. 3 add. P 385 quo] quibus P 386 cognoverunt] cognoverit B; cognoverint C

387–388 N. 4 (ed. Grottaferrata, 1:449) 389–393 Resp. Aug., *De Gen. ad litt.* 12.24 (CSEL 28.1, 416)

animae. Igitur si noverunt Deum per visionem, per aliquam harum trium videntur eum. Non per corporalem vel spiritualem, sic enim tantum corporalia videntur.
 395 Deus autem corpus non est. Igitur per intellectualem visionem. Sed haec visio Dei est praemium beatorum in patria; *Ioan.* 17: “Haec est vita aeterna: ut cognoscant te solum verum Deum.” Sed constat nondum habuerunt vitam aeternam. Quomodo enim est vita aeterna quam secuta est mors? Igitur nec hanc Dei visionem.

400 2. Item, sicut supra dictum est de angelis, oculus fixus semel in summe delectabili non se averteret sponte ut figeretur in minus delectabili. Igitur si oculus mentis Adae semel fuisset fixus in Deo, qui est summe delectabilis, cum in ipsa visione necessarium certum haberet nihil tantum delectari posse, numquam a Deo oculum averteret. Et sic iam confirmatus fuisset. Sic enim supra dictum est de angelis
 405 quod ipsa Dei visio primo fuit sufficiens causa confirmationis. Igitur similiter in homine.

3. Item, cum creaturarum aliae sint a natura, aliae a voluntate, et earum quae sunt a natura quaedam sunt spirituales, quaedam corporales, quaeritur quam cognitionem habuerint de spiritualibus creaturis, scilicet angelis, daemonibus, animabus.
 410 Quod autem de his cognitionem non habuerint videtur. Si enim habuissent cognitionem daemonum, utique non magis potuisset latere diabolus in columba quam in serpente. Probatio. Spiritus non cognoscuntur nisi per visionem intellectualem, scilicet tertium visionis genus. Sed illa visio non impeditur per interpositionem corporum, eo quod non est haec visio aliquo modo per corpus.
 415 Igitur non magis latuisset diabolus in corpore quam si venisset sine corpore. Si dico: mens eorum utebatur hac visione, alioquin cognitionem daemonum nec angelorum habuissent, cui contradicatur dist. 21, cap. 2, ubi dicit quod in propria specie non venit ne aperte cognosceretur.

4. Item, dicit Augustinus lib. 12 *Super Genesim* quod “intellectualis visio non
 420 fallitur.” Augustinus: “At vero in illis intellectualibus visis non fallitur: aut enim intelligit, et verum est; aut si verum non est, non intelligit.” Igitur aut non potuerunt uti hac visione ut viderent diabolum, aut viderunt eum sicut fuit, scilicet in sua propria specie. Sed in sua propria specie non eum viderunt. Tunc enim nullo modo probabile est quod ei consensissent. Igitur omnino non cognoverunt
 425 eum nec habuerunt usum visionis intellectualis.

5. De cognitione corporalium similiter quaeritur an noverunt omnia an non. Quod non, videtur dist. 21, cap. 4 in fine: dicitur quod Eva ad loquelam ser-

407 sint] sunt O 408 sunt] sint O 409 habuerint] habuerunt BP 410 habuerint] habuerunt P 414 eo] *rep.* P 416–417 nec angelorum] non BC 418 cognosceretur] cognoscetur B 420 at] ait P || intellectualibus] casualibus BCV || visis] visio P 425 visionis] visus R

396–397 *Ioan.* 17,3 417–418 N. 1 (ed. Grottaferrata, 1:434) 419–420 Aug., *De Gen. ad litt.* 12.14 (CSEL 28.1, 398) 420–421 Ibid., 12.25 (418) 427 N. 4 (ed. Grottaferrata, 1:435)

pentis non obstupuit, sicut tu faceres iam, quia credebat quod serpens accepisset
usum loquendi a Deo. Sed utique si novisset serpentis naturam, novisset utique
quod loqui non posset. Igitur naturam serpentis ignoravit, multo fortius naturas 430
alias difficiliter cognoscibiles.

Sed contra. Dicit Salomon, *Sap.* 7: “Ipse horum dedit mihi scientiam veram
quae sunt, ut sciam dispositionem orbis terrarum et virtutes elementorum, initium
et consummationem et medietatem temporum, vicissitudinum permutationes et
consummationes temporum (morum mutationes et divisiones temporum), anni 435
cursus et stellarum dispositiones, naturas animalium et iras bestiarum, vim ven-
torum et cogitationes hominum, differentias virgultorum et virtutes radicum. Et
quaecumque sunt absconsa et improvisa didici.”

Quod si homo in corpore mortuo tantam cognitionem habuit, quanto magis
hac non caruit Eva in corpore animali non mortuo? Status enim ille, sicut et 440
locus, statum huius mundi excelebat.

6. Item, quaeritur de cognitione eorum quae sunt a voluntate, scilicet actus vo-
luntatum, scilicet velle, an mutuo sine indicio nutus vel vocis exteriori suas no-
verunt cogitationes. Quod videtur, quia Salomon in dicta auctoritate fatetur se
cogitationes hominum novisse. Quod non videtur, quia tunc cogitationes diaboli 445
cognovissent, et tunc nullatenus ei acquievisset. Tunc etiam Adam, antequam
ei mulier persuaderet esum ligni, vidisset eius distortam voluntatem, et tunc eius
fuisset cohibuisse eam a facto exteriori. Et tunc ei nullatenus consensisset ut
comederet.

[SOLUTIO]

Solutio. Aestimo quod status illorum excelebat eorundem et nostrum post 450
peccatum, sicut locus ille locum istum. Locus autem ille erat huic loco vicinior
quam caelo empyreo in multo. Et ideo licet medio modo se habuerint ante pec-
catum inter statum huius mundi et statum caeli, tamen minus distabat ille status a
statu huius mundi quam a statu caeli. Et ideo aestimo quod cognitio eorum fuerit
multo minor quam beatorum in caelo, maior tamen aliquantulum quam misero- 455
rum in mundo. Et cum anima de se nata sit omnia cognoscere, nec impeditur ab
hoc nisi per culpam aut per corporis administrationem. Aestimo quod cum culpa
in eis non impediret animam a cognitione certissima omnium quam speramus in
patria, sola administratio corporis animalis fuit in causa. Quia enim corpus erat
animale, indigebat alimoniis. Et per consequens oportuit animam uti operibus 460
vegetativae – quae sunt augere, nutrire, generare – et similiter sensitivae utendo
sensibus.

432 dicit] philosophus immo *add.* P 435 temporum¹ ... et] *om.* P 436 iras] vias C
443 exteriori] exterioris PR 450 illorum] tunc *add.* P, *add. marg.* O || excele-
bat] statum *add.* P, *add. marg.* O 452 habuerint] habuerunt BP 455 maior] magis C
456 in] hoc *add.* P || impeditur] impediatur C 458 omnium] *om.* P

Quanto autem amplius administratio corporis intenditur, tanto minus utitur anima visione intellectiva. Ut enim utamur hac visione, necesse est aliquantulum
 465 animam subtrahere se ab administratione tali. In caelo autem cum erit corpus spirituale, non erit necesse sic administrare corpus. Et ideo tunc per corpus in nullo impiedietur anima. In nobis vero fere tota anima in tali administratione occupatur. Et ideo aut omnino nulla aut modica est in nobis cognitio intellectualis et eorum quae hac visione cognoscuntur, scilicet spiritualium. In paradiso vero
 470 medio modo.

[AD ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

Dico ergo ad primum quod in visione intellectuali sunt gradus: quaedam enim est limpidior, quaedam minus limpida, sicut est et in visione corporali. Sicut enim in visione corporali aliquid visum a remotis videtur quidem, sed subtiles partium
 475 differentiae non discernuntur, nisi accedat propius, similiter anima intenta corporis animalis administrationi vidit quasi Deum a longe visione spirituali. Sed rationes causales in mente eius discernere non potuit, nisi accedens propius, scilicet ad statum caeli, sicut nec nunc visu corporali percipit rationes seminales in materia. Cognitio autem Dei perfecta per visionem intellectualem et indistanter, quae est omnino adhaerentium Deo, de qua indistantia dicitur I Cor. 6: “Qui
 480 adhaeret Deo unus spiritus est.” Haec est vita aeterna, non talis quae est per distantiam quam dixi habuisse eos ante peccatum.

Ad secundum. Nescio utrum aliquando usi sint visione intellectuali, licet possint, ut mente elevarentur ad Dei contemplationem et ab administratione corporis se subtraherent – nisi Adam, cum fuit in exstasi et tunc quidem revocatus ut
 485 corpus administraret, habuit causam propter quam non potuit tali contemplationi iugiter insistere. Si enim insisteret, iam corpori et naturae debitum non solveret et ita peccaret. Si igitur viderunt aliquando Deum, non tamen valde limpide, et ab illa visione revocabantur et abstrahabantur, ut corpus administrarent et non peccarent. Et ita non similiter fuit de angelis, qui corpora quae administrarent
 490 non habuerunt.

Ad tertium. Visio intellectualis impeditur per administrationem corporis et per intentionem animae intentae in opera vegetativae et sensitivae. Et ut fiat haec visio, necesse est ut ipsa anima ab ipsis operibus se abstrahat multum. Licet igitur habuerint potestatem utendi hac visione – qua si uterentur, non eos latuisset ille
 495 diabolus in aliquibus figuris corporalibus involutus – tamen non sunt usi ea. Sed potius Eva intenta fuit visioni corporali in fructum vetitum, et auditu corporali

463 administratio] administrationi P 464 utamur] utatur *corr. ex* utantur P 465 sub-
 trahere] abtrahere *corr. ex* subtrahere P 467 impiedietur] impeditur B 469 et] aut P
 472–473 sicut² ... corporali] *om. (hom.)* CP 482–483 possint] possent P

479–480 I Cor. 6,17

et visu in serpentem, qui, ut dicit Damascenus, fuit homini familiarissimus; visioni intellectuali, qua videretur diabolus, non intendebat. Et ideo dicitur ipse sub specie aliena latuisse, quia sub specie aliena occupabat oculos corporales et intentionem mentis, ne interim uteretur visione spirituali qua ipse perciperetur. 500

Ad quartum. Iam patet similiter. Visio enim intellectualis non fallitur. Nec ipsi utendo eo sunt decepti, sed potius utendo visione corporali.

Ad quintum. Aestimo quod habuerunt cognitionem creaturarum omnium habitualiter et indiguerunt aliqua morula propter corpus animale sibi unitum. Et aestimo quod non minorem habuerunt ipsi cognitionem quam Salomon, licet non sit inconueniens aliquem in hoc mundo ex dono Dei habere maiorem cognitionem quam ipsi habuerunt a natura. 505

Quod autem obicitur sic solvitur: aut non actu consideravit naturam serpentis Eva, licet nosset eam habitualiter; et ideo non obstipuit, sed potius intenta in quaestionem quaerentis quam in ipsum quaerentem, non consideravit actu naturam serpentis; aut si actu consideravit naturam serpentis, non tamen obstipuit, sed credidit opere supra naturam quod Deus serpenti potentiam loquendi contulisset. Et hoc tangit Magister in textu distinctionis 21, capitulo SED QUIA ILLI, ibi A DEO ACCEPISSE PUTAVIT. 510

Ad sextum. Non aestimo quod cogitationes mutuo cognoverunt sine sermone vel sine aliquo corporali indicio. Frustra enim tunc fuisset sermo, quia ad hoc est sermo ut praesto fiant mutuae voluntatis indicia. Immo sicut similitudines rerum corporalium non potuerunt videre in oculo visione corporali, sic nec similitudines intelligibilium in mente. Sed reservatur utrumque horum oculo corporali et mentali in suo statu optimo. Potuissent tamen ex mutationibus faciei et aliis indiciis multo subtilius quam nunc conicere de cogitationibus mutuo sine locutione, si intendissent ad hoc. Et potest esse quod in ipso consensu Evae tanta fuerit facta mutatio in ipso corpore eius exterius ut corruptionem mentis potuisset Adam percipisse ex corporis mutatione, si potius in mulierem loquentem intendisset quam in eius sermonem. 515 520 525

[UTRUM IN PARADISO ANTE PECCATUM VEL IN CAELO
VISIO CORPORALIS ET SPIRITUALIS FALLATUR]

Sed merito consequenter quaeritur, cum visio intellectualis non fallatur, in nobis autem nunc et corporalis et spiritalis fallitur, an similiter in statu ante peccatum in paradiso; et in statu futuro in caelo erunt tales fallaciae. Quod

497–498 visioni] visione BV; autem add. P 500 mentis] Evae add. P 503 habuerunt] habuerit P 518 in] sine C 518–519 sic ... corporali] om. (hom.) C 523 eius] Evae C

497 Resp. Ioan. Dam.: “Serpens homini erat assuetus, magis aliis ei adhaerens, et delectabilibus ei adiunctus motibus,” *De fide orth.*, cap. 24 (ed. Buytaert, 104) 501 Resp. supra, ll. 417–18 513 Cap. 2, n. 1 (ed. Grottaferrata, 1:433) 513–514 Cap. 4, n. 4 (ed. Grottaferrata, 1:435)

non videtur, quia deceptio omnis vel falli universaliter est poena; et habet sibi
 530 adiunctam ignorantiam, quae poena est. In neutro autem statu est poena possibili-
 lis. Igitur nec huiusmodi deceptio.

Fallitur autem nunc visio corporalis multipliciter. Aestimat enim baculum in
 aqua fractum, cum sit integer, et integrum, cum sit fractus. Aestimat navigans
 caelum stare et litus moveri, cum e contrario sit. Aestimat remota multum minora
 535 quam sint, ut solem esse duorum pedum tantum et lunam pedis et dimidii. Et
 tamen magnitudo solis continet magnitudinem terrae centies et sexagesies sexies,
 et quartam et octavam eius. Et possent aliqua tam vicina esse oculo forte ut ap-
 parerent maiora quam sint. Igitur est aliqua distantia media, ut videtur, in qua
 apparet res tanta quanta est.

[UTRUM IN PARADISO ET IN CAELO CREATURAS
 VIDEBIMUS TANTAS QUANTAE SUNT]

540 Quaeritur utrum in paradiso et in caelo creaturas videbimus tantas quantae
 sunt, an secundum remotionem maiorem et minorem deceptus visus iudicabit
 maiorem et minorem. Similiter an credet visus in caelo vel in paradiso rem
 in aqua positam maiorem quam eandem positam in aere, et similiter de locis
 imaginum in speculo.

545 Quod autem huiusmodi fallaciae erunt in caelo et fuissent in paradiso videtur,
 quia ut talis fallacia fiat, est de natura rei.

Item, cum omne quod videtur videtur sub angulo, et remota supra modum
 prae parvitate anguli non videantur, an in paradiso sub quovis angulo et per
 consequens remotissimum minimum viderent.

550 Item, an visu corporali possent discerni rationes seminales in materia. De
 visione autem spirituali constat nunc in nobis quod fallitur, quia ipsas corporum
 imagines non distinguit ab ipsis rebus quarum sunt imagines, ut patet in som-
 niantibus. Quaeritur ergo si talis indiscretio potuit esse ante peccatum, et talis
 fallacia de qua Augustinus *Super Genesim* lib. 12: "In visione autem spiritali,
 555 id est in corporum similitudinibus quae spiritu videntur, fallitur anima, cum ea,
 quae sic videt, ipsa corpora esse arbitratur."

[SOLUTIO QUAESTIONIS PRIORIS]

Solutio. Dico ad primum et per consequens fere ad omnia quod non aestimo
 neque in caelo neque in paradiso ante peccatum mentem falli posse. Quippe ut

529 falli] fallacia P 534 multum] multo C 537 et octavam] om. P 537-538 appa-
 rerent] apparent P 540 quantae] quantas B 541 iudicabit] rem add. P, add. al. m. C
 542 credet] crederet P 543 positam¹] esse add. P 544 in] de B 545 fallaciae] corr.
 ex fallere O

535-537 Cum opinione Ptolemaei non concordat; resp. *Almagestum* 5.16 (ed. Ingolstadt, 56°)
 554-556 Aug., *De Gen. ad litt.* 12.25 (CSEL 28.1, 418)

aestimo in utroque statu noscitur rerum natura, et ideo noscitur quomodo bac-
 culus integer partem habens in aqua, partem in aere visui repraesentari debeat. 560
 Quippe et hoc homines in hoc misero statu noverunt qui perspectivam noverunt.
 Quia igitur deceptio non contingit in organo recipiente sed potius in anima male
 iudicante de receptis. Male autem iudicare non potuit ante peccatum; ergo nec
 decipi. Igitur cum instructus sufficienter in perspectiva diceret de qualibet re visa
 quomodo apparere deberet, adeo certe sicut tu de his quae vides manifeste modo 565
 consueto, multo fortius et homo ante peccatum. Et ideo in his non fallebatur.

[SOLUTIO QUAESTIONIS SEQUENTIS]

De quantitate autem visa utrum appareret eis ante peccatum vel in caelo ali-
 quando maior, aliquando minor, aliquando aequalis suae verae quantitati, aestimo
 quod non est aliqua proportio naturae in statibus illis, nec nunc inter apparentem
 quantitatem et veram. Quippe tanta rei visae apparet quantitas, quantus est angu- 570
 lus sub quo videtur. Et tanta est quanta est linea longitudinis suae. Sed anguli ad
 litteram nulla est proportio. Quippe quantus est angulus super centrum respectu
 anguli, tantus est arcus in quem cadit respectu alterius arcus. Arcus autem ad li-
 nearum rectam nullam habet proportionem. Huic attestatur proportio nova de visu,
 quae est aequalis; et aequidistantes magnitudines inaequaliter distantes ab oculo 575
 non proportionaliter spatiis videntur.

Ex hoc patet quod omnes huiusmodi proportionem sunt falsae. Sol videtur ma-
 ior quam est vel minor quam est. Immo haec vera: sol manens in tanta distantia
 videtur minor quam videretur esse si esset propior, vel videtur aequalis duobus
 pedibus in mediocri et consueta distantia, ut comparetur apparentia apparentiae, 580
 non apparentia verae exsistentiae. Hoc igitur aestimo quod erit in caelo et fuit in
 paradiso quod secundum maiorem distantiam et minorem appareret res maior et
 minor ipsi sensui. Sed vis iudicativa in anima non fallebatur eo quod cognosce-
 ret in quanta distantia tanta quantitas quanta deberet apparere. Immo posset ex
 ipsa distantia et quantitatis apparentia certissime cognoscere quanta ipsa res esset 585
 vere. De quantitate similiter rei visae in aqua et aere et de situ vero rei ex ipsis,
 aquae scilicet et aeris et speculi, naturis certissime cognitio iudicaret verissime et
 in paradiso et in caelo.

An vero minima quantitas posset videri a remotissimo in aliquo istorum sta-
 tuum nescio. Videtur enim Augustinus sentire quod visio corporalis fiat extra- 590
 mittendo. Quod si ita est, cum res quantumcumque parva et quantum vis remota

565 tu] cum P 566 fortius] magis C 567 appareret] apparet C 569 statibus] stan-
 tibus C; corr. ex stantibus BP || nec] om. R 571 sub] om. P 572 angulus] unus
 add. P 574 rectam] corr. ex tractam B 582 appareret] apparet O 583 quod] non
 add. P 591 est] quod add. P

570–571 Resp. Alhacen, *Perspectiva* 2.3 [3.135–37] (ed. Smith, 1:164–65) 590–591 Resp.
 Aug., *De Gen. ad litt.* 12.16 (CSEL 28.1, 401)

faceret aliquem angulum in oculo, nescio quomodo illa res non videretur, cum sit oculus potens emittere radios. Si emittit per quantam volueris distantiam, et tunc non video quin oculus finitae virtutis in caelo vel in paradiso videret per
595 distantiam infinitam. Quippe idem facit ad quantitatem anguli in oculo quantitatis diminutio in re visa et distantiae augmentatio. Si ergo haec quantitas posset videri, tunc et medietas, tunc et medietatis medietas, et sic in infinitum.

Credo autem magis quod semper credidi quod visio corporalis fit non extra oculi pupillam mittendo radios, sed potius intus suscipiendo radios a re visa,
600 sicut ostendit auctor *Perspectivae*. Et ideo aestimo quod posset aliqua res parva poni in tanta distantia a corpore glorificato ut omnino non videretur, non propter imperfectionem in oculo, sed potius in re visa, quae non posset multiplicare speciem suam per tantam distantiam.

Utrum autem visus in paradiso discernere posset rationes seminales in materia, cum sint lumina quaedam – sunt enim aliquid formarum actu entium quae totaliter sunt lumina – nescio. Magis tamen aestimo quod hoc reservetur oculo glorificato, sicut et visio similitudinum ipsorum visibilium in medio.

In visione autem spirituali aestimo quod non falleretur, sicut in corporali. Immo forte numquam somniarent. Quippe haec est essentia somnii, non quidem
610 offerri species rerum absentium menti, hoc enim fit vigilando cum clausis oculis et sensibus aliis de corporibus cogito, sed potius oblatas imagines non discernere a veris rebus quarum sunt imagines, quod in eis non aestimo accidere posse ante peccatum.

3.1 TRIPLICI COGNITIONE PRAEDITUS, SCILICET RERUM etc. De hac
615 triplici hominis cognitione quaeritur utrum eam habuerit ex natura an ex aliquo superaddito naturae, ut scilicet possit haec naturaliter inspicere mentem, sicut visione corporis potuit videre visibilia. Quare enim imperfectior crearetur oculus interior quam exterior?

Solutio. Videtur mihi quod potentiam cognoscendi hac triplici cognitione habuit a natura. Nec tamen potuit haec potentia exire in actum sine aliquo nobiliori
620 superaddito naturae. In visu quidem corporali ita est quod educens visibile, scilicet colorem, de potentia in actum est aliquid inferius natura quam virtus visiva, scilicet lux corporalis. Et ideo eo non indiget vis visiva educi in actum, sed tantum visibile. Ignobilius enim non educit nobilius in suum actum. Sed educens

593 distantiam] infinitam add. P 597 medietas¹ ... et²] om. (hom.) BC || tunc²] om. P; marg. O 605 aliquid formarum] aliquod formatum R 608 falleretur] fallitur BC 611–612 imagines ... imagines] al. m. C 614–617 cognitione ... visione] om. (hom.) B 616 mentem] mente CP; mente add. marg. O || sicut] in add. BCO 617 corporis] cordis P

visibile visus interioris in actum necessario omni educto est nobilius, et ita est 625
nobilius omni intelligibili. Et ita non est nisi Deus. Et ideo in visu interiori ita
est quod idem, scilicet Deus, educit et visum interiorem et visibile in actum. Hoc
autem educens est supra omnem naturam, ut dictum est, et ita non videt visus
interior actu nisi per aliquid superadditum naturae, non quidem quod fiat pars
compositi cum natura. Deus enim in compositionem non venit. 630

Ex ignobilitate ergo sensus exterioris est quod habet tam ignobile obiectum
quod educitur in actum sufficienter per aliquid ipsa visiva inferius. Et ex ignobi-
litate et perfectione sensus interioris est quod habet tam nobile obiectum ad quod
educendum in actum non sufficit inferius Deo.

3.1 RERUM SCILICET PROPTER SE FACTARUM fuit praeditus cognitione. 635
Sed omnes creaturae praeter angelos sunt propter hominem. Ergo omnium praeter
quam angelorum habuit cognitionem.

3.2 ANIMALIBUS VEL ANIMANTIBUS UT OSTENDERETUR QUOD SIN-
GULORUM NOTITIAM HOMO IPSE HABUIT. Ex hoc videtur quod aliqua
ratio naturalis sit saltem in lingua Hebraea propter quam haec vox illam rem 640
significat. Quod rationabile videtur. Quippe nomina quae nos imponimus non
sine ratione imponimus, ut patet *Gen.* 21; de Isaac dixit mater: “Risum fecit mihi
Dominus.” Et 41: “Vocavit nomen primogeniti Manasses dicens: Oblivisci me
fecit Deus omnium laborum meorum.” Multo fortius cum homo fuit in paradiso,
non sine ratione aliqua nomina imposuit. 645

Item, si nomina quidem minus principalia, ut determinativa, a ratione aliqua
imponuntur, quare non similiter et primitiva, ut ‘homo’ ab ‘humo’, ‘humus’ ab
‘humiditate’? Sed ‘humiditas’ qua ratione imponitur? Utique aliqua, licet ne-
sciatur.

Item, sive Adam linguam Hebraeam fecit sive Deo inspirante a Deo factam 650
cognoverit, constat quod optimo modo quo nomina imponi potuerunt imposita
sunt. Nec est hoc contra hoc quod homo non optimo modo quo fieri potuit factus
videtur, quia factus est potens mori et peccare, quia homo in meliorem statum
mutandus erat. Sed nominum impositio manet aeterna nec aliquando mutabi-
tur. Sed sic potuerunt nomina imponi, ut magnam haberent cum suo significato 655
similitudinem, qua suum significatum sufficienter exprimeretur. Ergo sic sunt
imposita.

625 omni] cum BCO 631 exterioris] *corr. ex* interioris B 635 fuit ... cognitione]
om. CO; *marg.* B 641 imponimus] in potentia O 646 determinativa] determinata P
647 similiter] sic C 648 imponitur] praeponitur P 650 fecit] fecerit BCOP 653 me-
liorem] viliorem O 656 exprimeretur] exprimetur C; opprimeretur R

642–643 *Gen.* 21,6 643–644 *Gen.* 41,51 647–648 *Resp. Isidorus, Etymol.* 11.1 (ed.
Lindsay)

Minor patet sic. In rebus quidem corporeis animatis aliqua est similitudo animae ad corpus suum proprium qua rationaliter et naturaliter hoc corpus tali animae aptatum est et talis figurae corpus. Alioquin granum tritici non magis
 660 produceret ex se corpus talis figurae quam alterius. Cui assimulationi omnino innititur physionomia. Igitur si potest aliqua vox sufficienter assimilari corpori animato, qua assimulatione potius hoc corpus animatum quam aliud exprimat, potest vox illa sufficienter exprimere totum animatum.

665 Potuit autem talis vox ad designandum hominem proferri, in cuius prolatione aer consimilem haberet figuram ut in ore vel in medio qualem habet homo, et etiam quod consimilis esset. Immo eadem proportio et harmonia in mensura syllabarum et temporum quae est elementorum in mixto illo cui imponitur nomen. Et similiter litterae in scripto conformari vocibus, id est figurae litterarum figu-
 670 rationibus aeris, sicut vox rei. Sed si ita factum sit, nescio. Unum tamen scio: quod si ita decuit fieri sicut modo videtur, sic factum est.

Sed quaeris forte quomodo nomina imponerentur illis rebus quae corporeae non sunt, ut accidentia et angeli.

Respondeo quod his nomina imposita non sunt ex ratione, sicut animalibus,
 675 nec etiam simplicibus ipsis elementis. De solis enim animalibus dicitur quod ducta sint ad Adam “ut videret quid vocaret ea.” Licet autem sic ex ratione imposita sint nomina animalibus, tamen non sunt vox significativa naturaliter, sed ad placitum. Illae enim voces dicuntur naturaliter significare quas non voluntas, sed natura format, ut latratus canis et gemitus infirmorum. Sed ista dicuntur
 680 ad placitum significare, quia talem vocem videnti tam expressam talis rei genere similitudinem placuit hoc illi nomen imponere. Nec natura imposuit, sed voluntas.

3.2 QUIA UT AIT APOSTOLUS, I Cor. 9: NON EST CURA DEO DE BOBUS.

Contra. Sap. 6: “Aequaliter est illi cura de omnibus.” Sed cura instructionis
 685 per legem et correctionis solum est ei de hominibus et de angelis.

Verumtamen dicta auctoritas in 6 Sap. de omnibus hominibus intelligitur ibi, ut patet.

3.3 HANC AUTEM SCIENTIAM HOMO PECCANDO NON PERDIDIT. Non dicit hoc, quia hoc non sit ignoratum, sicut et scientia animae, sed quia ‘hanc

660 aptatum] aptum C 664 exprimere] opprimere R 665 designandum] significan-
 dum RV 666 ut] aut corr. ex ut P 669 similiter] simile RV || conformari] con-
 formato P 670 rei] aeri C || unum tamen] verumtamen R 672 quaeris] quaeres
 corr. ex quaeris P 678 significare] significativae R 680 quia] qua C 684 cura²] cu-
 ram R 686 verumtamen] bene tamen P || auctoritas] auctoritate BC || intelligitur]
 intelligimus C 689 hanc] habeat C

676 Gen. 2,19 683 I Cor. 9,9 684 Sap. 6,8

scientiam' cottidie sine doctore eo quod sensus habemus recuperare possumus. 690
Sed quia anima non est sensibilis, iam ad eius cognitionem doctore indigemus.
QUAE CARNIS proprie.

3.4 QUO EX AUDITU SOLO etc., *Rom.* 10: "Fides ex auditu." QUO MODO A
CREDENTIBUS ABSENS QUAERITUR. Ergo ut videtur Adam ante peccatum
non habuit fidem, de quo post plenius dicitur: IN AENIGMATE, I *Cor.* 13, id 695
est obscure.

3.5 SI HORUM NOTITIAM HABUISSET, scilicet qualiter incedere deberet et
quid agere et cavere.

4 SI AUTEM QUAERITUR, cap. 4.

UTRUM HOMO SCIENTIAM HABUIT EORUM etc. Probabile est quod Adam 700
habuerit cognitionem omnium quae naturaliter fiunt vel futura erant, sed quae ex
voluntate, non. De illis enim quaestio est utrum angeli ea noverunt.

4 QUAM FUTURA REVELATA ex voluntate liberi arbitrii, non naturae. Si
vero quaeritur utrum potuerit Deus ei casum suum revelare, sicut praedixit Petro
(*Matt.* 26: "Ter me negabis"), non videtur. Tunc enim eum contristasset, et tunc 705
poena antecederet culpam, quod est contra Dei iustitiam.

4 SICUT ET DE ANGELO DIXIMUS supra, dist. 4. QUAM POSUIMUS,
dist. 4 in principio. Et est: si enim lapsi praescierunt lapsum, aut vitare voluerunt,
sed non potuerunt (et tunc miseri), aut potuerunt et noluerunt (et tunc stulti).

Dist. 24 1.1 NUNC DILIGENTER INVESTIGARI etc., cap. 5.

QUAM GRATIAM VEL POTENTIAM HABUIT HOMO ANTE CASUM. 710

Hic duo quaeramus: primo an aliquam habuerit homo gratiam ante peccatum;
et si habuerit aliquam, merito quaeritur quantam habuerit.

[UTRUM ALIQUAM GRATIAM HOMO ANTE PECCATUM HABUERIT]

Circa primum triplex est opinio. Quidam enim ponunt hominem ante lapsum
numquam habuisse gratiam aliquam, sed totum statum ante peccatum ponunt esse 715
statum innocentiae. Alii ponunt toto tempore ante peccatum habuisse gratiam.
Tertii ponunt ante peccatum habuisse eum duplicem statum, scilicet primo statum
innocentiae, deinde gratiae. Et haec est celebrior opinio hodie.

690 doctore] dolore RV 691 doctore] non *add. interlin.* O 692 quae] qua ed. 693 10]
ergo *add.* P 693–694 a credentibus] accedentibus P 695 de quo] *om.* P || I *Cor.* 13]
om. O 697 incedere] comedere O 702 enim] non *add. interlin.* P 705 eum] poe-
na RV 708 lapsi] *om.* BCOP 713 et] secundo R

693 *Rom.* 10,17 695 I *Cor.* 13,12 705 *Matt.* 26,34 707–708 Nn. 2–4 (ed. Grottafer-
rata, 1: 349–51)

[SOLUTIO]

Mihi tamen fateor magis placere mediam. Utraque enim aliarum ponit statum
 720 innocentiae, qui, quomodo fuerit, nondum bene novi. Quod enim talis status ante
 peccatum non fuerit videtur multis rationibus.

Contraria immediata sunt virtus et vitium, vel caritas et cupiditas. Ergo semper
 alterum inest susceptibili, nisi impediatur tempus determinatum a natura, sicut licet
 caecum et videns sint immediata, tamen neutrum inest catulo ante nonum diem.
 725 Sed spiritus rationalis non subiacet tempori, sed est quasi in horizonte aeternitatis
 et temporis. Si enim posset proficere secundum tempus, posset et deficere. Ergo
 alterum contrariorum quae sunt secundum ipsam, scilicet caritas vel cupiditas,
 semper inest ei. Sed non cupiditas. Tunc enim nec fuisset status innocentiae.
 Ergo caritas.

730 Item, Deus dat cuilibet gratiam secundum eius capacitatem; *Matt.* 25: “De-
 dit ... unicuique secundum propriam virtutem.” Sed anima Adae, statim creata
 et infusa, apta fuit respectu gratiae. Ergo statim habuit gratiam. Quod autem
 statim ut creata est fuit apta respectu gratiae patet. Non enim fuit imperfectior
 quam anima parvuli baptizati, cum creatus fuerit in statu virili Adam et corpore
 735 incorrupto.

Nec potest dici quod Deus non obtulerit statim gratiam, alioquin non esset
 summe bonus; *Iac.* 1: “Qui dat omnibus adfluenter.” Igitur cum Deus offerret
 ei gratiam, si noluit recipere, innocens non fuit. Ut enim dicit Augustinus, vera
 innocentia est qua quis nec sibi nec aliis nocet. Et si innocens fuit, statim recepit,
 740 quia aptus ad recipiendum fuit.

Item, probat Aristoteles in *Metaphysicis* quod actus melior est potentia. Et
 ideo aliquid cum est in actu melius est quam cum est in potentia. Cum igitur
 anima in statu innocentiae potuerit in aliquem actum bonum, melior fuit voluntas
 Adae exercens illam actionem quam non exercens. Igitur cum nihil se faciat
 745 melius, non potuit potentia illa exire in actum nisi adiutorio melioris educentis
 eam in actum. Nihil autem in creaturis melius voluntate. Ergo tantum per gratiam
 Dei adiuvantem potuit tunc voluntas in suum actum. Ergo habuit gratiam, quod
 et Magister in hoc capitulo satis ostendit auctoritatibus Augustini. Ostendunt
 enim illae quinque auctoritates quod gratiam habuit per quam potuit stare.

719 mediam] medium P 720 novi] vidi BCOP 724 caecum] *corr. ex caecus* P 727
 secundum ipsam] haec ipsarum R || ipsam] ipsa P 728 nec] etiam *add.* BCOP
 730–732 secundum ... gratiam] *om. (hom.)* B 733 enim] quod B 736 obtulerit] ob-
 tulit P 738 ei] illi P || noluit] noluerit C 745 educentis] adducentis P

730–731 *Matt.* 25,15 737 *Iac.* 1,5 738–739 Resp. Aug.: “Ista est vera innocentia quae
 nec inimico nocet,” *Enarr. in Ps.* 7.8 (CCL 38, 41) 741 Arist., *Metaph.* 9.9 (1051a 4–5);
 cf. *Auctoritates Aristotelis*, n. 230 (ed. Hamesse, 134) 748 Resp. dist. 23, cap. 1 (ed. Grot-
 taferrata, 1:447–48)

[QUANTAM GRATIAM HOMO ANTE PECCATUM HABUERIT]

Sed nunc quaeratur ex quo habuit gratiam quantam habuit. Et ponit Magister 750
hic quod tantam qua potuit stare et tentationibus resistere, nec tamen proficere. Et
ad hoc adducit plures auctoritates Augustini. Sed auctoritates Augustini, ut satis
patet, ostendunt Adam habuisse gratiam qua potuit stare. Sed salva auctoritate
Magistri nulla asserit eum non habuisse gratiam qua potuit proficere.

Quod autem habuit gratiam qua potuit et stare et proficere, sic videtur. Vo- 755
luntas numquam est otiosa. Ergo semper aut in bonum aut in actum malum exit.
Sed voluntas non exivit in actum malum. Ergo exivit in actum bonum, quod non
fit sine gratia. Ergo adiutorio gratiae exivit in actum bonum. Sed exire in actum
bonum est proficere. Ergo habuit gratiam qua potuit proficere.

Item, perseverare in bono in aeternum est magnus profectus. Ergo perseverare 760
per diem vel horam unam in bono quod accepit est aliquis profectus. Ergo ipsum
stare est proficere. Ergo in hoc quod habuit gratiam qua potuit stare habuit et
gratiam qua potuit proficere.

Item, aut erat Adam in illo statu in caritate vel extra caritatem. Si extra 765
caritatem, ergo in statu damnabili, quod non est sine culpa. Si in caritate – sed
caritas semper proficit aut deficit – non defecit in eo, quia deficit per venialia
vel omnino perit per mortalia, quibus utrisque caruit. Ergo profecit. Ergo habuit
gratiam qua potuit proficere.

Item, quilibet extra mortale nunc habet gratiam, qua potest stare et proficere.
Et tunc tantum alterum habuit Adam. Ergo quilibet nunc extra mortale cum 770
multis venialibus est in meliori statu quam Adam ante lapsum. Quod non videtur
concedendum.

Item, maior est distantia inter facere malum vel statum culpae et declinare a
malo quam inter declinare a malo et facere bonum. Sed eadem virtute qua quis
elevatur a statu culpae usque ad declinare a malo, scilicet statum innocentiae, 775
eadem ibi tenetur, quia ad utrumque sufficit virtus excedens virtutem mobilis,
scilicet inclinationem qua inclinatur voluntas ad malum. Igitur virtute, qua stat
in innocentia, eadem potest proficere ut faciat bonum.

Item, dicit infra, isto eodem capitulo ibi ET IDEO RECTA etc., et in fine
huius distinctionis, quod habuit voluntatem rectam. Sed “iustitia est rectitudo 780
voluntatis,” ut dicit Anselmus; habuit ergo iustitiam. Ergo utramque partem
iustitiae.

Item, est esse naturae et gratiae, et habent haec opposita, scilicet nihil esse et
malum esse. Sed una et eadem natura est quae elevat de nihilo in aliquid naturae

750 habuit²] habuerit P 755 habuit] habuerit BC 755–759 sic ... proficere²] *in calce*
m. post. (hom.) P 759–760 habuit ... ergo] *om. (hom.)* C 766 defecit] deficit C ||
deficit²] defecit P 774 eadem] *om.* P 781 utramque] unam R

750–751 Resp. dist. 24, cap. 1 (ed. Grottaferrata, 1:450–51) 779 N. 5 (ed. Grottaferrata,
1:451) 780–781 Anselmus, *De veritate*, cap. 12 (ed. Schmitt, 1:194)

785 et quae conservat illud in esse illo et quae dat ei crementum et perfectum, scilicet
Deus; unde I *Cor.* 3: “Qui incrementum dat Deus.” Deus igitur similiter eadem
virtus erit, elevans de malo culpae in statum bonum, et dans stare in illo bono et
dans proficere in melius. Ergo eadem gratia est gratia iustificans, conservans, et
proficiens. Ergo qui habet gratiam qua potest stare habet et gratiam qua potest
790 proficere.

Item, multo fortior fuit tentatio mulieris in paradiso quam sit nunc nostra. Fuit
enim illa gravissima, quia quod persuadebatur fuit valde delectabile et bonum,
scilicet comedere de ligno vetito. Quod vero promittebatur fuit optimum, scilicet
esse immortalem et esse ut Deus. Serpens vero per quem suadebatur fuit homini
795 animal familiarissimum, sicut dicit Damascenus et dictum est supra. Quis ergo
non credat facilius fuisse in modico profecisse quam tam gravissimo tentationis
impulsui restitisse? Si ergo potuit resistere, multo fortius et eadem gratia po-
tuit proficere. Et dicit Magister quod ubi est causa impellens, ibi meritum est
declinare a malo.

800 Item, inconveniens videtur esse perfectum corpore et imperfectum mente, cum
secundum naturam utraque simul debeant proficere. Ergo cum Adam fuerit factus
perfectus in corpore, quomodo maneret imperfectus in mente?

Item, in parvulis baptizatis sunt virtutes et non fuerunt in Adam in paradiso,
si non habuit unde posset proficere. Ergo parvulus hic est in meliori statu quam
805 adultus in paradiso. Et insuper nos qui nunc habemus venialem culpam sumus in
meliori statu quam Adam sine culpa in paradiso, quia habemus unde possumus
proficere.

Item, si potuit esse talis status, quare, cum nunc transeat a gratia in culpam,
non prius veniatur ad statum paradisi quam in culpam, cum status paradisi sit
810 medius inter statum culpae et gratiae, ut dicis? Nunc autem nemo est in statu
tali.

Item, in Adam fuit substantia et virtus non tantum naturalis sed etiam gratuita.
Ergo et aliqua operatio, quia virtus non impedita, non est otiosa.

Item, in iustificatione impii adulti quattuor sunt necessaria, scilicet gratiae in-
fusio, motus liberi arbitrii, contritio, culpae remissio. In parvulo autem baptizato
815 tantum sunt primum et ultimum. In mutatione vero a statu innocentiae tantum
duo prima. Ergo, ut videtur, gratia sufficit ad motum liberi arbitrii in adulto.
Ergo aut exit in actum bonum aut potest exire. Et ita habet unde possit proficere.

786 Deus²] *om.* COP 787 malo] statu V 789 qui] quod R 794 immortalem] im-
mortale B 796 quam] quod P 797 impulsui] impulsu BCRV; *corr. ex* impulsu O ||
restitisse] restisse B; resistere C 801 debeant] debeat P 803 item] si *add.* P 804 pos-
set] potuit C 806 possumus] possimus BCO 810 medius] medium P

786 I *Cor.* 3,7 795 Resp. Ioan. Dam., *De fide orth.*, cap. 24 (ed. Buytaert, 104) ||
Supra: i.e. dist. 21, cap. 2; cf. etiam dist. 23, cap. 3 798–799 Petr. Lomb., 2 *Sent.* 24.1 (ed.
Grottaferrata, 1:452)

Item, secundum Macrobius et Plotinus quattuor sunt status virtutis: scilicet politicae, quae passiones emolliunt; purgatoriae, quae auferunt; purgati animi, 820 quae obliviscuntur; exemplares, nisi eas nefas est nominari. Ergo cum in illo statu esset obliviosus passionum, patet quod erant virtutes in tertio gradu, quia nec in primo nec in secundo nec in quarto. Ergo habuerunt in statu innocentiae virtutes purgati animi. Ergo unde poterant proficere, sicut nunc angeli.

Item, in peccato mortali habet quis unde possit proficere, quia potest dare 825 denarium pro amore Dei, cum eum amet minus quam Deum, et equum et uxorem magis quam Deum. Et minus malus est dans denarium pro amore Dei quam non dans. Multo fortius in statu innocentiae habet homo unde possit proficere.

Item, habuit liberum arbitrium et liberius quam nos modo. Sed nunc nostro possumus ad bonum et ad malum. Ergo et tunc Adam poterat ad utrumque. Ergo 830 habuit unde posset ad bonum.

Item, infra dist. 29, cap. 2: PRAETEREA QUAERI SOLET, determinat Magister quod habuit virtutem. Quod etiam videtur, quia dicit Augustinus quod prophetice dixit: “Hoc nunc os ex ossibus meis.” Ergo habuit donum prophetiae. Eadem ratione et alia. 835

Item, in exstasi illi caelesti curiae affuit. Ergo fruebatur. Ergo praehabuit virtutes, quia virtutes et gratiae sunt dispositiones ad fruitionem.

Item, Damascenus: “Deus fecit hominem innocentem, rectum, virtuosum, sine sollicitudine, sine tristitia, omni virtute decoratum, omnibus bonis ornatum.”

Item, *Eccli.* 17: “Deus creavit hominem de terra,” et sequitur: “Secundum se 840 vestivit illum virtute.”

Item, Augustinus *De civitate Dei*: “Nusquam angelos sine casto amore credendum est. Simul enim erat in eis condens naturam et largiens gratiam.” Sed plus indiguit Adam praedictis, quia caro fuit, quam angelus. Ergo et homo gratiam habuit. 845

Item, Adam tunc cognovit Deum. Sed non per speciem. Ergo per fidem. Ergo habuit fidem et sic virtutem.

Item, Bernardus *Ad Eugenium*: “Cum videret aemulus patrem omni circumdatum immortalitate, vestitum caritate, hoc accepisse terrenum hominem, quod ipse per superbiam cognoscitur amississe, invidit insatiabilis homicida.” 850

822 obliviosus] oblivio BCOP 825–828 quia ... proficere] *om. (hom.) B* 829 modo] *om. P* 837 quia virtutes] *om. B* 842 amore] fuisse *add. P, add. interlin. C* 844 angelus] angeli BCOP 848 item] *om. BCOP* || omni] omnium *P*

819–821 Macrobius, *Comm. in somnium Scipionis* 1.8.5 (ed. Willis, 506–07) 832 N. 1 (ed. Grottaferrata, 1:493) 833–834 Resp. Aug., *De Gen. ad litt.* 9.19 (CSEL 28.1, 294) 834 *Gen.* 2:23 838–839 Ioan. Dam., *De fide orth.*, cap. 26 (ed. Buytaert, 113) 840 *Eccli.* 17,1 840–841 *Eccli.* 17,2 842–843 Aug., *De civ. Dei* 12.9 (CCL 48, 364) 848–850 Rectius Ps.-Aug., *Sermo de symbolo contra Iudaeos, paganos et arianos*, cap. 2 (PL 42, 1118); coll. ex Alex. Hal., *Glossa in 2 Sent.* 29.3 (ed. Quaracchi, 2:274–75), ut ‘Augustinus, Ad Eugenium papam’

Sed contra Augustinus: Homo ante peccatum etsi habuit unde posset stare, non tamen habuit unde posset proficere. Sed virtus est quam qui habet potest proficere. Ergo virtutem non habuit.

Solutio. Dic ergo quod in instanti suae creationis habuit gratiam gratis datam, sicut supra dixi. Consequenter autem non quod in alio instanti. Tunc enim aliquod tempus fuisset intermedium quo virtute caruisset. Sed in tempore continuato illi instanti in quo creatus est data est ei gratia gratum faciens vel virtus. Et sic in auctoritate Augustini: cum dicit ‘ante peccatum’, li ‘ante’ dicit instans suae creationis, in quo gratiam gratis datam habuit, qua potuit stare, non gratum facientem, qua posset proficere. Et hoc fateor mihi videri, licet videatur Magistro contrarium parum infra SED NON POTERAT PROFICERE etc., et infra, eodem cap. versus finem: AD QUOD DICIMUS QUOD RESISTERE A MALO etc.; et adhuc parum infra: NOBIS AUTEM etc. Multi autem Magistro consentiunt quandam verborum decentiam potius quam argumenti violentiam proferentes et dicentes. Duo sunt: declinare a malo et facere bonum. Et similiter alia duo: vitare poenam et mereri gloriam. Et sicut declinationi a malo respondet vitatio poenae, sic non nisi ad facere bonum respondet mereri gloriam, sicut tangit Magister in fine istius capituli: DECLINARE ENIM A MALO etc. Sed si sic esset, posito quod aliquis nunc vitasset malum et tamen numquam fecisset bonum et in tali statu moreretur, aut poneretur in inferno aut in caelo; non in inferno, quia, ut dicis, non meruit poenam; non in caelo, quia nec meruit gloriam.

Item, cum parvuli baptizati nullum bonum faciant sed tantum a malo declinent, tamen caelum obtinent. Igitur etiam abstinere a malo meretur gloriam. Quod autem dicit Augustinus quod ex conditione habuit unde posset stare, non unde posset proficere, sic intelligo: stare dicitur voluntas antequam exeat in actum. Proficere vero est in bonum actum exire. Est ergo sensus: habuit Adam bona naturalia. Sed gratuita educentia naturalia de potentia in actum non habuit ex conditione, licet habuerit in conditione. Illa enim proprie habentur ex conditione, quae de substantia sunt conditi.

880 Dist. 24 1.2 SICUT DE ANGELIS DIXIMUS, supra dist. 5. PER QUAM POTERAT homo. GRATIAE CREATIONIS, scilicet datae in creatione.

Dist. 24 1.3 ET, supple: “Sic factus est homo ... ut posset” SUO FIERI etc. UT ET BENE POSSET VELLE, ergo potuit proficere.

857 ei] *om.* B; *marg.* O 858 auctoritate] auctoritatibus RV 867 sic] similiter R 871 dicis] dicit P 875 intelligo] intellige R 882 supple] supra BC; *corr. ex* supra P

851–852 Resp. potius Ps.-Hugo de S. Victore, *Summa sent.* 3.7 (PL 176, 989–99) 855 Supra: i.e. cap. 1 858 Ibid. 861–862 N. 7 (ed. Grottaferrata, 1:452) 863 N. 8 (ibid.) 867–868 Ibid. 880 Cap. 5 (ed. Grottaferrata, 1:353) 882 Aug., *Enchiridion*, cap. 28.107 (CCL 46, 107)

Dist. 24 1.4 HOC ADIUTORIUM gratiae. FECERAT EUM RECTUM, *Eccle.* 7: “Hoc inveni, quod fecerit Deus hominem rectum.” SINE QUO NON POSSET 885
IN EA MANERE SI VELLE. Fateor si vellet, posset. Sed non potuit velle sine gratia.

Dist. 24 1.5 ET AD TEMPUS STARE VOLUIT, id est ad tempus habuit voluntatem standi. ET IDEO RECTA ET BONA etc. Sed dicit Anselmus: “Iustitia est rectitudo voluntatis.” Ergo habuit iustitiam. Sed iustitiae partes sunt duae, scilicet 890
declinare a malo et facere bonum. Ergo potuit utrumque.

Dist. 24 1.7 QUIA IN EO NIHIL ERAT, licet extra eum, scilicet serpens et Eva. NON FUIT MERITUM etc. Immo forte et per illud resistere meruerunt confirmationem.

Dist. 24 1.8 EX PECCATI CORRUPTELA, id est ex corruptela causata a peccato, 895
de qua *Sap.* 9: “Corpus quod corrumpitur aggravat animam.” PRONI SUNT AD LAPSUM etc. *Gen.* 8: “Sensus et cogitatio humani cordis prona sunt in malum ad adolescentia sua.” *Ps.*: “Si videbas furem, currebas” etc. NON SEMPER MERETUR PALMAM, sed solum tunc, cum est cum impulsu ad malum.

Dist. 24 2 HIC CONSIDERANDUM EST QUOD FUIT, cap. 6. 900
QUOD FUIT ILLUD ADIUTORIUM etc. Licet hic non videatur dicere Magister quod hoc adiutorium fuit aliqua gratia, sed tantum natura sana, tamen rationibus praepositis patet manifeste quod fuit aliquid superadditum naturae, educens eam de potentia in actum, et ideo nobilius omni natura. Quippe educens educto est nobilius. Sed eductum est voluntas rationalis, quae est nobilissima creaturarum. 905
Ergo educens est omni creatura nobilius. Sicut enim optimum in natura, scilicet Deus, exigitur necessario ad hoc ut aliquod naturale permaneat (*Hebr.* 1: “Portansque omnia verbo virtutis suae”), sic optimum in genere bonitatis moris exigitur ad hoc ne voluntas cadat in malum – quod optimum non est nisi Deus vel gratia. 910

Dist. 24 2 LIBERTAS ARBITRII etc., scilicet natura. ATQUE VOLUNTATIS RECTITUDO etc., gratia. ANIMAE SINCERITAS ATQUE VIVACITAS tangit illud forte quod dicitur *Luc.* 10: “Abierunt, plagis impositis, semivivo relicto.” Contra hoc ‘plagis impositis’ ponitur SINCERITAS, id est INTEGRITAS. Contra ‘semivivo’ ponitur VIVACITAS. 915

886 in] *om.* P 893 meruerunt] meruit R; meruerit V 897 prona] proni CO 902 tamen] tantum BC 909 cadat] cadit RV

884–885 *Eccle.* 7,30 889–890 Anselmus, *De veritate*, cap. 12 (ed. Schmitt, 1:194) 896 *Sap.* 9,15 897–898 *Gen.* 8,21 898 *Ps.* 49,18 907–908 *Hebr.* 1,3 913 *Luc.* 10,30

DISTINCTIO 24

3.1 LIBERUM VERO ARBITRIUM EST etc. Dist. 24.

Ut ea quae de libero arbitrio dicuntur melius intelligantur, primo quaeramus de eius definitione; secundo de nomine. Et de definitione: cum habeat duas partes, primo quaeramus de prima parte; deinde de secunda.

De quolibet autem horum tria quaeramus: de prima ergo parte quaeramus 5
quid hic dicatur ratio; secundo quid voluntas; tertio quomodo se habeat liberum arbitrium ad haec.

[QUID HIC DICATUR RATIO]

De primo sciendum quod tripliciter consuevit accipi ratio secundum triplicem actum spectantem ad eam. Rationis enim est apprehendere verum et bonum, et discernere verum a falso et bonum a malo, et definire quid faciendum vel non. 10

Quod enim hoc sit rationis patet, quia dicit Aristoteles: utrum autem agere hoc aut non iam rationis est opus. Est ergo ratio vis apprehensiva, vis discretiva, vis definitiva. Ratio igitur, ut aestimo, in hac definitione sumitur secundum quod est vis apprehensiva tantum. Quod posterius patebit.

[QUID VOLUNTAS DICATUR]

De secundo sciendum quod voluntas accipitur multipliciter: accipitur enim 15
stricte et large. Stricte enim dicitur voluntas appetitus non tantum rationis sed etiam rationabilis. Unde Augustinus *Contra Pelagium et Caelestium*: In bono libido dici non potest, sed voluntas mentis de ratione exoriens. Idem in *Retractatione* libri *De duabus animabus*: “Quantum est quod valet voluntas sub dominante cupiditate, nisi forte, si pia est, ut oret auxilium? In tantum enim 20
libera est in quantum liberata est, et in tantum appellatur voluntas. Alioquin tota cupiditas potius proprie quam voluntas nuncupanda.”

2 melius] facilius RV 4 deinde] secundo C; deinde *al. litt.* C; secundo *marg.* O 10 vel]
et quid CP 13 hac] huius R 11 secundum quod] haec quidem R 17 rationabilis]
rationalis P 11 Caelestium] scelestianum BCPRV

8–10 Resp. Rob. Gross., *De lib. arb.*, cap. 17 (ed. Baur, 226; ed. Lewis, 83) 11–12 Resp.
Arist., *Eth. Nic.* 6.5 (1140b 20–21) 17–18 Resp. Aug., *De gra. Christi et de pec. orig.*,
cap. 34 (PL 44, 404) 18–22 Aug., *Retract.* 1.15 (CCL 57, 47–48)

Item, Augustinus *In sermone Domini in monte*: “In exemplaribus Graecis ita invenimus, ‘Omnia quaecumque vultis ut faciant vobis homines, bona et cetera’.
 25 Sed ad manifestationem sententiae puto a Latinis additum ‘bona’. ... Intelligendum est ergo plenam sententiam et omnino perfectam, etiam si hoc verbum non addatur. Id enim quod dictum est ‘omnia quaecumque vultis’ non usitate ac passim, sed proprie dictum accipi oportet. Voluntas enim non est nisi in bonis. Nam in malis flagitiosisque factis cupiditas proprie dicitur, non voluntas.” Sic
 30 ergo stricte sumendo voluntas tantum dicitur secundum quod est motor ad verum bonum vel secundum rationem; et sic non est in malis. Et ideo sic non accipitur hic voluntas, quia tunc liberum arbitrium non esset in malis.

Item, aliter dicitur voluntas, stricte etiam, secundum quod definitur a Ioanne Damasceno sic: “Voluntas est virtus naturaliter insita animae, appetitiva eius
 35 quod est secundum naturam, et omnium quae substantialiter naturae adsunt contentiva. Appetit enim esse, vivere, et movere secundum intellectum et sensum, propriam concupiscens naturalem et plenam essentiam. Ideo hanc voluntatem naturalem sic determinant: voluntas est rationalis et vitalis appetitus, ex solis dependens naturalibus.” Et sic non accipitur hic, quia liberum arbitrium non est
 40 tantum eorum quae sunt naturae constitutiva, sed et quandoque eorum quae sunt naturae destructiva.

Dicitur ergo voluntas appetitus rationis consentientis gratiae tantum vel naturae tantum. Et neutro modo hic dicitur. Sed potius communiter appetitus rationis sive secundum naturam sive contra, sive ad bonum sive ad malum, secundum
 45 quod dicit Damascenus: Voluntas est appetitus rationis consiliabilis.

[QUOMODO AD RATIONEM ET VOLUNTATEM
SE HABEAT LIBERUM ARBITRIUM]

De tertio gravis quaestio est, scilicet quomodo ad rationem et voluntatem se habeat potestas haec quae dicitur ‘liberum arbitrium’. Et divido sufficienter: quod aut erit liberum arbitrium potestas praecedens illas, aut aliqua illarum, aut pars animae tertia cum eis, aut aliquid consequens haec, scilicet rationem et
 50 voluntatem.

Et constat quod alterum horum non erit. Tunc enim non esset utriusque horum. Nunc autem in definitione dicitur esse potestas rationis et voluntatis. Nec tertia pars animae cum his. Quippe sufficienter dividitur anima in aspectum et affectum; et affectus est voluntas, et aspectus ratio. Igitur aut erit aliquid prius his
 55 aut posterius his. Et dicunt fere omnes quod est posterius his et radicatur in his

31 vel ... rationem] *om.* P 47 divido] dividendo P

23–29 Aug., *De serm. Domini in monte* 2.22 (CCL 35, 172) 33–39 Ioan. Dam., *De fide orth.*, cap. 36 (ed. Buytaert, 135) 45 Resp. *ibid.* (138)

prioribus. Et huic videtur consonare haec definitio quae dicit liberum arbitrium esse potestatem horum. Quod autem alicuius est vel aliquorum ipsis est posterius. Cui et consentit Magister parum infra: ARBITRIUM VERO QUANTUM AD RATIONEM.

Quod autem non sit posterius his et in eis radicatum sic potest probari. Ratio 60 et voluntas non sunt unum aliquid, sed diversa. Ergo si liberum arbitrium radicaretur in his, non esset una potestas, sed duae. Si dicas quod horum duorum est radix una, tunc potius dicendum esset quod liberum arbitrium radicaretur in illa radice quam in his.

Item, ratio est vis apprehensiva animae rationalis, et voluntas vis motiva eiusdem. In anima autem sensibili sunt et vis motiva et apprehensiva. Igitur si liberum arbitrium radicaretur in apprehensiva et motiva, esset liberum arbitrium in brutis. Nunc autem nec liberum arbitrium est in brutis nec aliquid ei proportionale. Igitur in his non radicatur. Quippe apprehensivum est univocum nobis et brutis, et similiter motivum; et ideo sunt causae consimilium vel sibi mutuo 70 correspondentium in nobis et brutis. Quod videtur mihi fateor. Cum liberum arbitrium sit in creatura intellectuali, non autem in sensibili, radicabitur proprie in eo vel erit illud in quo intellectualis abundat a sensibili. Proprium autem intellectualis respectu sensibilis est quod intellectualis potest convertere se supra se, quod non potest sensibilis. Igitur radix liberi arbitrii vel liberum arbitrium erit 75 potestas convertendi se supra se vel redeundi supra se.

Aestimo igitur quod anima vel intellectus in quantum super se est redibilis dicitur ‘liberum arbitrium’. Sed dices: si potestas qua intellectus se supra se convertit est liberum arbitrium, tunc actus proprius liberi arbitrii erit convertere se supra se, et quodlibet convertere se supra se erit liberi arbitrii. Igitur si anima 80 intelligat se, cum hoc non fiat nisi conversione eius supra se, intelligere se erit opus liberi arbitrii.

Item, quidquid anima videt, videt in se. Ergo quidquid videt, videt videndo se. Ergo omne intelligere est convertere animam supra se ipsam. Ergo omne intelligere est opus liberi arbitrii. Quod falsum est. 85

Propterea dicendum quod nimis generaliter dictum est. Non enim potestas convertendi se supra se est liberum arbitrium. Sed potius potestas convertendi se supra se affectivam ad actum aliquem, incomplete tamen. Unde ipsa est potestas convertendi supra se volentem vel suam voluntatem incompletam. Et suus per se actus est convertere se supra suam voluntatem incompletam et iudicare de ea. 90

58 consentit] consonat B 61–62 radicaretur] radicaretur BC 63 radicaretur] radicaretur B
 67 radicaretur] radicaretur BC 70 sibi] igitur (*del.*) communi *add.* P 78 dices] dicis P
 79 tunc] et P 87 se¹] *om.* RV; *interlin.* B 89 convertendi] se *add.* P, *add. interlin.* BC

Quod videtur plane dicere illa definitio philosophica quae ponitur dist. 25 in principio: Liberum arbitrium est “liberum de voluntate iudicium.” Sic enim est ordo actionum, quod primo apprehendit ratio vel aspectus, deinde ad apprehensam afficitur incomplete; ex qua affectione excitatur anima ut supra se affectivam
 95 convertat se iudicando an debeat sic affici vel non. Et si sic, consequitur voluntas completa, quae est idem quod consensus.

Quomodo ergo se habeat haec potestas ad voluntatem patet iam. Ita enim se habet quod eius actus est posterior actu voluntatis incompleto, prior autem completo. Ipsa vero est nobilior voluntate, quia iudicat de ea. Unde Augustinus
 100 *De vera religione*: “Videre facillimum est, praestantiorum esse iudicantem quam illa res de qua iudicatur.” Nec haec radicatur in illa, ut patet.

Quomodo vero se habeat ad rationem iam patet etiam. Cum enim reductio intellectus supra se volentem non sit aliud quam apprehensio vel visio sui volentis vel suae voluntatis, patet quod liberum arbitrium non est nisi ratio quaedam vel
 105 aspectus vel apprehensio quaedam. Et est de genere aspectus. Sic se ergo habet ad rationem, ut pars eius subiectiva. Quod ergo in hac definitione dicitur, sic intelligatur: LIBERUM ARBITRIUM EST FACULTAS, id est facilis potestas, RATIONIS ET VOLUNTATIS, id est animae apprehendentis et volentis, ut dicamus illam apprehensionem et voluntatem incompletam quae praecedunt actum liberi arbitrii, ut dictum est. Et sequitur: QUA BONUM ELIGITUR. Non
 110 quidem ipsa eligit bonum, sed voluntas per ipsam iudicantem. Et hoc eligere est velle completum quod sequitur actum liberi arbitrii, scilicet iudicium eius. Cum enim liberum arbitrium sit medium, ut dictum est, inter apprehensionem et voluntatem incompletam ex parte ante et voluntatem completam ex parte post,
 115 tamquam medium per utrumque extremorum definitur, id est notificatur.

Consequenter quaeratur de secunda parte definitionis, quod est quaerere de potentia liberi arbitrii. Et possent quaeri tria: scilicet primo an possit ex se sine gratia declinare a malo; secundo an possit ex se in actum purum; tertio an possit
 120 ex se in actum formatum. Quod enim possit ex se in actum deformatum hoc constat.

[UTRUM POSSIT EX SE SINE GRATIA DECLINARE A MALO]

De primo expeditum est supra, ubi ostensum quod creatura rationalis non potest stare in bono, nisi ex aliquo superaddito naturae quod est gratia.

91–92 in principio] *om.* O 93–94 apprehensam] apprehensum CP 94 ex] extra B || excitatur] excitatus B || affectivam] affectam RV 107 sic] *om.* P 117 scilicet] *om.* P 121 ubi] dictum est et *add.* V

91–92 Boethius, *In lib. Arist. de interpret.* 3 (PL 64, 492); coll. ex dist. 25, cap. 1 (ed. Grottaferrata, 1:461) 99–101 Aug., *De vera rel.*, cap. 29 (CCL 32, 221–22) 121 Supra: i.e. dist. 23, cap. 5

Ideo veniamus ad secundum. Haec autem quaestio bifurcatur. Potest enim quaeri an liberum arbitrium possit sine gratia per se in actionem aliquam, quae neque est formata neque deformata. Sed potest recipere utrumque ut sunt illae actiones quae sunt de genere bonorum, et possunt bono et malo fieri animo, ut dare eleemosynas et huiusmodi. Potest etiam quaeri an liberum arbitrium possit in actum illum qui subest deformitati ex se sine alio. 125

[UTRUM LIBERUM ARBITRIUM POSSIT
SINE GRATIA PER SE IN ACTIONEM ALIQUAM]

De primo horum videtur quod sic. Talia enim opera potest existens in mortali, licet illa sint de genere bonorum. Sed existens in mortali caret gratia necessario. Ergo liberum arbitrium sine gratia potest in haec. 130

Item, adiutum per gratiam potest simpliciter in bonam actionem, et deficiens a se ipso potest in malam. Ergo ex se ipso neque proficiens neque deficiens potest in actionem indifferentem.

Contra. Existens in mortali melior est faciens frequenter eleemosynas quam non faciens vel minus malus. Sed nullus se ex se potest facere meliorem. Ergo nullus ex se haec potest. 135

Solutio. Dicendum quod omnis agens ex proposito finem aliquem intendit, et cuius finis bonus ipsum bonum est, et cuius finis malus ipsum est malum. Ergo quamvis actiones in se sint indifferentes, tamen respectu agentis et ipsi agenti nulla actio voluntatis est indifferens. Si enim bona intentione facit, bona est; si mala, mala. Igitur in actionem nudam non potest liberum arbitrium, sed necessario cum exit in actum aliquem, exit in eum formatum adiutorio gratiae vel deformatum sine gratia adiuvante. Potest igitur in huiusmodi actiones deformatas ex se, sed informatas non potest sine gratia, non dico gratum faciente. Mali autem qui sunt extra caritatem habent multotiens gratiam qua possint in huiusmodi actiones bona intentione informatas, licet careant gratia gratum faciente. 140 145

[UTRUM LIBERUM ARBITRIUM POSSIT SINE ADIUTORIO
IN IPSAM ACTIONEM QUAE SUBEST DEFORMITATI]

De secundo vero non modica quaestio est, scilicet an liberum arbitrium possit sine adiutorio in ipsam actionem quae subest deformitati.

[ARGUMENTA QUOD SIC]

^{1.} Quod sic, tria sunt: actio bona et actio mala et actio simpliciter. Similiter tria sunt ex parte agentis: scilicet anima proficiens supra se cum gratia, et anima 150

123 secundum] secundam P 126 ut] om. C 141 facit] fiat C 143 adiutorio] adiutori R 146 possint] possunt P 149 deformitati] videtur add. P

deficiens a se per culpam, et ipsa in se simpliciter. Duo extrema acta duobus extremis agentibus congruunt. Ergo medium medio.

2. Item, si Deus est summe bonus, nihil est in eo cuius non reliquerit aliquod
155 vestigium in creaturis. Sed in ipso est creare omnia sine adminiculo. Ergo huius
vestigium, scilicet facere aliqua sine adminiculo, est in aliqua creatura. In qua
melius quam in nobilissima.

3. Item, si hoc potuit Deus contulisse creaturae alicui, ut sine adminiculo ageret,
hoc facto fuisset universitas completior. Aut ergo hoc contulit aut invidus et non
160 summe bonus fuit.

4. Item, voluntas est bonum aliquod et velle eius similiter, et haec voluptas simili-
ter est aliquod bonum. Sed ordinatio velle ad voluptatem est deformitas et pec-
catum ipsum. Sed haec ordinatio actio est. Ergo aliqua actio est tota deformitas.
Ergo aliqua actio non est a Deo.

165 5. Item, subiectum est causa eius quod in subiecto est. Ergo actio est causa
deformitatis. Ergo si Deus est causa actionis, est causa deformitatis. Sed hoc est
falsum. Ergo non est causa actionis.

6. Item, si Deus est causa omnis actionis, et si causa est necessaria, et causatum
est necessarium. Omnis tua actio est necessaria. Ergo si aliqua est contingens,
170 a Deo non est. Si enim ipse agit ut tu velis vel nolis aliquid, non poteris tu
impedire nec resistere.

7. Item, quidquid Deus agit vel coagit vult fieri. Si ergo huic diacono fornicanti
coagit, vult fieri illam actionem. Quod non videtur concedendum, cum omnino
nolit talem coire.

175 8. Item, omne actum quod Deus potest cum altero potest solus, cum nullius egeat
adiutorio; sed actionem talem quae subest deformitati non potest solus. Ergo nec
cum altero. Sed quod hoc sit falsum sic patet. Omne accidens univocum habet
in omnibus in quibus est causam univocam. Sed actio est genus generalissimum
univocum ad omnem actionem, saltem creaturae cuiuscumque. Ergo in omni
180 creatura habente actionem est causa una actionum communicata ab eis. Sed
omnis actio est a forma. Ergo in omni creatura est forma una communicata ab
omnibus, causa per se omnium actionum.

Quod si dicas quod haec forma est prima forma materialis primae materiae
concreata, patet quod hoc est falsum. Ab illa enim forma non sunt currere,
185 sentire, et huiusmodi actiones, sed formarum consequentium, in quibus omnibus

152 acta] activa *corr. ex* acta P 161 haec] scilicet turpis *add.* P || voluptas] volun-
tas BO 162 voluptatem] voluntatem B 164 aliqua] talis B 165 subiecto] subiecti-
ve P 169 est¹] erit P 170 vel] tu *add.* OV 172 si] sic BV 179 cuiuscumque]
dum B 180 actionum] actionem O 184 sunt] est V 185 actiones] habitationes B
|| sed] sunt istae actiones *add.* OP || formarum] forma BC

154–157 Resp. Rob. Gross., *De lib. arb.*, cap. 21 (ed. Baur, 238) 158–160 Resp. Plato,
Timaeus 29E (ed. Waszink, 22); cf. *Auctoritates Aristotelis*, n. 7 (ed. Hamesse, 297)

nihil tale commune est, a quo sint omnes actiones, nisi forma quae est Deus. Ergo Deus est causa omnis actionis.

Item, omnis actio est a forma. Sed forma secundum quod est in materia non extendit se extra eam. Sed omne agens extendit se in id in quod agit. Ergo nulla forma secundum quod est in materia est agens. Fit enim in potentia per materiam et impotens agere. Ergo omnis actio per se est formae liberatae a materia. Sed haec non est nisi unica, scilicet Deus. Ergo omnis actio per se est ipsius.

Item, omnis causa primaria plus influit super causatum quam causa secundaria. Sed omnis actionis Deus est causa primaria. Omnes enim agentes reducuntur ad unum primum agentem. Ergo, et cetera.

Item, *Is. 10*: “Assur, virga furoris mei.” Sed percussio actio potius est agentis quam organi. Ergo percussio per Assur Deo tribuenda. Sed illa fuit sub deformitate, quia mala. Ergo mala actio, unde est actio, est a Deo. Quanto magis indifferens vel bona?

Item, dare eleemosynam est bonum naturaliter, et omne tale est a Deo, etiam si detur causa inanis gloriae. Non ideo amittit naturam suam. Ergo adhuc est a Deo.

Item, quaedam sunt mala, quia prohibita tantum, ut comestio de ligno scientiae. Sed talia cum prohibentur, non perdunt naturam suam. Ergo adhuc sunt a Deo.

Item, idem est susceptibile contrariorum, nisi alterum insit a natura. Sed actio eadem bona et mala esse potest. Ergo eadem est actio sub utroque. Sed bona a Deo. Ergo et mala.

Item, “quidquid est causa causae est causa causati.” Sed Deus est causa potentiae agentis. Ergo et actionis quae est ab ea.

Item, haec actio quae subest deformitati est in praedicamento actionis. Ergo generalissimum est pars suae essentiae. Sed non potest creatura aliqua in generalissimum aliquod, sed solus Deus, quia si posset in generalissimum aliquod, aliqua actione posset in illud, et ita creaturae actio esset prior natura generalissimo, et etiam in genere ipso; et ita posterius natura, quia a quo non convertitur consequentia. Ergo cum non possit in generalissimum, non potest in totam actionem. Sed Deus est saltem pro parte causa actionis.

Item, haec actio aut habuit rationem seminalem in subiecto, et tunc illa ratio est aliquid eius – omnes autem rationes seminales sunt a Deo solo, et ita aliquid omnis actionis est a Deo – aut non habet rationem seminalem, et tunc haec actio de nihilo fit. Sed aliquid de nihilo facere non potest nisi solus Deus. Ergo et actio tota a solo est Deo.

189 id] idem BC 197 tribuenda] attribuenda V 206 alterum] unum V 210 ab] sub C

193 Cf. *Liber de causis* 1.1 (ed. Pattin, 46) 196 *Is. 10,5* 209 Resp. *Liber de causis* 1.16 (ed. Pattin, 49); cf. *Auctoritates Aristotelis*, n. 3 (ed. Hamesse, 231)

Item, Augustinus in libro *De ordine creaturarum*: “Omne quod est aut factum intelligitur aut infactum, aut potens, aut subiectum, aut aeternum, aut temporaneum. Factum ergo et subiectum et temporaneum, ipsa est creatura. Infactum autem et potens atque aeternum, ipse est Deus.” Igitur haec actio, cum sit aliquid, est Creator aut creatura. Si creatura, non erit nisi a Creatore. Omnis enim creatura relative dicitur ad Creatorem, ut ad causam efficientem.

Item, agit accidens, ut color in oculo, et agit substantia. Sed omne accidens univocum habet causam univocam et unam in his omnibus in quibus invenitur. Ergo cum hoc generalissimum ‘actio’ sit repertum in substantiis et accidentibus, et est univocum, quia genus generalissimum ad omnes actiones creaturae. Ergo habet in his unam causam communem univocam. Sed nulla creatura est communiter reperta in substantia et accidente, quia in nullo uno creato communicant. Sed solus Deus, qui est in quolibet ente, in utroque reperitur. Ergo Deus est causa generalissimi, et ita saltem pro parte omnis actionis.

Item, maius est agere quam esse. Sed haec creatura non potest esse nisi Deo coeunte. Ergo non potest agere nisi Deo coagente.

Item, Augustinus *De 83 quaestionibus*, q. 10: “Omne bonum a Deo,” et q. 21: “Ipse sumum bonum est. Quocirca mali auctor non est qui omnium quae sunt auctor est, quae in quantum sunt, bona sunt.” Igitur cum omne bonum in quantum bonum a Deo sit, et actio in quantum est bona est, patet quod in quantum est a Deo est. Ergo actionis esse est a Deo. Sed actionis esse est suum fieri. Ergo fieri actionis a Deo est.

Item, Augustinus *De 83 quaestionibus*, q. 46: “Cum ideae neque oriantur neque intereant, secundum eas tamen formari dicitur omne quod oriri et interimi potest.” Ergo haec actio, cum oriatur et intereat, habet ideam in mente divina qua oritur. Ergo a Deo est.

Item, actus exterior, ut fornicari, non est sine agente superiore exteriore, quia “homo generat hominem et sol.” Ergo actio etiam interior non erit sine agente superiore interiore, scilicet Deo, quae actio est velle, quod primo subest deformationi.

Item, minus unum est ex substantia et accidente quam ex materia et forma. Ergo minus unibilia sunt. Ergo si Deus continet magis unibilia, ut materiam et formam, et sine eo non cohaerent ut res esset, multo fortius aliquod agens continet subiectum, quod est voluntas, et accidens, quod est velle, ut cohaerent. Sed hoc continens non potest esse nisi Deus, qui solus est super creaturam rationalem. Ergo actio quae est velle non exit a volente nisi Deo coagente.

240 qui] quae V || quae] qui B 251 quod] quia B 255 cohaerent] cohaerent P
258 quae ... velle] *transp. post exit BCORV*

223–226 Potius Isidorus, *De ordine creaturarum*, cap. 1 (PL 83, 914) 239 Aug., *De 83 quaestionibus*, q. 10 (CCL 44A, 18) 239–241 Ibid., q. 21 (26) 245–247 Ibid., q. 46 (70)
250 Arist., *Phys.* 2.2 (194b 13); cf. *Auctoritates Aristotelis*, n. 65 (ed. Hamesse, 145)

Item, Augustinus *De 83 quaestionibus*, q. 2: “Omne quod fit ei a quo fit par esse non potest.” Ergo non potuit Deus creare aliquam creaturam quae possit ita per se agere, ut Deus eam fecit. 260

[AD ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

Dico ergo ad primum quod sicut ipsa proficiens potest in bonum et deficiens in malum, sic neque proficiens neque deficiens, sed naturaliter ens potest in actionem simpliciter. In ipsa tamen neque proficiente neque deficiente est aliud a natura propria coagens, scilicet Deus, sed non ut gratia, sed potius ut natura. 265 Sic enim et coagit lapidi descendenti et bruto moventi. Et est haec actio a Deo non sicut motus radii est a motu aquae, quia hoc est occasio tantum; nec sicut si unam candelam illuminet alia, lucere ultimae candelae a prima est. Sed tamen esse potest prima non ente, scilicet exstincta. Sed sic est actio creaturae a Deo tamquam educante creaturam a potentia in actum. Et hoc ita quod si cessaret 270 educere, cessaret creatura agere, sicut lux et color se habent. Color enim dum illuminatur agit et gignit se in medium, aliter non. Actio ergo talis creaturae a Deo est continue coagente, nec tamen est actio Dei. Non igitur sunt tantum istae actiones a Deo, quia agens illas est a Deo, sicut est in candelis, sed potius quia et agens et quod agens agit a Deo est. 275

Ad secundum. Dic quod hoc non potuit Deus alicui creaturae contulisse ut sine adminiculo suo aliquid ageret. Quod patet sic. Non posset Deus contulisse creaturae ut ipsa subsisteret ipso non supportante, eo quod creatura ex nihilo est, et etiam quod Deus ubique est. Hoc enim est Deo essenziale. Sicut ergo non potest non esse Deus, sic non potest non esse in quolibet quod est. Et sicut 280 creatura non potest non esse ex nihilo, sic non potest non esse nisi Deo coente et supportante; *Hebr.* 1: “Supportans omnia verbo virtutis suae.” Sed multo maius est agere quam esse. Igitur non potest agere creatura multo fortius nisi Deo coagente. Huius autem quod est facere omnia sine adminiculo inferioris, ipse enim est supremus. Vestigium est non facere aliquid sine adminiculo, sed facere 285 aliquid sine adminiculo inferioris quod et in anima.

Ex eodem solvitur tertium.

Ad quartum. Dicendum quod ordinatio huius velle ad voluptatem non est malum per se, sed potius deordinatio velle ad aliquid aliud volendum. Et ita patet quod peccatum non est ordinatio velle ad voluptatem per se, sed potius 290 privatio ordinis huius actionis velle ad id ad quod deberet ordinari.

267 quia ... tantum] *om.* O || quia hoc] quae P 271 color¹] calor B 279 etiam] eo *add.* P 282 maius] magis CP 283 non ... creatura] *transp. post* fortius P 284 huius ... inferioris] *transp. post* supremus P 286 anima] est *add.* CP 288 voluptatem] voluntatem BP 290 voluptatem] voluntatem C 291 deberet] debent B

259–260 Aug., *De 83 quaestionibus*, q. 2 (CCL 44A, 13) 280–282 Resp. Rob. Gross., *De veritate* (ed. Baur, 141) 282 *Hebr.* 1,3

Ad quintum. Privatio, ut deordinatio velle ad id quod deberet ordinari, scilicet deformitas, non est aliquid, et ideo causam non habet nisi deficientem. Unde actio ipsa aliunde est a Deo, scilicet secundum quod est aliquid in praedicamento
 295 actionis; aliunde est subiectum deformitatis, scilicet unde est a voluntate, quae est ex nihilo. Et ideo non sequitur quod Deus sit causa deformitatis, quia non est causa actionis unde ipsa est subiectum deformitatis.

Ad sextum. Dico quod Deus est causa harum actionum voluntaria, et ideo non necessaria. Sed quia voluntas omnis valet ad opposita, potest Deus hoc agere vel
 300 coagere, et oppositum. Nec vult Deus talem actionem agere nisi nobiscum. Unde et vera causa est quare haec actio est de contingentibus, quia voluntas nostra contingentiae est unde principium.

Ad septimum. Fateor vult actionem quae subest deformitati fieri, nec tamen vult illam deformitatem esse, sicut vult angelicam naturam quae est in daemone
 305 esse, nec tamen vult istam malitiam esse. Cum autem dico hunc diaconum hoc agere, statim dico actum deformatum, et potest Deus, sicut et tu, velle hunc actum fieri. Nec tamen vult eum ab isto fieri, quia ab isto fieri importat deformitatem, scilicet actum illicitum.

Ad octavum. Unica est actio Dei quam agit per se, scilicet suum intelligere, et omnem aliam actionem tamquam suum actum agit hac actione. Unde quia
 310 aliam actionem ab illa quae est sua substantia habere non potest, omnis alia actio creaturae actio creaturae est, licet Dei actum; et ideo nullam creaturae actionem potest per se nisi cum creatura, non quia egeat creaturae adiutorio Omnipotens, qui nec illis eget actionibus, sed potius quia omnes aliae actiones ei sunt imperfectiones, cum sint accidentia. Sua autem actio substantia est. Et ideo ipsa sola
 315 decet eum.

[UTRUM LIBERUM ARBITRIUM POSSIT IN
 ACTUM BONUM SINE ADIUTORIO GRATIAE]

Sequitur de tertio, scilicet an liberum arbitrium possit in actum bonum ex se sine adiutorio gratiae.

[ARGUMENTA QUOD SIC]

1. Quod sic, asserunt Pelagiani, pro quibus sic ratiocinari potest: appetitus animae sensibilis potest ad bonum sensibile sine aliquo superaddito naturae suae.
 320 Quare ergo erit impotentior appetitus rationis ut non possit in bonum intelligibile sine aliquo superaddito naturae?

293 deficientem] deficiente B 301 vera] alia CR; aliqua vel vera P 303 fateor] *om.* P
 314 qui] quia C || ei] et O

2. Item, liberum arbitrium magis se habet ad bonum quam ad malum, quod patet per hoc quod posse malum, ut peccare, non est de libertate arbitrii, ut ponit Anselmus. Sed ad malum potest nullo naturae superaddito, multo fortius ad bonum, cum sit magis ad hoc quam ad illud. 325
3. Item, appetitus rationis ‘liber’ dicitur et appetitus sensibilis non. Cum igitur appetitus sensibilis possit respectu contrarietatis suae, multo fortius et appetitus rationis, qui est liberrimus, potest sine superaddito naturae in utramque partem suae contrarietatis. 330
4. Item, si ex se, non potest nisi malum. Sed hoc est magis impotentia quam potentia. Ergo ex se est simpliciter impotens motiva rationis. Sed motiva sensibilis ex se est aliquid potens. Ergo haec illa melior.
5. Item, nonne posset Deus creare aliquam creaturam quae posset bonum ex se? Si posset et non fecit, universum non est perfectissimum. Si non posset, esset impotens. 335

[RESPONSIONES]

Solutio ad primum. Illud bonum respectu cuius sensibilis est possibilis est anima sensibili inferius, et ideo potest in illud sensibilis anima ex se. Sed illud bonum respectu cuius spiritus rationalis est possibilis est in infinitum melius ipso. Et ideo non potest in illud, cum sit supra se sine adiutorio. 340

Ad secundum. Non sequitur: securis enim magis se habet ad secundum – quippe ad hoc est – quam ad non secundum. Nec tamen sequitur quod, licet possit ex se non secare, quod possit per se secare.

Ad tertium. Liberior quidem est motiva rationalis quam sensibilis, nec impedit eius libertatem vel minuit quod non potest bonum sine gratia. Quod enim est sicut vult sive hoc sit sine alio sive alieno adiutorio, dummodo sit sicut vult, liberum est. 345

Ad quartum. Sicut color non dicitur impotens omnino respectu medii vel oculi, quia non agit sine luce, similiter nec liberum arbitrium dicitur impotens, quia non agit sine gratia. Et etiam si omne agens naturaliter non dicitur impotens, cum tamen in omni actione principalis agens sit essentia divina, et sic nullum agens agit sine eo, quare dicitur agens voluntarius impotens, quia non potest agere sine gratia? 350

Ad quintum. Patet ex prius dictis supra. Sicut enim Deus non potest efficere ut non sit Deus et ut non sit ubique, et sicut non potest efficere creaturam quae non sit ex nihilo, sic non posset facere creaturam quae posset bonum ex se. Nec est hoc impossibile, sed potius propter excellentiam suae potentiae, per quam non 355

329 liberrimus] liberius C 341 ad¹] similiter P 342–343 licet] non add. P 352 dicitur] dicitur P 354 quintum] sic add. C 357–359 per ... potentiae] om. (hom.) R

potest esse impotens, quod esset si non posset esse ubique vel posset non esse
 360 ubique, tunc enim localiter mobilis esset; et propter excellentiam potentiae, qua
 parem habere non potest, quam haberet si posset creatura esse non ex nihilo.

Contra Pelagium vero sic arguam: nulla creatura ex se potest supra se. Sed bonum
 gratuitum est supra omnem creaturam. Ergo nulla creatura potest in bonum
 gratuitum.

Minor sic probatur. Suprema in creaturis est rationalis. Sed bonum gratuitum
 365 est melius rationali quod per ipsum fit bonum. Nihil enim fit melius vel per
 bonum aequale vel per minus bonum. Ergo bonum gratuitum est melius omni
 creatura.

Item, rationalis creatura non potest in se ipsam. Ergo nec in bonum gratuitum
 multo fortius quod est melius ipsa, ut probatum est. Maius enim est bonum esse
 370 quam esse. Si igitur creatura sibi ipsi esse dare non potest, nec bonam esse sibi
 dare poterit.

Item, inter bonum et malum est distantia infinita, sicut inter aliquid et nihil.
 Bonum enim est aliquid et malum nihil est. Igitur virtus finita ad istam distantiam
 non potest. Sed virtus creaturae rationalis est virtus finita. Ergo ad hanc
 375 distantiam non potest. Ergo ipsa existens in malitia ex se in bonum non potest.
 Sed ipsa existens in malitia nihilominus ipsa est et naturam suam non amisit.
 Ergo ex se vel ex sua natura in bonum non potest. Sed hac ratione diceret quod
 nec rationalis creatura potest in malum ex se, si est bona, quia non potest in
 distantiam infinitam. Tanta enim est distantia inter aliquid et nihil, quanta inter
 380 nihil et aliquid.

Sed dicendum quod mutatio a bono in malum est a derelictione virtutis infinitae,
 quae elevavit a malo in bonum, sicut creatura de nihilo fit aliquid per
 virtutem infinitam. Ipsa tamen derelicta a virtute hac infinita incideret iterum in
 nihilum. Et est exemplum quod maior virtus exigitur ad ascensum qua ascendat
 385 homo in montem quam ad descensum. Virtus autem in alto est et vitium in imo.

Si dicas quod ratio in malitia, licet naturam non perdiderit, tamen vitiata est
 – vitium enim vitiatur naturam – et ita impotentior effecta est, et ideo non oportet
 quod, licet tunc non possit in bonum quod ex se, cum est in bono, bonum non
 possit. Contra constat: licet vitium vitiaverit naturam, non tamen abstulit ei nec
 390 aliquid modicum. Ad minus non abstulit potentiam infinitam ei. Quippe auferre
 ei non potuit quod non habuit. Ex se autem creatura omnis est finitae potentiae.
 Igitur si ei adderes quidquid potentiae, malitia abstulit, adhuc esset virtus finita.
 Ergo adhuc non posset in distantiam illam infinitam.

359 enim] *om.* V 360 quam] quem BCR; quod V || non²] *om.* BOP; *interlin.* C
 361 arguam] arguit B 365 quod] quia *corr. ex* quod P 371 dare] potest vel *add.* C
 376 et naturam] animam O 377 diceret] dices C 378 si] scilicet cum P 382 a ... bonum] a bono in malum P 384 exigitur] est B 388 bono] in *add. interlin.* O 389 constat] *om.* B

Item, in bona actione duo sunt, scilicet actio ipsa et bonitas. Sed ipsa bonitas melius est quam actio quae per eam fit bona. Igitur cum rationalis creatura ex se non possit in actionem, ut supra in alia quaestione probatum est, multo fortius nec in bonitatem actionis ex se poterit.

Item, omnis causa est melior suo effectui. Ergo si aliquis faceret se bonum, esset melior se bono. Quod est impossibile.

Item, quidquid aliquid est, Deus aeternaliter illud dixit, et suum dicere est suum facere; *Ps.*: “Dixit et facta sunt”; *Gen.* 1: “Fiat et factum est.” Ergo dictum a Deo, a Deo factum est. Ergo cum hoc bonum sit aliquid, a Deo factum est. Ergo nulla creatura sine Deo aliquid facere potest, maxime bonum.

Item, *Ioan.* 1: “Omnia per ipsum facta sunt.” Et *Ioan.* 15: “Sine me nihil potestis facere.” Et *Is.* 26: “Omnia opera nostra operatus es in nobis, Domine.” Et *I Cor.* 12: “Idem vero Deus qui operatur omnia in omnibus.” Et eodem: “Haec autem omnia operatur unus atque idem Spiritus.” *Ps.*: “Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.”

Ex iam dictis patet quod nihil potest liberum arbitrium nisi malitiam sine gratia. Nec natura aliqua potest aliquam actionem sine naturae primae, scilicet Dei, adiutorio.

Postquam quaesitum est de definitione, consequens est ut quaeramus de nomine. De primo tria quaeramus: scilicet quare dicatur ‘arbitrium’, et quare ‘liberum’, et quare hoc in substantivo, illud in adiectivo.

[QUARE DICATUR ARBITRIUM]

Quare vero dicatur ‘arbitrium’, id est a quo dicatur sic, fatentur omnes quod a ratione, sed secundum diversos a diverso actu rationis. Quidam enim dicunt quod dicitur ‘arbitrium’ a iudicio rationis sequente voluntatem; quidam vero quod a iudicio rationis praecedente eam.

Primum videtur ponere Bernardus: videtur enim dici arbitrium secundum eum, quia postquam voluerit aliquis perfecte aliquid, ratio iudicat et condemnat voluntatem, si male voluit; liberat, si bene. Unde Bernardus: “Consensus voluntarius ob voluntatis inamissibilem libertatem, et rationem, quod secum trahit semper et ubique, indeclinabile iudicium, non incongrue dicitur liberum arbitrium: ipse li-

396 quaestione] proxima praecedenti *add.* P 401–402 dictum] est *add.* B 402 a deo²] *om.* P || aliquid] aliquod P 410 potest] in *add.* C || aliquam] aliam OP 413 primo] quo O 419 dici] dicere C

396 Resp. supra, p. 75 398 Cf. Rob. Gross., *De lib. arb.*, cap. 21 (ed. Baur, 239) 401 *Ps.* 32,9 || *Gen.* 1,3 et alibi 404 *Ioan.* 1,3 404–405 *Ioan.* 15,5 405 *Is.* 26,12 406 *I Cor.* 12,6 406–407 *I Cor.* 12,11 407–408 *Ps.* 13,1 416–417 E.g. Rob. Gross., *De lib. arb.*, cap. 17 (ed. Baur, 226) 421–426 Bern., *De gratia et lib. arb.*, cap. 2.4 (ed. Cist., 3:169)

ber sui propter voluntatem, ipse iudex sui propter rationem. Et merito libertatem
 425 comitatur iudicium, quoniam quidquid liberum sui est, profecto ubi peccat, ipse
 se iudicat.”

Est et iudicium praecedens voluntatem, ut cum ratio iudicat de aliquo apprehen-
 senso utrum debeat esse volitum vel non. Et ab hoc iudicio potius videtur debere
 dici ‘arbitrium liberum’. Cui consentit Augustinus *Hypagnosticon*, dicens: “Cur
 430 liberum arbitrium dicatur, paulo disserendum est. Arbitrium scilicet ab arbitrando
 rationali consideratione, vel discernendo quid eligat, quidve recuset, puto quod
 nomen accepit: ideo liberum dictum, quod in sua sit positum potestate, habens
 quod agendi velit possibilitatem.” Primo arbitrium et rationem, secundo liberum
 et voluntatem tangit, innuens arbitrium a iudicio rationis praecedente voluntatem
 435 dictum esse.

Ex supradictis autem constare potest quod haec potestas dicta est arbitrium
 ab actione rationis sequente actum voluntatis incompletum et praecedente com-
 pletum; et ita non sunt contrarii Bernardus et Augustinus. Et bene dicitur ‘arbi-
 trium’ sive potestas haec ab actu rationis, non voluntatis. Quippe haec potestas
 440 est animae rationalis qua potest convertere se supra se de se vel de sua volun-
 tate iudicando. Haec autem conversio non est nisi quaedam apprehensio suae
 voluntatis. Unde haec potestas est de genere aspectus et rationis, non affectus
 vel voluntatis.

[QUARE MAGIS DICATUR ARBITRIUM QUAM IUDICIUM]

“Quare autem magis dicatur ‘arbitrium’ quam ‘iudicium’ merito quaeritur. Ad
 445 quod dicendum quod iudicium inevitabile est. Nec est potestas ad declinandum
 sententiam iudicii; dat enim iudicium necessitatem. Arbitrium vero est iudicium
 quod sponte subicitur. Et non incumbit necessitas implendi arbitrium, sed relin-
 quitur libertati voluntatis eius cui arbitratur. Arbitrium enim proprie dictum
 relinquit libertatem, tam ei cui arbitratur quam arbitrio. Unde Seneca *De benefi-*
 450 *ciis*: ‘Eo melior videtur condicio causae bonae, si ad iudicem quam si arbitrium
 mittitur, quoniam illum formula includit et certos quos non excedat terminos ponit,
 huius libera ex nullis adstricta vinculis religio et detrahare aliquid potest et
 adicere’.”

Quia ergo rationis est iudicare sicut voluerit, et postquam iudicaverit adhuc
 455 liberum est voluntatis eligere iudicatum vel oppositum, merito potius ‘arbitrium’

425 profecto] profectio O 429 consentit] consonat B 433 possibilitatem] potestatem B
 434 praecedente voluntatem] praeeuntem B 446 dat ... necessitatem] om. B 447 im-
 plendi] implenda R 450 si²] ad add. P || arbitrium] arbitratur B 451 formula]
 famula V 452 nullis] illis B

429–433 Ps.-Aug., *Hypagnosticon* 3.4 (PL 45, 1623) 444–453 Rob. Gross., *De lib. arb.*,
 cap. 17 (ed. Baur, 228–29) 449–453 Seneca, *De beneficiis* 3.7.5 (LCL 3:138); coll. ex ibid.

quam ‘iudicium’ dicitur. Quod si dicas quod iudicium non habet necessitatem, quia potest appellari a iudicio hoc, dicendum quod non appellatur a iudicio, sed potius ab alicuius iudicio, ut alterius subeat iudicium.

[QUARE DICATUR LIBERUM]

Consequenter quaeritur de secundo, scilicet quare, id est a quo, dicatur ‘liberum’, utrum similiter a ratione vel actu rationis vel a voluntate et actu eius. ⁴⁶⁰ Quod a voluntate dicit Magister in principio huius distinctionis: ET DICITUR ‘LIBERUM’ etc. Et Augustinus et Bernardus et fere omnes etiam moderni, quibus merito sic opponitur: adiectivum adicit rem suam suo substantivo; et ideo substantivo tali tantum adicitur adiectivum, cui res sua inest. Unde de aliquo naturaliter albo – ex conversatione vero monacho nigro – non dicitur quod sit albus ⁴⁶⁵ monachus, licet sit albus et monachus, quia aliunde habet quod sit monachus et quod sit albus. Similiter videtur quod, si libertas haec radicatur in voluntate, ipsa adiectio significata voluntati adici potest, non rationi nec ei quod in ratione fundatur. Sicut ergo praedictus non dicitur ‘albus monachus’, sic nec haec potestas dicitur ‘liberum arbitrium’. ⁴⁷⁰

Solutio. Iudicium dicitur dupliciter, id est duorum: scilicet et eius cui iudicatur et eius qui iudicat. Similiter arbitrium. Cum ergo ratio iudicet voluntati, iudicium illud est et rationis et voluntatis. Et dicitur hoc iudicium vel arbitrium liberum voluntati, quia potest voluntas agere, sicut iudicatum est, vel oppositum. Dicitur et hoc iudicium liberum rationi, quia potest ratio iudicare de quibuscumque vult, ⁴⁷⁵ quando vult, et sicut vult, scilicet sic vel oppositum. Dicitur ergo haec potestas liberum arbitrium ab actu suo, scilicet iudicio, cui inest libertas et secundum quod est rationis et secundum quod est voluntatis. Et ideo verum dicunt supradicti, licet non totum dicant.

Insuper magis unum efficit ratio et voluntas quam habitus monachi et substantia. ⁴⁸⁰ A parte autem habitus est quod niger; a parte substantiae quod albus. Et quia ex habitu et substantia non fit unum, non coniungitur vere ut dicatur albus monachus. Sed hic est aliter, quia ratio et voluntas unam animam efficiunt. Et sicut licet aliquis sit albus a parte corporis et musicus a parte animae, tamen bene iunguntur ut dicatur iste ‘musicus albus’, similiter multo fortius in proposito, cum ⁴⁸⁵ ratio et voluntas unam animam efficiant, dici potest ‘liberum arbitrium’, licet sit liberum propter voluntatem et arbitrium a parte rationis.

457 potest] habet B || hoc ... iudicio²] *om. (hom.)* P 464 tantum] non B 466 licet ... monachus²] *om. (hom.)* C, *marg.* O || et²] aliunde *add.* O 471 cui] qui P 482 coniungitur] naturae *add.* P || vere] *add. interlin. m. post.* P 485 dicitur] dicitur O

456–458 Rob. Gross., *ibid.* (ed. Baur, 229) 461–462 Recte cap. 3 (ed. Grottaferrata, 1:453)

[QUARE MAGIS DICATUR LIBERUM ARBITRIUM QUAM ARBITRANS LIBERTAS]

De tertio quaeritur quare magis dicatur ‘liberum arbitrium’ quam ‘arbitrans libertas’; et recte hoc quaeritur ab eis qui dicunt quod libertas haec radicatur in voluntate et arbitrium in ratione.

Ad quod dicatur quod haec potestas est animae qua potest convertere se supra se volentem vel supra suam voluntatem. Haec autem conversio, ut supra dictum est, est quaedam sui volentis vel suae voluntatis apprehensio et iudicium. Et ideo est potius de genere aspectus et rationis quam voluntatis et affectus. Et ideo ei

Duae restant quaestiones de libero arbitrio quas non tangit Magister, quasi dicat non essent quaerendae, scilicet an sit et a quo sit.

[UTRUM SIT LIBERUM ARBITRIUM]

Quaestio autem prima in duas dividitur. Primo enim proponenda et solvenda sunt quae videntur facere pro hoc quod non sit. Secundo proponenda quae

[ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

Quod autem non sit liberum arbitrium probare videntur omnia quaecumque videntur ostendere omnia esse de necessitate; vel aliqua quae spectant ad nos, ut sunt praescientia, Dei voluntas, praedestinatio, veritas dicti de futuro, divinatio, prophetia, fatum; et insuper quaedam alia, scilicet gratia, coactio per vim aliquam, et peccatum.

De praescientia vero et voluntate et praedestinatione et veritate propositionum de futuro, divinatione, prophetia, et fato, quomodo non inferant rebus necessitatem dictum est in primo libri, ubi de his agitur.

[UTRUM GRATIA LIBERUM ARBITRIUM IMPEDIAT]

De tribus vero residuis nunc dicendum. Quod gratia liberum arbitrium impediatur, sic videtur. Si *a* facit totum *b*, tunc nihil eius quod est *b* fit ab alio quam ab *a*. Quod si ab alio, tunc idem fit bis. Igitur cum gratia agat totum opus bonum, nihil ipsius operis relinquitur libero arbitrio quod agat.

495 recto] recte B || rationi] item praecedit naturaliter iudicium rationis et sequitur libera voluntatis electio et ita libertas quodam modo accedit arbitrio et non e converso *add.* P, *add. marg.* CO 497 sit²] fit C 499 pro] vel B; ad CP; *corr. ex* vel C 504 coactio] coartio B 511 quod] quia P || bonum] debitum B

501–505 Resp. Rob. Gross., *De lib. arb.*, cap. 1 (ed. Baur, 151; ed. Lewis, 32–33) 508 Resp. Petr. Lomb., 1 *Sent.* 35.7 (ed. Grottaferrata, 1:255–57)

[ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

1. Si autem dicas quod duo agunt actum idem, sed unus immediatius, ut liberum arbitrium, sed alius, scilicet Deus, mediate, contra hoc est quod Deus est agens immediatissimus ubicumque agit. “Nihil enim potest esse tam proximum alicui 515 essentiae conditae secundum aliquam actionem, nec tam propinque et intime illud attingere secundum suam actionem, quam propinque et intime aeterna sapientia secundum suum scire attingit omnem substantiam. Sed idem ipsum scire est eiusdem efficere.”
2. Item, adveniente gratia libero arbitrio aut compellitur liberum arbitrium a gratia 520 ut agat aut non. Si compellitur, igitur destruitur. Si non, cum ad hoc sit gratia ei adiuncta ut agat, si per liberum arbitrium impediatur ne agat, potentius est liberum arbitrium quam gratia. Quod falsum est. Ergo cum gratia sit potentius, compellet liberum arbitrium; sicut si multum de igne parvae terrae uniretur, 525 compelleret ignis terram ad locum ignis.

[SOLUTIO]

Solutio. Ad primum dicendum quod dupliciter possunt plures convenire in actum unum, scilicet ut coaequaevi vel ut ordinati. Cum sunt coaequaevi, necessario pars acti unius erit et pars acti alterius et neutrius totum. Sed cum sunt agentes ordinati, tunc totum actum est utriusque, ut cum unus agens educit alium agentem de potentia in actum, actum a secundo agente totum fit a primo et totum 530 a secundo. Sic est de Deo et in omni alio agente quod totum agit Deus, eo quod omnes alios agentes per suam praesentiam in eis educat de potentia in actum, ut lux colorem, et totum agit agens, qui educitur de potentia in actum. De eo autem quod dictum est in opponendo, quod Deus est immediatissimus agens in omni actione, sic intellige: Deus educit *a* de potentia in actum continue, dum 535 *a* agit. Actio ergo *a*, qua agit, non est actio Dei, sed potius actum Dei, factum per actionem Dei, quae est sua substantia. Actio ergo *a* est actio et actum, sed Dei actum et actio respectu *a*. Unde Deus est immediatissimus ipsi actioni non ut actio, sed ut actum, et *a* est immediatissimus ipsi in quantum est actio. Unde 540 est ibi ordo, quia huic actioni, ut est actio, Deus est mediatius, cum educat primo de potentia in actum ipsum *a* et *a* agat actionem. Sed respectu actionis, ut est actum, non est talis ordo, sed Deus immediatissimus.

516 aliquam] quam C 518 substantiam ... idem] essentiam et *corr.* ex essentiam quod idem P || substantiam] essentiam *corr.* ex substantiam C 519 eiusdem] essentiae *add.* P || efficere] essentiae immediatus *add.* *interlin.* C; immediatus *add.* *sed del.* P 526 possunt] posuerunt O 530–531 agente ... secundo] *om.* O 531 quod¹] quia P 533 ut ... colorem] *om.* C 535 educit] eduxit B 536 factum] semper B 537 est²] et *add.* B 539 ut¹] est *add.* P || ut²] est *add.* P

Ad secundum dic quod gratia coniuncta libero arbitrio nullam ei imponit necessitatem. Si quidem agit cum gratia, agit bene necessario, sed non habet neces-
 545 se agere cum gratia. Non enim est tanta unio eius et gratiae quin possit deserere gratiam quando vult. Sicut ergo si posset terra unita igni deserere ignem cum vellet, non cogeretur ab igne ascendere; sic nec liberum arbitrium a gratia cogitur. Sed est sicut si imaginetur linea infinita erecta et in ea in puncto notabili ponatur
 550 aliquid quod ex se non posset nec stare nec ascendere, sed tantum descendere, sed tactum a digito tuo statim daretur ei potestas ascendendi cum digito, si vellet, alioquin non; sic liberum arbitrium tactum a gratia habet potestatem bene agendi cum ea, si vult, vel male agendi ex se ipso. Nec est ibi aliqua coactio.

Item, velle bonum gratuitum non potest quis nisi ex gratia. Sed gratia Dei nihil aliud est quam Dei velle, ut scilicet velis rectum cum prius noluisti. Aut
 555 ergo vult hoc simpliciter aut sub condicione. “Si sub condicione, quae est ista condicio nisi ista: Deus vult te velle *a*, si velis? Aut ergo vult te velle *a*, quod est malum, et patet quod hoc non vult; aut te velle *a*, quod est indifferens, et patet quod nec hoc vult; aut te velle *a*, quod est bonum gratuitum, si velis. Si hoc vult, scilicet te velle bonum gratuitum, si vis bonum gratuitum, hoc velle non
 560 potes nisi ab eius voluntate. Aut ergo hoc vult simpliciter aut sub condicione. Si sub condicione, tunc itur in infinitum. Si simpliciter, tunc necesse habes velle, et cogetur liberum arbitrium et non erit tale velle meritorium.”

Solutio. Dicendum quod vult te velle bonum gratuitum sub condicione aliqua, non sub illa quae dicta est, sed sub hac: si primum gratiae suae contactum
 565 non recusaveris, sicut in dicto exemplo confertur illi mobili potestas ascendendi sursum, si primum contactum digiti non contemnat. Quae, si contemnit primum contactum, statim deserit gratiam et deseritur ab ea. Igitur in ipso contactu gratiae et voluntatis confertur ei potestas recipiendi vel non refutandi eam. Sed actus ipse, scilicet recipere eam, non est tantum unius eorum sed gratiae et voluntatis.
 570 In contactu ergo gratiae habet potestatem recipere eam si vult, ut haec condicio determinet actum, scilicet recipere, non potestatem. Quippe potestatem illam confert ei contactus gratiae etiam si velit si nolit.

[UTRUM COACTIO PER VIM ALIQUAM LIBERO ARBITRIO REPUGNET]

¹. Item, coactio per vim aliquam videtur repugnare libero arbitrio. Ecce enim aliquis qui multum odit mentiri, tamen in casu tali est quod potest liberari a

543 ei imponit] *om.* V 543–544 necessitatem] libero arbitrio *add.* V 545 possit] pos-
 sint R 552 coactio] actio B 554 noluisti] voluisti C 555 vult] deus *add.* P, *add.*
interlin. C 558–559 aut ... vult] *om.* O 561 tunc¹] *om.* BCPR 564 non] tamen
add. P 569 sed] *om.* BR

543–552 Resp. *ibid.*, cap. 21 (ed. Baur, 240) 553–562 *Ibid.* 574–576 Resp. *ibid.*,
 cap. 14 (ed. Baur, 211–12; ed. Lewis, 74)

morte per mendacium, nonne talis timore mortis compellitur ad mentiendum, et
ita timore mortis cogitur arbitrium et non est liberum? 575

² Item, talis habet duplicem voluntatem: unam qua nollet mentiri et aliam qua
vellet vivere. Sed illa qua vult vivere est fortior et maior. Ergo superat et com-
pellit reliquam, et ita illa quae compellitur libera non est.

³ Item, corpora caelestia movent corpora nostra velimus nolimus, et disponunt 580
varie. Et moto corpore de necessitate velimus nolimus movetur anima consimili-
ter, sicut radius mota aqua. Ergo corpora caelestia animae inferunt necessitatem.
Ergo in ea non erit liberum arbitrium.

[AUCTORITATES]

Unde Cicero in libro secundo *De divinatione*: “Secundum hoc quod commu-
niter intelligitur nomen fati, fatum est necessitas omnium inferiorum ex ordine et 585
conversione siderum.” Et Seneca: “Rata et fixa sunt fata et magna atque aeterna
necessitate ducuntur.”

Item, poena originalis culpa, scilicet corruptio carnis vel fomes videtur cogere
mentem. Quippe quia corrupta est, necesse habet moveri ad species illecebrosas.
Ipsa autem mota necesse habet anima moveri consimiliter. Unde Apostolus 590
Rom. 7: “Quod nolo malum hoc ago.”

[SOLUTIO]

Solutio. Ad primum sciendum quod liberum arbitrium cogi non potest ad
malum aliquod. Quod sic patet. Si enim anima bona est, fortior est omni mala.
Ergo a malo spiritu cogi non potest. Bonus autem spiritus manens bonus ad
malum cogere non vult nec potest. Ergo omnino cogi non potest. 595

[RESPONSIONES AD OBIECTA]

Respondeo ergo ad obiecta sic. Semper quidem “remanet voluntas non men-
tiendi, licet voluntas vivendi sit maior et fortior et educat actum oppositum volun-
tati non mentiendi. Et mentitur non ex voluntate mentiendi, neque ex voluntate
non mentiendi coacta, sed mentitur ex voluntate vivendi. Actus itaque mentiendi
in hoc casu ex voluntate vivendi educitur. Et sic non est verum quod omnis actus 600
voluntarius egreditur a voluntate eiusdem actus, quia in hoc casu actus mentiendi
non egreditur ab eiusdem actus voluntate, sed a voluntate alterius actus.” Vo-

577 qua¹] quod CPR 580 disponunt] *corr. ex* disponent O 581 varie] variato C 586
rata] fata B 589 quia] quod B; quae P || necesse] mentem R 593 mala] malo
corr. ex mala P 596 respondeo] responde CP

577–579 Ibid. (212; 74–75) 584–586 Re vera fons est Rob. Gross., *De lib. arb.*, cap. 14
(ed. Baur, 211–12) 586–587 Seneca, *Ad Lucilium epist. moral.* 77.12 (ed. Reynolds, 1:247);
coll. ex Rob. Gross., *ibid.* 591 *Rom. 7*, 19 596–602 Rob. Gross., *De lib. arb.*, cap. 14
(ed. Baur, 211–12; ed. Lewis, 74–75)

luntas ergo non mentiendi non cogitur quin velit non mentiri, licet impediatur a suo actu, scilicet a non mentiri. Liberum enim arbitrium impedi potest ab actibus exterioribus, tamen cogi non potest. Et sic responsum est ad primum et ad secundum.

Ad tertium. Corpus humanum duplici subiacet motori, scilicet corporibus caelestibus et ipsi animae rationali. Et procul dubio potentior horum est anima rationalis, quia et nobilior. Si igitur hi duo motores impellant ad opposita ipsum corpus, cum non possit ipsum simul moveri motibus oppositis, necesse habet moveri ipsum corpus secundum agentem fortius impellentem. Et sic patet quod corpora caelestia, licet corpora, afficiant; tamen non habent potestatem in animam nec in corpus contra voluntatem animae, maxime in omnibus actionibus voluntariis.

[AD AUCTORITATES]

Ad auctoritates vero de fato sciendum quod fatum dicitur dupliciter, uno modo sicut de eo loquitur Boethius in libro *De consolatione* secundum quem modum idem est quod providentia Dei; tamen secundum diversas considerationes dicitur fatum et providentia, quia “providentia est divina ratio in summo omnium principe constituta quae cuncta disponit; fatum vero ut est inhaerens rebus mobilibus dispositio per quam providentia suis quaeque nequit ordinibus. Providentia namque cuncta pariter, quamvis infinita, quamvis diversa, complectitur; fatum singula digerit in motu locis, formis ac temporibus distributa, ut haec temporalis ordinis explicatio in divinae mentis adunata prospectu providentia sit, eadem vero adunatio digesta atque explicata temporibus fatum. Quae licet diversa sint, alterum tamen pendet ex reliquo. Ordo namque fatalis a providentiae simplicitate procedit.” Et paulo post dicit Boethius: “Manifestum est immutabilem simplicitatemque gerendarum formarum rerum esse providentiam, fatum vero eorum quae divina simplicitas gerenda disponit mobilem nexum atque temporalem.” Fatum igitur hoc modo dictum nec necessitatem facit nec libertatem arbitrii impedit, sicut nec providentia. Alio modo dicitur fatum “quod flecti nequit,” sicut recitavit Cicero et Seneca, non suam sed aliorum dicentes opinionem. Et sic fatum, si aliquid esset, libero arbitrio repugnaret. Nunc autem fatum sic dictum superstitiosum est et falsum.

605–606 et¹ ... secundum] *om.* BRV; *marg.* CO 607 tertium] secundum BRV; *corr.* ex quintum P 610 moveri] movere O 613–614 voluntariis] huic etiam potest responderi ad quartum *add. marg.* CO 618 omnium] *om.* B 620 suis quaeque] que B 622 singula] singulis C 624 adunatio] adiutorio B 625 providentiae] providente B 626 post] possunt B 630–631 recitavit] recitat C

607–614 Resp. Rob. Gross., *De lib. arb.*, cap. 11 (ed. Baur, 206) 616–626 Boethius, *De consol. philos.* 4.6 (CCL 94, 79); coll. ex Rob. Gross., *De lib. arb.*, cap. 11 (ed. Baur, 204; ed. Lewis, 71) 626–628 Ibid. (CCL 94, 79) 630–631 Cicero, *De divinatione* 2.7 (n. 19); coll. ex Rob. Gross., *ibid.* (ed. Baur, 205; ed. Lewis, 72) 631 Resp. supra

[UTRUM LIBERTATI ARBITRII REPUGNET SCIENTIA DEI]

Praeterea libertati arbitrii videtur repugnare scientia Dei. Sed si scientia Dei cogit ut necessario eveniant quaecumque eveniunt, tunc aut unde est scientia aut unde Dei. Non unde Dei, quippe scientia Dei qua praescit hunc peccaturum, cum sit ipsa eius essentia, est optimum. Optimum autem ad pessimum non cogit. Si unde scientia, tunc scientia prophetalis cogeret ad malum. 635

[CONTRA]

Contra. Illa praescientia aut est animae bonae aut malae; si bonae, non vult cogere ad malum; si malae, non potest. Insuper si quid cogit est de genere motivae, non apprehensivae. Praescientia vero est de genere apprehensivae. 640

Item, haec veritas, ‘tu peccabis aut damnaberis’, fuit ab aeterno vera. Veritas enim futurorum caret principio, et Deus scivit eam ab aeterno. Igitur non prius tempore fuit verum quam scitum a Deo. Sed quaero an prius natura fuit scitum a Deo quam verum. Certe hoc patet impossibile, quia quidquid scitur est verum. Igitur in illo priori in quo scitum est verum. Igitur simul natura sunt haec sciri a Deo, et hoc dictum de futuro esse verum, aut hoc sciri a Deo est posterius natura quam hoc esse verum. Sed sive hoc sive illud, non est praescientia Dei causa quare sit hoc verum, quia causa non est posterior causato, nec simul natura. Igitur sua praescientia non cogit hoc esse verum. 645 650

Item, propter laicos: si de necessitate eveniunt omnia, quia Deus praescit quod erit vel quod non, ut quid tu dicis servo ut parentur tibi talia cibaria, ut quid dicis ut afferat pecuniam tibi, quia si praevidit Deus quod talia tibi praeparabuntur, de necessitate sic erit? Et similiter in consimilibus.

[UTRUM LIBERTATI ARBITRII REPUGNET VERITAS DE FUTURO]

¹ Item, libertati arbitrii videtur repugnare veritas de futuro. Quippe si tu sedes, ab aeterno fuit verum: ‘tu sedebis’. Ergo cum ab aeterno verum sit necessarium, necessarium fuit quod sederes; quod ab aeterno verum non possit non esse falsum, et ita sit necessarium. Probatio. Si tu es in *a* instanti, impossibile est te non esse in *a*, quia esse et non esse in eodem instanti est impossibile. Sed simplicior vel ad minus aequae simplex est aeternitas sicut instans. Ergo si haec fuit vera in aeternitate: ‘et ab aeterno tu sedebis’, impossibile est quod in aeternitate vel ab aeterno sit verum ‘tu non sedebis’. Igitur cum affirmativa sit vera in aeternitate, necessario est vera et ita necessaria. 655 660

635 cogit] cogitat B 642 tu] ut O 644 tempore] corpore B || scitum¹] sciant B
 || quaero] quaere P 646 verum] et verum est P 648 quam] quod B

2. Item, potentia respectu utriusque oppositorum est prior natura ad minus quam
 665 aliquid illorum. Sed in aeternitate eo quod sit tota simul, neque est prius natura
 vel tempore. Igitur in aeternitate non est potestas ad utrumque oppositorum.

[SOLUTIO]

Solutio. Ad primum aestimo quod haec ‘tu es in *a*’ contingens est. Verum-
 tamen potest haec distinguere, sicut haec: ‘iste potest esse niger demonstrato albo’.
 Si enim li ‘iste’ dicat substantiam cum accidente manente in eo, et significet illa
 670 propositio quod subiecto habenti illud accidens inesse potest nigredo, falsa est.
 Si vero significetur quod nigredo potest inesse illi substantiae, vera est. Simili-
 ter ‘tu es in *a*’: li *a* potest dicere ipsum instans cum hac dispositione quod est
 mensura tui esse. Et sic est necessaria, sicut haec: ‘tu es dum es’; vel tantum
 ipsum instans, et sic est pure contingens. Alioquin omnis falsa propositio esset
 675 positio impossibilis, quia si Sortes est niger in *a* in rei veritate, et dicas ‘ponatur
 ipsum esse album in *a*’, non ponis impossibile. Ergo haec est contingens: ‘tu
 es in *a* et potes non esse in *a*’. Alioquin omnis propositio affirmativa vera esset
 necessaria. Cum autem probat quod est necessaria sic: ‘impossibile est esse et
 non esse in eodem instanti; sed in *a* est; ergo impossibile non esse in *a*’, dic
 680 quod non sequitur. Conclusio enim est de necessario et minor non, sed de inesse.
 Igitur non sequitur. Sicut nec hic: ‘homo de necessitate est animal; sed album
 est homo; ergo album de necessitate est animal’.

Ad secundum dic quod licet non sit in aeternitate prius tempore, tamen est
 prius causa, sicut si pes ab aeterno fuisset in pulvere, tamen pes vestigio esset
 685 prior, cum tamen utrumque aeternum.

[UTRUM LIBERTATI ARBITRII REPUGNET PECCATUM]

1. Item, libertati arbitrii videtur repugnare peccatum. Quippe qui facit peccatum
 servus est peccati. Servitus autem libertatem aufert.
 2. Item, sicut lapis ex se stare non potest, cum est in cadendo, sic anima, cum
 Deum deseruerit, de necessitate cadit a peccato in peccatum. Et sic, licet vellet,
 690 resistere non posset. Et sic non videtur habere existens in peccato liberum
 arbitrium. Unde dicitur *Eccli.* 20: “Est processio in malis viro indisciplinato.”
 II *Tim.* 3: “Mali homines et seductores proficient in peius.” *Apoc.* 22: “Qui in
 sordibus est sordescat adhuc.”

666 vel] neque CP; *corr. ex et P* 673 mensura] sub hoc sensu ‘tu es in *a*’ mensurante tuum
 esse *add. marg. C* 674 propositio] positio BCOV 675 positio] propositio P || po-
 natur] *rep. B* 677 et] vel B 679 impossibile] est *add. OP* 688 cadendo] iacendo B
 689 a] de V

664–666 Resp. *ibid.* (175; ed. Lewis, 54) 683–685 Resp. *ibid.*, cap. 8 (ed. Baur, 179)
 686–687 Resp. *Rom.* 6,12–19 691 *Eccli.* 20,9 692 II *Tim.* 3,13 692–693 *Apoc.*
 22,11

[SOLUTIO]

Solutio. Ad primum dicendum quod non omnis servitus libertatem arbitrii aufert. Sed si invitus subdereris peccato, tunc careres libero arbitrio. Nunc au- 695
tem non subderis peccato nisi te volente, sicut si homo potens et liber in quem nullus haberet potestatem vel dominium subderet se sponte sine coactione domino impotentioris, licet “ex hac potentis potestate posset impotens ei dominari, nihilominus esset ille potens liber.”

Sed dicis: ponatur quod iam sponte se subdidisset et subditus iam iugum 700
servitutis excutere non posset. Numquid non servus est iam et privatus libertate? Utique sic videtur, quia liberum arbitrium sponte se subdat peccato; tamen cum ei subditur, non potest ex se iugum excutere. Iam igitur perdidit libertatem. Potest enim aliquis voluntarie pati ut ligetur, et tamen cum ligatus fuerit impotens est se solvere et est in potestate non sua sed ligantis. 705

Solutio. Nonne omnino simile? In voluntate enim nostra est subdere nos peccato, et insuper in voluntate nostra est excutere iugum, id est possumus cum volumus, licet ex nobis non possimus quod possumus ex gratia, quae semper praesto est et omnibus offertur.

Ad secundum dicendum quod manens in peccato necessitatem habet ad cadendum. 710
Sed non habet necessitatem ad manendum in eo. Eo enim quod semper ei offeratur gratia potest resurgere cum voluerit. Nisi enim hoc esset verum, frustra moneret *Eccli.* 5, dicens: “Ne adicias peccatum super peccatum”; et 21: “Fili, peccasti? ne adicias iterum.”

[UTRUM BONITAS UNIVERSI LIBERO ARBITRIO CONTRADICAT]

¹. Item, bonitas universi videtur contradicere libero arbitrio sic: melius est non 715
posse peccare quam posse non peccare. Quod patet ex hoc quod in patria hoc in illud commutabitur. Ergo melior est universitas cum hoc ‘non posse peccare’ sive ex natura, ut Deus, sive ex confirmatione, si hoc a principio daretur hominibus et angelis, quam cum hoc ‘posse non peccare’ quod primo hominibus et angelis collatum est. Sed non congruit bonitati divinae facere universum nisi optimum. 720
Ergo fecit universum cum ‘non posse peccare’. Ergo, ut videtur, non est liberum arbitrium.

694 arbitrii] nunc autem *add.* O 695 subdereris] subderis BP 696 subderis] subderes O || peccato] *om.* O 698 posset] possit R 699 potens] potest B 702 sic] sicut B 704 aliquis] quis P || ligatus] *corr. ex* litigatus O 708 possumus²] possumus BP 711 manendum] permanendum V

698–699 Rob. Gross., *De lib. arb.*, cap. 13 (ed. Baur, 210; ed. Lewis, 74) 700–703 Cf. *ibid.* (211) 713 *Eccli.* 5,5 713–714 *Eccli.* 21,1 715–722 Resp. Rob. Gross., *De lib. arb.*, cap. 12 (ed. Baur, 206; ed. Lewis, 68)

2. Item, in patria erit ‘non posse peccare’. Sed bonum quod diuturnius est est melius. Sed diuturnius fuisset hoc bonum, si a principio creati fuissent angeli et homines non potentes peccare. Ergo sic creatos esse fecisset universitatem meliorem. Ergo sic factum est.

3. Item, posse peccare non est potentia, sed impotentia potius. Igitur melius fuisset universum, si non fuisset impotentia haec in partibus eius, et loco eius fuisset potentia.

4. “Item, sapiens paterfamilias domum sibi aedificaturus, nonne aedificat illam quantum scit et potest pulchram stabilem nulla ex parte ruinae patentem? Sed rationalis creatura domus Dei est, et hanc sibi creavit. Igitur quia scivit et potuit, stabilem et inflexibilem ad ruinam fecit.” Sed per liberum arbitrium est homo flexibilis ad peccatum. Ergo hominem vel rationalem creaturam fecit sine libero arbitrio.

Solutio. Fateor universum optimo modo est creatum. Sed universum non solum est creatura quae nunc est, sed potius quae est, quae erit, et fuit. Et secundum hoc in opponendo non arguit nisi unum statum universi esse meliorem altero statu quod verum est et conveniens.

Ad secundum vero dicendum quod si in omni statu universi fuisset ‘non posse peccare’, hoc quidem bonum diuturnius fuisset et melius. Sed universum peius fuisset quam nunc. Iam enim ei defuisset aliquid, scilicet posse peccare, sicut melior quidem est oculus quam unguis. Totus tamen homo peior esset, si ei deesset unguis et loco eius esset oculus.

Ad tertium dicendum quod licet status in quo potest peccare sit status impotentiae quantum ad hoc, tamen aliquis status est. Et si isto statu careret, universum perfectum non esset, et etiam tunc non fuissent multa bona quae nunc sunt. Per posse peccare vero, licet exeat in actum, non deturpatur universum. “Id enim quod deturpatur per culpam, ordinatur per iustam poenam. Restaurat enim pulchritudo iustitiae retributionis quantum daret solum bene agens, cui esset tantum tributio praemii.” Et ad minus si crearentur rationalia non potentia peccare, hoc deesset pulchritudini universi, scilicet praemium iusti perseverantis in bono.

Item, tunc deficeret aliquid quod est ad laudem hominis. Magna enim laus est homini posse peccare et non peccare. Unde *Eccli.* 31: “Qui potuit transgredi et non est transgressus. Quis est hic et laudabimus eum?” Quod etiam posse

723 diuturnius] diuturnum P 727 igitur] si *add.* P 731 ruinae] *om.* C || patentem] parentem CP 736 non] *corr. ex* est O 741–742 hoc ... peccare] *om. (hom.)* C 742 ei] *om.* OV || defuisset] defecisset PR 745 peccare] peccari BCOPRV; vel peccare *add.* P 750 cui] cum B

723–726 Resp. Rob. Gross., *ibid.* (207; 68) 723–724 Cf. Arist., *Top.* 3.1 (116a 11); cf. etiam Rob. Gross., *De cessatione legalium* 1.3.3 (ed. Dales-King, 16) 727–729 Resp. Rob. Gross., *De lib. arb.*, cap. 12 (ed. Baur, 207; ed. Lewis, 69) 730–733 *Ibid.* 736–739 *Ibid.* 745–752 *Ibid.* (208) 754–755 *Eccli.* 31,9–10

peccare faciat ad decorem universi. Dicit Bernardus sic: “Soli inter animantia datum est homini potuisse peccare, ob praerogativam liberi arbitrii. Datum est autem non ut per illud peccaret, sed ut gloriosior appareret si non peccaret.”

Hinc iam patet solutio quarti. Ideo enim Deus suam domum non fecit stabilem statim nec impotentem ad ruinam, quia sic gloriae eiusdem domus detraxisset et ipsi universo. Haec enim domus Dei non tantum domus est, sed et universi pars. Non autem sit domus huius hominis patrisfamilias. Si autem aliquis in civitate sua, quam multum diligeret, vellet facere domum, faceret eam talem qualem sciret decori civitatis congruere etiam, quamvis de decore domus aliquid deberet diminuere. Hoc autem fecit plus Artifex iste in hac sua domo quam alius, quia fecit eam posse stare et numquam ruere; I *Cor.* 3: “Templum Dei sanctum est, quod estis vos.”

[QUAE LIBERUM ARBITRIUM ESSE PROBENT]

Sequitur secunda pars huius quaestionis, scilicet ut proponamus quae liberum arbitrium esse probant. Quod enim sit sic patet. “Nisi enim esset, incassum esset omne praeceptum. Si enim necesse est fieri, incassum praecipitur; similiter si necesse est non fieri. Ergo si non est omne praeceptum cassum, potest fieri et non fieri.” Sed potentiam qua potest fieri et non fieri voco ‘liberum arbitrium’. Ergo liberum arbitrium est. Similiter argue de prohibitione et consilio. Incassum enim consuleremus et prohiberemus ab aliquo, si necesse esset fieri vel necesse esset non fieri.

“Item, si ex necessitate aliquid agitur, ex illo actu non est agens laudabilis, nisi forte et ipsa necessitas esset voluntarie accepta et posset ex voluntatis libertate non fuisse assumpta. At per hoc, quod sic ageretur, non esset necessarium.” Igitur nullus laudatur ex actu necessario. Ideo enim laudabilis est aliquis, quia egit bonum quod potuit non egisse vel quia non egit malum quod potuit egisse. Unde Seneca: “Non turpiter his rebus superabitur quae non sunt in nostra potestate.” Igitur aut nullus est laudabilis aut liberum arbitrium est.

“Item, si aliquis modo agat hoc et numquam fuit in eius potestate non agere illud, non iuste poterit puniri pro illo. Ergo si aliquis iuste punitur pro aliquo actu, potuit illud non egisse.”

757 potuisse] posse V || praerogativam] praerogativa B; prerogativam (sic) C 758 per illud] ille C 765 alius] aliis C 774 consuleremus] consuleremur O || prohiberemus] prohiberemur OP; prohibemur C || ab aliquo] aliquid V 777 voluntarie] voluntate C 778 fuisse] fuisset B 779 necessario] nostro V 780 egit] agit BPV

756–758 Bern., *De gratia et lib. arb.*, cap. 7.22 (ed. Cist., 3:182); coll. ex Rob. Gross., *De lib. arb.*, cap. 12 (ed. Baur, 209; ed. Lewis, 70) 766–767 I *Cor.* 3,17 769–772 Rob. Gross., *De lib. arb.*, cap. 15 (ed. Baur, 212; ed. Lewis, 75) 773–775 Ibid. 776–778 Ibid. 781 Seneca, *De beneficiis* 5.5 (LCL, 3:302); coll. ex ibid. (ed. Baur, 213; ed. Lewis, 75) 783–785 Rob. Gross., ibid. (213; 76)

“Item, cur erubesceremus de aliquo, nisi possemus illud cavisse? Nam motus pudendos genitalium membrorum potuimus cavisse in primo parente.”

“Item, cur conscius et testem mali facti fugeremus, nisi quia inde iure redargui possumus, cum in nostra sit potestate, illud malum non fecisse? Si enim necesse esset fieri, iniusta esset redargutio et cassa omnis correptio. Ergo si iusta est redargutio et correptio, liberum fuit hoc non facere.”

“Item, unde remordet et accusat conscientia super aliquo, nisi quia habuit in potestate illud non fecisse, et econtra? Unde in bonis actibus laeta est mens constans et intrepida, nisi quia, cum in potestate sua habuit eadem bona non fecisse, sine coactione tamen ea fecit?”

“Arguunt ergo liberum arbitrium esse praeceptum, prohibitio, consilium, laus, vituperium, poena et praemium, redargutio, correptio, rubor de malo, et confusio, conscii fuga, appetitus occultandi, timor et odium propalationis in malo, remordens et accusans conscientia in malo, in bono mens laeta, constans et intrepida manifestari quodam impulsu naturali desiderans.”

Item, oratio hoc idem probat: pro eo enim quod necessarium est fieri non oramus. Non enim oramus ut sol oriatur cras, quia hoc necesse est, sed pro isto malo oramus ut Deus eum emendet. Ergo habet liberum arbitrium ad bonum si velit. “Omnis itaque Scripturae auctoritas, quae praecipit vel prohibet, consulit, laudat, vituperat, minatur poenam, promittit praemium, redarguit, corripit, probat liberum arbitrium esse.”

[AUCTORITATES]

Auctoritates autem ad hoc abundant. *Eccli.* 15: “Deus ab initio creavit hominem et reliquit eum in manu consilii sui, adiecit mandata et praecepta.” Eodem: “Apposui tibi aquam et ignem: ad quod volueris porrige manum tuam.” Et eodem: “Ante hominem vita et mors, bonum et malum: quodcumque placuerit dabitur illi.” *Deut.* 30: “Testes invoco caelum et terram, quod proposuerim vobis vitam et bonum, benedictionem et maledictionem. Elige ergo vitam.” *Gen.* 49, littera Hieronymi: “Simeon et Levi consummaverunt iniquitatem suam ex voluntate sua.” *Is.* 1: “Si volueritis et audieritis me, bona terrae comedetis; si autem nolueritis neque audieritis, gladius devorabit vos.” Item, *Is.* 65: “Vocavi vos et

786 possemus] potuissemus V 787 potuimus] potuissemus B 790 iniusta] iniustam B
792 unde] bene B 792–794 habuit ... quia] *om. (hom.)* R 798 conscii] consilii C
808 manu] manus BCPR 809 volueris] vis O

786–787 Ibid. 788–791 Ibid. 792–795 Ibid. (ed. Lewis, 76) 796–800 Ibid. 804–806 Ibid. 807–817 Quorum omnes citati sunt a Grosseteste; resp. *ibid.* (214–15) 807–811 *Eccli.* 15,14–18 811–812 *Deut.* 30,19 812–814 *Glossa ordin.* in *Gen.* 49,5–6 (ed. princeps, 1:107b) 814–815 *Is.* 1,19–20 815–816 *Is.* 65,12

non audistis, fecistis malum in conspectu meo, et quae nolui elegistis.” Item, *Matt. 23*: “Quoties volui congregare pullos tuos et noluisti.”

[A QUA CAUSA EFFICIENTE SIT LIBERUM ARBITRIUM]

Sequitur secunda quaestio, scilicet a qua causa efficiente sit liberum arbitrium. Si a Deo, contra. “Quidquid est causa causae est causa causati.” Si ergo Deus est causa liberi arbitrii, ipse est causa peccati, et magis causa quam liberum arbitrium, 820 quia omnis causa primaria plus influit super causatum quam causa secundaria. Haec autem ratio coegit Manichaeos ponere duo principia, scilicet bonum deum et malum deum; et liberum arbitrium secundum quod est causa mali esse a malo deo, secundum quod boni sic a bono deo.

Solutio. Si peccatum aliquid esset et veram causam haberet, bene sequeretur. 825 Nunc autem non sequitur, sicut videmus quod aliquod aedificium bene constructum tendit ad corruptionem et ruinam de natura suae materiae et sui ponderis et huiusmodi. Nec causa ruinae eius est artifex nec illius corruptionis, sed tantum erectionis; nec ei potest imputari. Sic Deus esse hominis et liberi arbitrii causa est. Sed defectus eius ei imputari non debet, sed ipsi rei quae ex nihilo est. 830

Duo igitur habet liberum arbitrium in se: quod est natura quaedam bona et quod est ex nihilo. Secundum quod est natura bona, sic est ex Deo, et sic non peccat. Sed unde est ex nihilo, sic non est ex Deo, quia nihil non est a Deo. Sed secundum quod est ex nihilo peccat. Si igitur non unde est a Deo peccat, non sequitur quod Deus sit causa peccati, quamvis sit causa liberi arbitrii quod 835 peccat. Plus enim fecit Deus huic suo operi quam artifex domui, quia dedit huic potestatem non ruendi.

Quod autem sit a Deo probat Augustinus sic: “Totus homo est a Deo,” nisi sint aliqui Manichaei qui ponunt corpus a malo deo sed animam tantum a bono deo, exponentes illud *Ioan. 8*: “Vos ex patre diabolo estis.” Verum est dicunt 840 quoad corpus tantum, et secundum eos liberum arbitrium est a Deo, quia anima est a Deo. Et liberum arbitrium est de essentia animae. Ratio ergo Augustini sic est: “Totus homo est a Deo. Ergo quidquid est, de essentia eius. Sed liberum arbitrium est de essentia eius. Ergo,” et cetera.

“Item, nullum praemiatur quis vel punit nisi sit de regno suo. Sed Deus praemiatur 845 et punit liberum arbitrium. Est ergo de regno suo.” Sed ipse fecit totum regnum

816 conspectu meo] conspectum meum BCPR 817 noluisti] noluistis CR 821 causatum] causam P 822 coegit] cogit P 825 veram] propriam O 840 exponentes] exponens BC || dicunt] aiunt P

817 *Matt. 23,37* 819 *Resp. Liber de causis* 1.16 (ed. Pattin, 49); cf. *Auctoritates Aristotelis*, n. 3 (ed. Hamesse, 231) 821 Cf. *Liber de causis* 1.1 (ed. Pattin, 46) 822–824 *Resp. Rob. Gross., De lib. arb.*, cap. 20 (ed. Baur, 236) 825–830 *Resp. ibid.* 838 *Resp. Aug., De lib. arb.* 3.1; coll. ex *Rob. Gross., De lib. arb.*, cap. 20 (ed. Baur, 236) 840 *Ioan. 8,44* 842–844 *Aug., De lib. arb.* 3.1; coll. ex *Rob. Gross., De lib. arb.*, cap. 20 (ed. Baur, 236) 845–846 *Ibid.*

suum. In hoc enim alios reges excellit. Nullus enim rex facit regnum suum nisi Deus. “Ergo factura eius est.”

“Item, omne bonum a Deo. Liberum arbitrium est bonum. Ergo a Deo.”

- 850 Minorem probat Augustinus sic. “Melius est sine quo non potest aliquis recte vivere quam sine quo potest. Sed sine pede vel manu potest quis recte vivere, sine libero arbitrio non. Ergo ipsum est melius pede vel manu. Sed illa sunt bona. Ergo et liberum arbitrium est bonum.”

- 3.1 FACULTAS, id est facilis potestas, QUA BONUM ELIGITUR: sicut prae-
855 tetigit et rationem et voluntatem, sic utriusque potentiae actum tangit, dicens ‘eligere’. Quippe dicit Damascenus: “Eligere est duobus praeiacentibus hoc alteri praeoptare.” ‘Hoc alteri’: ecce discretio rationis; ‘praeoptare’: ecce actus voluntatis. Et Aristoteles: Eligere est consiliatum appetere. Consiliatio est ratio-
860 nis, appetere voluntatis. Verumtamen licet uterque actus exprimat per ‘eligere’, praecipue tamen actus voluntatis. Principaliter enim ponitur, ut patet in utraque definitione. Unde eligere est actus voluntatis principaliter; et videtur quod li ‘qua’ nec sit referendum ad hoc antecedens FACULTAS, nec ad hoc antecedens RA-
TIO, sed tantum ad hoc antecedens, scilicet voluntatis, cui contradicit Magister parum infra: AD RATIONEM CUIUS EST etc.

- 865 Solutio. Sic intelligi potest. QUA facultate vel ratione, quia ut supra dictum est, ‘potestas est de genere rationis’. BONUM ELIGITUR, id est eligendum iudicatur. QUOD MALUM EST ELIGIT, id est vult complere. NISI GRATIA, id est per gratiam. ADIUTA NON ELIGIT, Osee 13: “Perditio tua, Israel; tan-
870 tummodo ex me auxilium tuum.” Augustinus, *De ecclesiasticis dogmatibus*: “Ut non labamur in adepto salutis munere, sollicitudinis nostrae est et caelestis pariter adiutorii, ut labamur, potestatis nostrae est ignaviae.”

[UTRUM IN ANIMA RATIONALI SIT VOLUNTAS
NATURALIS, QUAE NATURALITER VULT BONUM]

3.1 EST ENIM IN ANIMA RATIONALI VOLUNTAS NATURALIS, QUA NATURALITER VULT BONUM.

- Contra. Sicut unaquaeque creatura ex se naturaliter inclinatur ad non-ens, sic
875 rationalis creatura ad malum. Cuius signum est quod sicut si dimittatur creatura

851 quis] aliquis V 854–855 praetetigit] praetegit C 858 Aristoteles] earum C ||
est consiliatum] consilium B || consiliatio] consiliatum O 860 enim ponitur] prae-
ponitur B 863 voluntatis] voluntas P

848 Ibid. 849 Ibid. 850 Resp. Aug., *De lib. arb.* 2.18.47; coll. ex ibid. 850–853 Ibid.
856–857 Ioan. Dam., *De fide orth.*, cap. 36 (ed. Buytaert, 137) 858 Resp. Arist., *Eth. Nic.*
3.5 (1113a 9–12) 866 Supra: l. 442 868–869 Osee 13,9 869–871 Gennadius, *De*
eccl. dogm., cap. 21 (PL 42, 1217)

a verbo supportante omnia, statim cederet in nihilum. Sic si rationalis creatura dimittatur sibi relictā a gratia, statim corrueat ad malum. Cum ergo ad ipsum naturaliter inclinationes oppositas non habeat, liberum arbitrium, cum naturaliter inclinatur ad malum, naturaliter ad bonum non inclinatur.

Solutio. Dic quod inclinatio et ad bonum et ad malum in rationali et aliarum creaturarum ad esse et ad non-esse dici potest naturalis. Quippe natura dicitur dupliciter, scilicet materia et forma. In creaturis ergo aliis inclinatio ad non-esse est naturalis ratione materiae, quae est natura. Ideo enim habet inclinationem ad non-esse, quia est ex materia, quae ex nihilo est. Forma veroeducta est de potentia materiae in actum, licet non sic educatur forma animae. Nec curo plus, nisi ut quod habeam quod magis proprium est materiae esse ex nihilo quam formae, quia omnis materia est ex nihilo, non autem omnis forma.

Similiter liberum arbitrium inde habet inclinationem ad culpam, unde est ex nihilo. Et hoc est unde ex materia est, quae ex nihilo est. Inclinatio autem ad esse et ad bonum est naturalis. Radicatur enim in natura, quae est forma. Sicut enim formae simpliciter, prout est natura, insitum est ut inclinetur ad bonum naturae, ita formae, prout est voluntas, insitum est ut inclinetur ad bonum moris. Verumtamen sicut natura dicitur verius forma rei quam materia, sic verius dicitur, sicut hic dicitur, quod naturaliter habet res inclinationem ad bonum quam si dicatur quod naturaliter habet inclinationem ad malum.

[UTRUM NATURA BONUM VELIT, LICET TENUITER]

3.1 VULT BONUM, LICET TENUITER.

Contra. Eiusdem naturae est movere deorsum et tardius et velocius, ut decem librae velocius descendunt quam quinque; tamen descendunt ex una natura, scilicet ex natura gravitatis. Eadem ratione eiusdem virtutis erit appetere bonum gratuitum tenuiter et efficaciter. Sed efficaciter appetere est ex gratia. Ergo et tenuiter appetere erit ex gratia et non ex natura, sicut hic dicitur, cum in natura non communicent gratia et natura.

Solutio. Natura hic dicitur quiddam superadditum naturae, scilicet gratia quaedam non gratum faciens, quae simul cum natura collata est. Et ideo 'natura' vocatur. Alioquin non posset in bonum, quod utique supra naturam est. Natura enim sine hoc superaddito sibi non inclinaretur ad bonum. Sed hoc superadditum educit illam habitualement vel potentialement inclinationem in actualem. Hoc potius videtur mihi. Non tamen hoc assero, cum maiores mei aliter videantur sentire.

3.1 QUAE gratia IUVAT EAM educendo de potentia in actum perfectum. PER SE AUTEM POTEST VELLE sine gratia. Sed an sine diabolo quaestio est. UTRUMQUE, bonum et malum.

876 cederet] caderet C 886 quod¹] om. P 893 natura] forma BORV || forma] natura O 907 in] ad C 908 assero] audeo asserere O

3.2 QUOD, liberum arbitrium.

4 EST ENIM SENSUALITAS QUAEDAM VIS ANIMAE, cap. 2.

De anima multiplex est opinio. Aestimant enim aliqui quod vegetabilis et sensibilis et rationalis sunt una et eadem substantia et variantur tantum secundum operationem. Sic anima sensibilis est unica substantia, habens multas operationes, scilicet videre, audire, et huiusmodi.

Contra quod merito sic opponitur. Omnis actio una causam habet unam formalem et substantialem. Et omnis forma substantialis unicam actionem habet. Igitur si sunt actiones essentialiter differentes, aut erunt actiones formarum essentialiter differentium aut ad minus organorum essentialiter differentium. Igitur si sentire, vegetari, intelligere sunt essentialiter diversae operationes, patet quod, cum per organa non differant, erunt formae essentialiter differentes a quibus causantur.

Non est autem simile de eo quod est videre et audire; istae quippe operationes non differunt essentialiter, sed tantum ratione instrumentorum diversorum. Idem enim agit anima in oculum, cum videt oculus, quod agit in aurem, cum audit auris. Nec differt haec actio ab illa, nisi sicut liquefacere et constringere, quae sunt una actio solis.

Propterea alii posuerunt quod in homine est anima unica substantia numero, habens tamen formas invicem ordinatas diversas; et ab una forma egreditur actus vegetationis, ab alia actus quod est sentire, a tertia actus quod est intelligere: ut forma proximior materiae sit illa a qua est vegetatio, et forma ei superaddita sit forma nobilior, scilicet a qua est sentire, et nobilissima a qua est intelligere; ut respectu huius nobilissimae sint duae formae praecedentes quasi dispositiones materiales. Et talem quidem habere videntur habitudinem, quia animal, quod est genus, non praedicat nisi formam, a qua est sensus; rationale vero, tamquam eiusdem generis differentia, formam nobiliorem ei superadditam.

Sed et contra hoc merito opponitur. Respectu eiusdem formae ultimae necessario non est nisi eadem dispositio materialis praecedens. Igitur cum homo et angelus communicent in ultima forma, quae est a qua est intelligere, in utrisque, scilicet homine et angelo, erit eadem dispositio materialis. Sed in angelis non est vegetabilis vel sensibilis praecedens in eis formam a qua est intelligere. Igitur non sunt hae formae se habentes ad formam a qua est intelligere, ut dispositiones materiales.

Et ad confirmationem quam posui de habitudine generis et differentiae dici posset quod illa forma a qua est intelligere non est differentia animalis; tunc enim angeli essent animalia, cuicumque enim inest differentia et genus. Propterea tertii ponunt quod sunt tres substantiae et tertia hoc aliquid in homine, a

919 et substantialem] *om.* R 930 tamen] tantum P 931 quod¹] quae C || quod²] quae C 934 huius] huiusmodi O 935 quia] quod V 947 differentia] dicit *add. marg. m. post.* P 948 hoc] haec P

quibus sunt istae tres operationes. Nec propter hoc sunt tres animae hominis, sed una anima constans ex tribus substantiis essentialiter differentibus, sicut una est manus constans ex nervis, ossibus, et carne, quae essentialiter differunt. 950

Cui plane contradicit Augustinus in libro *De definitionibus rectae fidei*, cap. 13; sic enim dicitur ibi: “Neque duas animas in uno homine esse dicimus, sicut Iacobus et alii quidam Syrorum scribunt, unam animalem qua animatur corpus et immixta sit sanguini, et alteram spiritalem quae rationem ministret; sed dicimus 955 unam eandemque esse animam in homine, qua et corpus sua vivificat societate, et semetipsam sua ratione disponit, habens in se libertatem arbitrii, ut in sua substantia eligat cogitatione quod vult.”

Quae autem harum trium opinionum verior sit, definire non audeo. Li ‘animae’ igitur hic dicere potest quiddam commune dictis tribus, scilicet vegetabili, 960 sensibili, rationali, secundum tertiam opinionem; vel ipsam substantiam unam animae secundum primam et secundam opinionem.

4 INFERIOR, non infima, quia adhuc inferior est vegetabilis. EX QUA EST MOTUS. Ergo, ut videtur, sentire, scilicet apprehendere, est actio et non passio. Cui contradicit auctor *Perspectivae*, ut videtur, dicens omnem visionem esse de genere dolorosi, licet non sentiatur prae parvitate doloris. 965

Solutio. Aestimo quod anima sensibilis movet spiritus, qui sunt substantiae quaedam luminosae, ut excurrant a corde, qui est fons spirituum, usque ad organorum extrema, ut speciei venienti ab extrinseco praeparetur via ad cor, quod est instrumentum sensus communis. 970

Et forte hi spiritus sunt qui ab Augustino in 6 *Musicae* dicuntur ‘numeri occurrentes’. Et sic videmus extramittendo et intussuscipiendo: extramittendo, scilicet spiritus a corde, sed non extra superficiem oculi. Extra enim superficiem oculi praeparatur via speciei venienti a luce solis vel ignis, et secundum hoc videre est actio. Sed species veniens agit in oculum et passionem infert aliquando 975 quidem sensibilem, aliquando vero insensibilem, semper tamen aliquam corpori dico corruptibili; alioquin sensibile excellens non corrumpet.

4 IN CORPORIS SENSUS, ecce apprehensiva. ATQUE IN APPETITUS, ecce motiva. APPETITUS: eadem ergo vis animae sensibilis est apprehensiva et motiva. Quare ergo non similiter esset in rationali, cum etiam rationalis sit simplicior 980

949 operationes] naturae add. P 952 plane] ut videtur add. CP 952–953 cap. ... neque] om. C 953 sic] sicut P 955 spiritalem] om. C 956 qua] quae P 959 definire] differre O 961 vel] et B 966 dolorosi] dolori O 968 excurrant] exruciant O 976–977 aliquando ... sensibile] om. (hom.) O

952–958 Recte Gennadius, *De eccl. dogm.*, cap. 15 (PL 42, 1216) 965–966 Resp. Alhacen, *Perspectiva*, 1.7 [6.67] (ed. Smith, 51–52) 971–972 Resp. Aug., *De mus.* 6.13 (PL 32, 1184)

quam sensibilis? RERUM AD CORPUS PERTINENTIUM, non ad se sicut ratio. Sola enim illa ad se pertinent quae ad corpus pertinent, quia separabilis non est. Sed non sic est in rationali.

5.1 RATIO VERO SUPERIOR VIS EST etc., cap. 3.

985 SUPERIOR quam sensualitas. SUPERIOREM SCILICET ET INFERIOREM etc. Hic tria quaerantur: primo quae sit radicalis differentia superioris et inferioris partis rationis; secundo quaeritur quare haec 'inferior', illa 'superior' dicatur; tertio an superior sit idem quod synderesis et vir vel non.

[QUAE SIT RADICALIS DIFFERENTIA SUPERIORIS ET INFERIORIS PARTIS RATIONIS]

Ad primum dicunt multi quod facies eius qua intuetur superiora se dicitur
990 superior pars rationis, et qua intuetur inferiora se dicitur inferior pars rationis; non quod sint diversa in anima superior pars et inferior, sed idem animae est quo superiora et inferiora intuetur, sicut idem oculus est quo modo superiora, modo inferiora aspicit. Nec diversificatur nisi secundum diversos actus, scilicet intueri superiora et inferiora. Cui videtur Augustinus consentire hoc eodem capitulo,
995 ibi: NEC EAM IN HAEC DUO etc.

Sed si hoc esset verum, iam non in duo, sed potius in tria divideretur anima, ut eius tertia pars sit qua se et paria sibi intuetur, et non tantum superiora et inferiora se. Et etiam tunc in Deo esset tantum inferior pars rationis, quia superiora se intueri non potest, quia non sunt.

1000 Tunc item quaeritur quare non esset superior pars virtutis visivae, qua intuetur quae supra se sunt, scilicet corpora caelestia, et inferior, qua intuetur inferiora. Quod absurdum est dicere, scilicet quod visus habet sic superiorem partem et inferiorem.

Item, tunc angeli haberent inferiorem partem rationis et superiorem, quia no-
1005 verunt superiora se et inferiora etiam intuentur; et noverunt verius quam tu. Quod non consuevit dici.

Item, superior pars rationis dicitur 'vir', et inferior 'mulier'. Sed in angelis 'vir' et 'mulier' non dicitur. Immo potius e contrario videtur quod Deus tantum habeat superiorem partem rationis, et quod superior pars rationis in nobis sit
1010 angelis consimilis. Et ita angeli tantum habeant partem superiorem rationis. Ideo videtur mihi hanc diversitatem esse in nobis, non in angelis nec in Deo, et

981 corpus] corpora O 987 quaeritur] om. P 989–990 superiora ... intuetur] om. (hom.) O 992 quo] qui P 1000 tunc] om. C; del. P || quaeritur] om. CP || pars] om. O || intuetur] intueretur P 1005 inferiora] se add. P 1010–1011 ideo] item C 1011 et] ad C

988 Resp. Hier., *Comm. in Ezech.* 1,1 (CCL 75, 11–12) 994–995 Aug., *De Trin.* 12.4 (CCL 50, 358); cf. cap. 5, n. 5 (ed. Grottaferrata, 1:454)

radicalem originem huius diversitatis esse id quo anima differt ab angelo, scilicet affectio ad corpus. Et est inferior pars rationis, ut aestimo, ipsa anima in quantum afficitur ad corpus. Superior vero ipsa eadem praeter affectionem, scilicet ipsa secundum id quod commune habet cum angelis dicitur superior pars rationis. 1015
Secundum vero quod continuatur et unitur corpori est inferior pars rationis. Ergo eadem differentia differunt superior et inferior pars rationis in nobis qua differunt anima et angelus.

Nec sunt ista duo idem in anima nec diversa penitus, sed radicata in substantia animae, sicut diversa sunt quo differt et quo convenit anima rationalis cum angelo. 1020
Anima enim aliquo sui convenit cum angelo et aliquo sui differt. Habet enim anima formam unam partem sui quae est communis ipsi et angelo, qua est spiritus rationalis. Et aliam formam habet sibi propriam, qua scilicet habet affectum ad corpus et qua proprie est anima. Primum est superior pars rationis, secundum inferior, ut dixi. 1025

[ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

Sed contra hoc duo esse videntur. Unum quod dicit Augustinus hoc eodem capitulo, ibi: NEC EADEM etc., dicens scilicet quod hae partes non diversificantur, nisi sicut unum habens duo officia vel duas operationes. Sed certe maior videtur esse differentia animae et angeli quam alicuius unius diversificati per diversa officia. 1030

Alterum est quod dicitur hoc eodem capitulo, ibi: ET ILLA RATIONIS; dicit enim quod haec differunt sicut sapientia et scientia. Sed haec differunt sicut cognitio matutina et vespertina. Sed tantum cognitio matutina est in Deo; matutina vero et vespertina tantum in angelis; in hominibus vero tantum vespertina nunc. Et haec vero fere nocturna post peccatum maxime. Ergo, ut videtur, in Deo est tantum superior pars rationis; in angelis vero superior et inferior; in hominibus vero tantum inferior. Et tunc nihil erit quod iam diximus. 1035

[SOLUTIO]

Solutio. Ad primum dicimus quod angelus amat quamlibet creaturam et sic ad corpus habet affectionem. Et affectio animae ad corpus est qua anima amat intensius suum inferius. Sic ergo superior pars rationis et inferior differunt per actiones quas vocat Augustinus ‘officia’, sicut anima et angelus, quia haec intensius amat, illa vero minus. Et hoc est quod dicit Augustinus forte rationem per officia geminare. Vel sic: geminatur ratio per officia. Ratio enim secundum quod est natura intellectualis in se, secundum scilicet quod communicat cum an-

1021 aliquo²] alio BP 1026 hoc¹] haec P 1034 nunc] om. C 1040 sic] sicut P
1041 actiones] affectiones OV 1043 geminatur] seminatur R

1026–1027 Ibid. 1031–1032 Ibid., cap. 14 (375) 1042–1043 Ibid., cap. 4 (358)

1045 gelo, habet pro officio et actione sibi propria divinae contemplationi intendere;
secundum vero quod unitur corpori et fit actus corporis officium habet regere
corpus. Et sic per officia ratio geminatur. Non quin differant hae partes magis
quam penes officia, sed potius quia differunt in radicibus a quibus oriuntur haec
officia. Sed ipsarum radicum diversitatem ex actibus inde provenientibus, scilicet
1050 ex actuum diversitate, cognoscimus.

Ad secundum dicendum quod creaturae omnes triplex esse habent: primum in
sua causa, scilicet in Deo, sicut dicitur *Rom.* 11: “In ipso sunt omnia”; secundum
in intellectu creato – aestimo enim quod in quolibet intellectu creato sunt omnia
scripta simul cum eius creatione; tertium in materia.

1055 Et sic triplex est creaturarum cognitio: infima qua cognoscuntur res in materia;
et haec cognitio incipit a sensu proprie, et haec cognitio non est nisi corporalium,
non spirituum. Et haec vocatur ‘scientia’, secundum quod dicit Aristoteles: “De-
ficiendo sensu necesse est scientiam quae est secundum illum sensum deficere.”

Alia est qua intellectus creatus cognoscit omnia in se ipso. Et haec est priore
1060 nobilior, et potest dici ‘sapientia’. Et haec est simpliciter omnium, id est haec
cognitio novit omnia, et non tantum corporalia, ut prior. Et haec est communis
omni intellectui creato, scilicet animae et angelo; et hanc vocat Augustinus ‘co-
gnitionem vespertinam’. Prima enim quam dixi potius vocari potest ‘nocturna’
propter sui obscuritatem quam ‘vespertina’.

1065 Tertia est qua omnia cognoscuntur in Deo. Et haec est nobilissima, et dici
potest ‘intellectus’; et hanc vocat Augustinus ‘matutinam’. Et haec utique pos-
sibilis est animae sicut et angelo, licet anima nunc a corpore quod corrumpitur
aggravata non possit adhuc in hanc consurgere.

Hinc iam patet quod scientia est inferioris partis rationis, et est tantum ani-
1070 marum incorporatarum; sapientia vero est superioris partis, et est animarum et
angelorum. Et ita patet quod non est idem vespertina cognitio et scientia, sicut
dictum est in opponendo.

Vere igitur et proprie in sola rationali anima est superior et inferior pars ra-
tionis. Quod si et inferiorem partem et superiorem velimus dicere in angelis,
1075 dici potest – licet minus proprie – quod inferior pars rationis in eis et in anima
secundum quod communicat cum eis, scilicet praeter habitudinem ad corpus, est
ipsa in quantum considerat omnia in se, quod est cognitio vespertina; superior
vero secundum quod considerat omnia in Deo, et haec est cognitio matutina.

1047 ratio] non R || geminatur] germinatur P 1057 dicit Aristoteles] dicitur P 1063
nocturna] matutina R 1069 tantum] tamen C

1052 *Rom.* 11,36 1057–1058 Arist., *Anal. post.* 1.18 (81a 38–39), tr. Iacobi (ed. Minio-
Palluello, Arist. Lat. 4.2:40); cf. *Auctoritates Aristotelis*, n. 70 (ed. Hamesse, 317) 1062–1063
Resp. Aug., *De Gen. ad litt.* 4.30 (CSEL 28.1, 128) 1066 Ibid.

[QUARE HAEC INFERIOR ILLA SUPERIOR DICATUR]

Ad secundam quaestionem sciendum quod duplici ratione potest haec inferior et illa superior dici: primo, quia aliqua forma naturalis ipsius animae est 1080 qua naturaliter afficitur ad corpus; et in hac radicatur inferior pars rationis. Et haec non est illa qua rationalis est vel intellectualis, quia in illa qua intellectualis est communicat cum angelis, et in ista differt ab angelis. Aut igitur illa forma qua intellectualis est superadditur illi formae qua afficitur ad corpus, ut illa qua afficitur ad corpus sit materialis respectu huius et proximior materiae; aut e con- 1085 trario. Quod quidem illa qua afficitur ad corpus sit materialis respectu huius, et ei superaddatur haec qua est intellectualis, patet per hoc quod intelligere est actio nobilissima; et ideo non est nisi a forma nobilissima. Ergo forma qua anima est intellectualis est nobilior illa qua afficitur ad corpus. Sed natura semper formam ignobiliorem nobiliori subordinat et ignobiliori superordinat nobiliorem, ut patet 1090 in omnibus. Ergo ad litteram forma qua intelligit anima, in qua radicatur superior pars rationis, superior est et superordinata illi formae a qua est affectio ad corpus et in qua radicatur inferior pars rationis. Merito igitur haec ‘inferior’, illa ‘superior’ dicitur.

Secundo, quia obiectum huius obiecto illius est superius et nobilius. Quippe, 1095 ut dicit Augustinus in libro *De Trinitate*, melior et nobilior est res secundum quod est in intellectu quam secundum quod est in materia. Sed obiectum inferioris partis rationis est forma in materia. Obiectum vero superioris partis est forma in ipsa anima. Ergo merito haec ‘inferior’, illa ‘superior’ dicitur.

[UTRUM SUPERIOR PARS RATIONIS SIT IDEM QUOD SYNDERESIS ET VIR]

Tertio, quaeritur an superior pars rationis sit idem quod synderesis et vir. Quod 1100 sic, videtur. Si enim sufficienter dividitur anima in partem rationis superiorem et inferiorem, et constat quod inferior dicitur ‘mulier’, patet quod superior dicetur ‘vir’ et ‘synderesis’.

[ARGUMENTUM IN CONTRARIUM]

Econtra videtur, quia dicitur quod synderesis non peccat, sed peccato remurmurat. Sed superior pars rationis peccat. Quod patet, quia peccavit angelus, in 1105 quo est tantum superior pars rationis. Ergo non sunt idem.

1082–1083 quia ... est] *al. m. C* 1085–1086 proximior ... et] *om. (hom.) O* 1087 superaddatur] superadditur *O* || intellectualis] quae *add. V* 1090 superordinat] subordinat *C* 1092 et] ad *P* 1099 merito] *om. V* 1104–1105 remurmurat] *corr. ex remunerat O* 1106 tantum] *om. C*

[SOLUTIO]

Solutio. Ex iam obiectis patet quod oportet in hac superiori parte rationis duo esse: penes quorum unum sit non peccare, sed semper rectum esse; et penes alterum sit quandoque peccare, quandoque non. Haec autem idem puto esse
 1110 secundum essentiam, scilicet animam ipsam. Dico ergo quod synderesis est anima vel mentis aspectus, intuens regulas veritatis in Deo, quam supradiximus intellectum et nobilissimam cognitionem mentis. Haec semper vera est. Unde Aristoteles: Intellectus est solum verorum. Et ita synderesis neque errat neque peccat.

1115 Insuper mens in se ipsam conversa, habentem regulas sibi inscriptas et eas intuens in se ipsa, 'conscientia' dicitur forte; quasi enim conscit et simul secum scit, cum supra se habentem habitualiter illas regulas actualiter convertit, ut eas in se actu legat.

Igitur in nostro superiori rationis sunt duo, scilicet synderesis et conscientia.
 1120 Sicut enim in angelis sunt duo, scilicet cognitio matutina et vespertina, sic in nostro superiori, quia in eo cum angelis communicamus, necessario duo habemus. Differunt tamen conscientia et synderesis a cognitione matutina et vespertina, quia cognitio vespertina est cognitio quarumlibet regularum veritatis in se, sed conscientia non est nisi cognitio illarum regularum tantum in se quae dirigunt
 1125 operationem vel praxim. Similiter matutina est cognitio universalis omnium veritatum in mente divina. Sed synderesis proprie illarum veritatum est tantum cognitio quae ad praxim pertinent.

Quia autem regulae veritatis morales mentibus nostris inscriptae frequenter obnubilantur per phantasmata sensuum, ideo ipsa conscientia aliquando est erronea, aliquando recta. Quae sic definitur universaliter, sive erronea sive recta sit: conscientia est credulitas tentionis ad aliquid faciendum vel omittendum, ex iudicio rationis procedens. Dicitur autem homo aliquando carere conscientia et synderesis praecipitata, scilicet quando sine pudore peccat. Unde Hieronymus super *Ezech.*, "Facies aquilae desuper ipsorum quattuor": "Per hoc intelligitur
 1135 vis rationalis, irascibilis, et concupiscibilis. ... Praeter haec tria et extra haec tria est quarta vis quam synderesim vocant, non se miscentem aliis tribus, sed ipsa errata corrigentem. Hanc saepe videmus praecipitari et amittere locum suum, ut est quando homo sine pudore peccat." De hac dicitur *Rom.* 8: "Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus": id est synderesis, dicit glossa Augustini.

1108 non] *om.* O 1110 est] et P 1113 solum] *corr. ex* semper B 1117 regulas]
om. O 1122 conscientia] scientia BR 1124 regularum] rerum C 1125 matutina]
 cognitio *add.* O 1135–1139 praeter ... Augustini] *om.* BRV; *marg. m. post.* C

1113 Resp. Arist., *Anal. post.* 2.19 (100b 6) 1133–1138 Hier., *Comm. in Ezech.* 1.1 (CCL 75, 12); cf. Alex. Hal. *Glossa in 2 Sent.* 24.15 (ed. Quaracchi, 2:217) 1134 *Ezech.* 1,10
 1138–1139 *Rom.* 8,26 1139 Forsan coll. ex Hugo de S. Caro, *Comm. in 2 Sent.* 24.3 (MS Vat. lat. 1098, f. 63^{va-b}). Resp. Lottin, *PEM* 2:127

Haec autem synderesis vel conscientiae praecipitatio est, cum homo nec regulas 1140
veritatis in se nec in Deo vult intueri, sed fugit ne videat. Cum autem videt regulam
veritatis in se vel in Deo contrariam actionibus suis, quasi ab illis veritatibus
redarguitur et corripitur et erubescit.

5.1 CONSULENDIS, ut ab eis capiat consilium.

5.2 AD RATIONEM PERTINET. In hoc comprehenditur id nobilitatis, in quo 1145
nostra sensibilis excellit sensibilem brutorum. Illud enim in quo excellit est id
quo nostra sensibilis rationi continuatur potius quam eorum sensibilis.

5.4 HAEC AUTEM DOCET AUGUSTINUS IN XII etc., sparsim scilicet. VIDE-
AMUS, hoc dicit Augustinus, cap. 1: HOMINIS EXTERIORIS etc. II *Cor.* 4:
“Licet is qui foris est noster homo corrumpitur, tamen is qui intus est renova- 1150
tur de die in diem.” QUIDQUID ENIM HABEMUS IN ANIMO COMMUNE
CUM PECORE. Ex hoc videtur quod vult Augustinus nostram sensibilem esse
eiusdem substantiae cum rationali; alioquin non esset nostra sensibilis in animo.
SED corpus ADIUNCTA QUADAM VITA, scilicet sensibili et vegetabili, QUA
COMPAGES etc. Ita enim creditur quod lux quaedam caelestis continet elementa 1155
in mixto, et anima mediante hac luce unitur corpori mixto – anima dico brutalis
sive sensibilis. Compago ergo corporis viget per hanc brutalem vitam, quia haec
brutalis anima movet hanc lucem ad imperium suum per omnes partes corporis,
ut nulla pars corporis careat vita. Illa enim pars corporis caret vita necessario, in
qua non est haec lux media, et ita non viget pars illa. 1160

5.5 RATIONIS AUTEM PARS etc. Hoc Augustinus, cap. 7. RATIONIBUS AE-
TERNIS etc., et hoc inferior expressis aut in verbo aeterno. ET ILLA RATIONIS.
Hoc dicit Augustinus, cap. 14. CUM VERO DISSERIMUS, hoc Augustinus,
cap. 4. DE UNA QUADAM secundum essentiam. IN HAEC DUO, scilicet su-
periore et inferiore partem rationis. CARNALIS AUTEM. Hoc Augustinus, 1165
cap. 12.

6 ILLUD QUODQUE PRAETERMITTENDUM, cap. 4.
IN UNO, id est in unico.

7 UT ENIM TUNC SERPENS, cap. 5.
CONSUMMATUM EST PECCATUM primum humanae naturae. ET NUNC IN 1170
NOBIS etc. Ergo in nobis non omne peccatum est ex suggestionem diaboli. ET

1143 corripitur] corrumpitur (*sic*) P 1145 pertinet] pertinent P 1151 animo] anima V
1161–1164 7 ... cap.] *om. (hom.)* C 1162 inferior expressis] in se ipsa expressas P
1169 ut ... 5] *om. V; marg. C* 1170 humanae] humanitate C

1148 Aug., *De Trin.* 12.1 (CCL 50, 356) 1149 Ibid. 1149–1151 II *Cor.* 4,16 1161 Aug.,
De Trin. 12.7 (CCL 50, 367) 1163 Ibid., cap. 14 (375) 1163–1164 Ibid., cap. 4 (358)
1165–1166 Ibid., cap. 12 (371)

HIC, id est superior portio, QUI SECUNDUM APOSTOLUM, I *Cor.* 11. ET ILLA, inferior portio.

8.1 NATURALIS CONTRACTUS, QUO, id est in quo coniugio. IDEO VIR,
1175 SECUNDUM APOSTOLUM, NON DEBET HABERE VELAMEN, quia inter
ipsum et Deum nihil est medium. “Hinc est quod clerici nullum habent velamen
in capite nec etiam capillorum, quia immediate sunt sub Dei dominio, non ho-
minis.” Sed laici capillis saltem velantur, quia sub clericis sunt et non immediate
sub Deo. Sed mulier et viro et clero subicitur. Et ideo habet duplex velamen,
1180 scilicet vestis et capillorum.

8.2 IN PARTIBUS ANIMAE: pluraliter dicit propter vegetativam et sensitivam.

8.3 UNDE AUGUSTINUS IN EODEM, *De Trinitate* scilicet lib. 12, cap. 3. IL-
LUD NOSTRUM, id est inferior pars rationis. QUANTUM NATURAE HO-
MINIS SAT EST: ‘sat’ dicit propter naturalem discretionem in brutis ex sensu
1185 communi. DIVORTIUM, id est separationem. ET ACTIONEM. Augustinus ad-
dit: “Vel consilium et executionem vel rationem” etc. VEL SI ALIQUO MODO
SIGNIFICANTIUS DICI POSSUNT, scilicet superior pars rationis et inferior.
Illa enim pars quae vacat regimini corporis quasi activa est respectu illius quae
vacat divinis contemplandis. SICUT DE ILLIS, masculo et femina. ERUNT
1190 DUO, *Gen.* 2 etc.

Si anima sensibilis esset eadem substantia cum rationali, posset similiter di-
cere Augustinus: “Erunt tria in mente una.” Immo totum quod circa hoc hic
dicitur quasi nihil esset, ut videtur, si esset sensibilis in nobis et rationalis eadem
substantia.

1195 9.1 NUNC SUPEREST OSTENDERE, cap. 6.

Secundum Gregorium: Serpens diabolus, mulier caro vel sensualitas, vir ratio.
Si movetur caro ad delectandum, comedit mulier; si consentit ratio in actum vel
delectationem, comedit vir.

Sed secundum Augustinum: Concupiscentia vel fomes serpens est, pars ratio-
1200 nis inferior mulier, superior vir. Primus motus ex fomite est serpentis suggestio.
Si inde surgat delectatio in cogitatione tantum, tunc mulier comedit. Si deinde

1172 portio] proportio C 1176 nullum] Ierusalem V || habent] habere B 1177 sub
Dei] subditi V 1179 ideo] tamen C 1183 nostrum] matrimonium P 1183–1184 ho-
minis] om. P 1190 *Gen.* 2] *interlin.* BR; om. CO 1201 tunc] ut C || deinde]
inde OP

1172 I *Cor.* 11,7 1176–1178 Hugo de S. Caro, *Comm. in 2 Sent.* 24 (MS Vat. lat. 1098,
f. 63^{vb}) 1178–1180 Resp. *ibid.* (ff. 63^{vb}–64^{ra}) 1182 Aug., *De Trin.* 12.3 (CCL 50,
357sq.) 1185–1186 *Ibid.* (358) 1190 *Gen.* 2,24 1192 Resp. Aug., *De Trin.* 12.3
(CCL 50, 357sq.), ubi dicit: “... sic de his dici possit: duo in mente una.” 1196–1198 Resp.
Greg. Magnus, *Moralia* 4.27.49 (CCL 143, 193); coll. ex Alex. Hal., *Glossa in 2 Sent.* 24.25
(ed. Quaracchi, 2:222–23) vel Hugo de S. Caro, *Comm. in 2 Sent.* 24 (MS Vat. lat. 1098, f. 64^{ra})
1199–1200 Resp. Aug., *De Trin.* 12.12.17 (CCL 49, 371–72); coll. ex Hugo de S. Caro, *ibid.*
1200–1203 Resp. *ibid.*

surgat consensus in opus, comedit vir. Licet igitur diversa sit horum distinctio, non tamen adversa.

Gregorius enim consideravit quod mulier non est eiecta de paradiso donec vir peccasset; similiter nec homo de spiritali paradiso donec ratio consentiat. 1205 Sed Augustinus consideravit quod uterque, scilicet Adam et Eva, damnatus est pro proprio peccato. Et ideo posuit mulierem tale quid quod peccare potest. Gregorius ergo poenam, Augustinus culpam consideravit.

9.2 CUM ILLECEBRAM PECCATI etc., id est dilectionem quae illicit. Unde *Iac.* 1: “Unusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus.” Et 1210 sequitur statim: “Concupiscentia autem, cum conceperit, parit peccatum.” Et hoc est quod hic dicitur ILLECEBRAM PECCATI. RATIONI SCIENTIAE, id est illi parti rationis cuius habitus est scientia.

9.2 QUAE SI CONSENSERIT etc. Immo, ut videtur, necessario consentit et movetur mota carne, sicut radius mota aqua cui continuatur, cum vehementius 1215 uniatur carni quam radius aquae. Quod si necessario movetur ratio inferior mota carne, multo fortius movetur ratio superior mota ratione inferiori. Maior enim est unitas rationis inferioris et superioris quam carnis et rationis inferioris.

Solutio. Non est necesse quod mota carne moveatur inferior pars rationis forte. Quippe cum caro, id est sensualitas, subiacet duobus motoribus, scilicet rationi et 1220 delectabili exteriori, plus potest in sensualitatem ratio inferior quam delectabile. Unde potest reprimere affectionem sensualitatis et annihilare suum motum. Nec est simile de radio, cui non est potestas super repressionem motus aquae. Similiter nec mota inferiori parte necesse est moveri superiorem. Quippe maiorem potestatem habet superior super inferiorem ad reprimendum quam inferior super 1225 sensualitatem. Vel si necesse est mota sensualitate moveri inferiorem partem rationis, tamen est a natura determinatum quantum deberet sensualitas in obiecto delectabili delectari et moveri. Et est inferioris partis cohibere ne plus sensualitas moveatur quam debet, ne et ipsa ratio cogatur similiter plus quam deberet moveri. Terminus autem delectationis est quem habuisset Adam in paradiso. 1230

10 SINE VOLUNTATE etc., quae non est nisi a superiori parte rationis.

12.1 QUANDO AUTEM MULIER, cap. 7.

COGITATIONIS, inferioris partis rationis. PECCATUM TENETUR diu, non cohibente superiori parte. VEL CUM QUIDAM TERMINUS etc., quod fit cum statim cohibet. TETIGIT, ipsum peccatum scilicet. SI VERO PECCATUM 1235

1202 igitur] quod C 1207 peccare] peccaret P 1209 illecebram] tenebram P 1212 rationi scientiae] ratione O 1213 rationis] rationi P 1221 sensualitatem] sensualitate O 1228–1229 sensualitas] sensualitatis O; *corr. ex* sensualitatis B 1229 ne ... deberet] *om. (hom.)* O 1231 superiori] superiore B 1235 peccatum²] *om. ed.*

1204–1207 Coll. ex Hugo de S. Caro, *ibid.* 1210 *Iac.* 1,14 1211 *Iac.* 1,15

DIU post deliberationem et discretionem rationis. PRO EO DAMNABITUR, si decedat cum eo. Et hoc non est sine consensu aliquo partis superioris, non quidem in opus, sed in delectationem. POTEST DICI CONSENSISSE delectationi, non operi, id est pro consentiente habetur, quia non cohibuit cum deberet et posset.

1240 12.2 ITAQUE UT BREVITER, cap. 8.

ALIUD FREQUENTER, ut ebrietatem. ALIUD VEL SEMEL, ut luxuriam. VEL ETIAM QUANDO DELECTATIONE etc. Sed quamdiu? Vel si est idem diu apud omnes, quis determinabit?

1245 12.3 QUAEDAM VERO NONNISI SAEPIUS etc. Non quod veniale fiat mortale, sed nimia placentia venialis peccati potest esse mortalis. Et ex multitudine venialium oritur contemptus qui damnat. UT DE OTIOSO VERBO etc., quod si frequens otiosus sermo est peccatum, quotiens peccant mortaliter saeculares, qui nusquam et numquam tenent silentium? Ideo *Ier.* 8: “Ingrediamur civitatem munitam et sileamus ibi.”

1250 12.4 AUGUSTINUS IN XII DE TRINITATE, cap. 12: ET SIMUL MANDUCAV-
VERUNT. Ergo eodem tempore. Quod falsum est.

Solutio. Simul hic dicit similitatem operis, non temporis, id est illa et ille comederunt. Hoc est illa et ille in hoc quod comederunt conveniunt et associantur.

1255 12.4 INGERIT QUANDAM ILLECEBRAM. Ad intelligentiam huius et quae sequitur nota quod quaedam naturalis delectatio fuisset Adae in paradiso in gustu et tactu et ceteris sensibus. Et est in nostra natura et in natura sensibilis determinatum, quantum decet delectari in quolibet. Ad hanc autem delectationem et motum in sensualitate consequitur consimilis motus in inferiori parte rationis, sicut mota aqua movetur radius. Sed quia corrupta est nostra sensualitas per peccatum, rarissime contingit quod non amplius moveatur delectando quam deberet
1260 naturaliter. Hoc est plus quam si homo non peccasset, ut gustus febricitantis plus delectatur in aqua quam sani.

Ponamus ergo medium laudabile in delectatione sensualitatis esse tantam delectationem quantam habuissemus in paradiso et vocemus eam ‘delectationem
1265 naturalem’. Necessario quod est extra hoc medium ex utraque parte malum est, scilicet si minus delectamur quam deberemus naturaliter, et si magis. Sed si minus, constat quod hoc est malum poenae, ut patet in aegrotantibus, qui quandoque non tantum, sed minus delectantur quam deberent naturaliter. Sed etiam non omnino delectantur in sensibilibus naturalibus; immo et abominantur et abhorrent.

1236 damnabitur] damnabiliter P 1245 nimia] minima C 1257 decet] debet P 1260
delectando] delectatio C 1263–1264 tantam delectationem] tanta delectatio BPRV 1266
sed] om. P 1268–1269 sed² ... delectantur] del. P

Sed si amplius delectantur quam deberent naturaliter, merito quaeritur an sit culpa vel poena. Quod non sit culpa videtur. Constat naturaliter magis appetit esuriens cibum quam non esuriens. Sed secundum quantitatem appetitus absentis rei est delectatio eiusdem rei praesentis et habitae. Igitur maior est delectatio esurientis in cibo quam non esurientis. Sed Adam in paradiso famem comedendo praevenisset. Nunc autem non praevenire famem, sed ieiunare et esurire pro Christo meritorium et bonum iudicamus. Sed quod meritorium inevitabiliter consequitur culpa non est. Ergo plus delectari sensualitatem nostram in cibo nunc quam in paradiso naturale est, et culpa non est. Item, fomes et motus inordinati in corpore ex fomite quamvis ante baptismum sit culpa et poena; tamen post baptismum poena est tantum. Sed quod amplius delectamur in sensibilibus ex fomite est. Ergo in baptizatis non est nisi poena tantum.

Ideo mihi videtur quod neque maior neque minor delectatio sensualitatis solius peccatum est in baptismatis, sed poena tantum. Et sicut in paradiso forte non idem fuit medium omnibus, sed unius gustus plus delectaretur quam alterius, similiter nunc. Et praeter hoc est alia diversitas nunc quae tunc non fuisset quod eiusdem hominis sensualitas plus nunc quam iam potest delectari secundum quod magis vel minus indiget. Nec potest appetitus vel delectatio sensualitatis esse peccatum, quia non potest amplius appetere vel delectari quam determinatum est a natura — dico vel sana vel infirma. Sed si ad delectationem vel motum inevitabiliter consequitur motus aequalis et consimilis in inferiori parte rationis ei continuata, necessario nec hoc peccatum est; ieiunium enim meritorium est. Ad quod naturaliter et inevitabiliter consequitur sensualitatem plus delectari in praesentia cibi quam si non ieiunasset. Ad quod consequitur et inferiorem partem rationis similiter magis moveri. Et ideo neutrum peccatum est.

Sed quia appetitus inferioris partis rationis non commensuratur appetibili sensualitatis, sicut appetitus sensualitatis, sed cum necesse sit sensualitatem in tali statu aliquo statu demonstrato tantum delectari et consimiliter inferiorem partem rationis ex continuatione cum ea, tamen potest et inferior pars rationis amplius delectari ex se quam cogatur ex sensualitate, cum tamen hoc non possit sensualitas. Si autem vel modicum amplius moveatur inferior pars rationis, illud amplius utique peccatum est. Et ‘primus motus’ vocari potest. Et tunc primo dicitur mulier comedere, et tunc vocatur ‘illecebra peccati’. Aliud enim est trahi invitum, aliud trahi vel potius ire volentem. Quod si illi ampliori delectationi pars superior rationis consenserit, immo non dissenserit statim; et ‘statim’ dico post deliberationis tempus. Deliberatio enim in nobis eget tempore propter rationis tarditatem corpore corruptibili oppressae. Statim autem sentit, et ideo statim

1270 deberent] debent V 1272 cibum] *om.* O 1278 inordinati] inordinatus P 1281 poena] poenitentia O 1287 nec] non R 1289 motum] istum sensualitatis *add.* P; sensualitatis *add.* O 1301 tunc] *om.* P 1302 est] *om.* V 1304 et statim] *marg.* C

necessario consentit aut dissentit. Comedit vir, et perpetratum est peccatum in mente, licet non in opere.

Sed sciendum quod non quilibet consensus in delectationem vel in opus est mortale peccatum, quia non quodlibet opus vel delectatio est prohibita stricte in decem praeceptis, ut unus consensus in unicam inebriationem non est mortale. Sed si consentiat in aliquam delectationem vel opus prohibitum aliquo decem praeceptorum, mortale est.

Item, si in tantum quodcumque appetat, sive prohibitum sive non, quod velit transgredi unum decem praeceptorum pro eo adipiscendo, peccat in tam vehementi desiderio mortaliter. Superioris autem partis rationis, non consentientis in delectationem superfluum, est non irritamenta gulae vel aliorum sensuum quaerere vel cogitare et circa haec sollicitari, sed tantum vitae et valitudini necessaria, et libentius minus delectantia sensum, si sunt utiliora vel aequae utilia. Et cum pro necessitate sumuntur delectabilia, hoc ei displicere quod tantum delectant et interim in lectione vel aliquo utili occupare se, ut delectationem sensus minus sentiat.

Hinc patet, ut videtur, quod inferior pars rationis peccat tantum venialiter, superior vero et venialiter et mortaliter, licet quidam magistrorum dicant quod superior non potest peccare nisi mortaliter.

¹²⁴ DE LIGNO VETITO etc. Adam posset damnari, id est puniri aliqua poena, non tamen mortis poena, sicut mulier, licet non comedisset nec consensisset, sed sciens uxorem non corripisset. UT NON EXHIBEANTUR etc., *Rom.* 6. MALAE ACTIONI CEDAT consentiendo vel non cohibendo. NISI ETIAM ILLA MENTIS INTENTIO etc., id est nisi vir comedat, id est ratio consentiat. LIBENTER, id est delectabiliter.

¹²⁴ NEGANDUM EST ESSE PECCATUM, scilicet veniale. *Glossa* super primum capitulum *Iacobi*: “Tribus modis tentatio agitur: suggestione hostis, delectatione vel etiam consensu nostrae fragilitatis. Quod si suggestioni non consentimus, tentatio nobis ad victoriam provenit. Si suggestio illicit, delectando offendimus, sed nondum mortem incurrimus. Ac si delectationem concepti in corde facinoris sequitur partus pravae actionis, iam nobis mortis reis victor hostis abscedit.”

1309 sed] et P 1311 unicam] unam V || inebriationem] ebriationem C 1312 consentiat] consensit C || aliquam] aliam C 1314 in] om. B || quodcumque] aliquid P 1316 consentientis] consentiens C 1317 irritamenta] irrigamenta C || gulae] om. P 1320 tantum] corr. ex quando B || et] om. C 1322 sentiat] consentiat B 1323 ut videtur] om. O 1326 adam] quidam B 1334–1335 consentimus] sentimus P

1324–1325 Resp. Hugo de S. Caro, *Comm. in 2 Sent.* 24 (MS Vat. lat. 1098, f. 65^{ra}) 1328 *Rom.* 6,13 1332–1338 *Glossa ordin.* in h.l. (ed. princeps, 4:513b), coll. ex Hugo de S. Caro, *ibid.* (f. 65^{rb}) 1333 *Iac.* 1,13

^{12.4} ET SI OPERE etc., quia tunc esset mortale. VENIA PETENDA, quia veniale erat. NEQUE ENIM SICUT IN ILLIS etc. Innuit dissimilitudinem unius coniugii ¹³⁴⁰ ad alterum. COGITATIO, inferior pars. ABSIT HOC CREDERE, scilicet quod sensualitas possit damnari sine ratione. HAEC, id est homo, scilicet utraque pars rationis.

^{12.5} APOSTOLUS DICIT: SECUNDUM PRINCIPEM etc., *Eph.* 2. NON ENIM IGNORAMUS etc., *II Cor.* 2. PER HOS OCULOS corporales EI VISUS EST, ¹³⁴⁵ quasi dicat ‘non’. IN COR EIUS INTRAVIT, *Ioan.* 13. SI PARADISUM, id est animam ornatam varietate virtutum vel conscientiam; *Prov.* 15: “Secura mens, quasi iuge convivium.” POSUIT ENIM HOMINEM, *Gen.* 2: IN PARADISO mentis vel conscientiae.

[UTRUM OMNE PECCATUM A SUPERIORI PARTE RATIONIS INCIPIAT]

^{12.5} NON ENIM RATIO NOSTRA etc.

¹³⁵⁰

[ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

1. Videtur quod hoc falsum sit. Peccavit enim angelus non mota delectatione in inferiori parte rationis, quia non habuit inferiorem partem rationis. Sed eiusdem naturae est superior pars rationis in nobis cum angelis. Ergo superior pars rationis in nobis potest peccare nulla mota delectatione in inferiori parte rationis. Et tunc, ut videtur, potest in nobis peccatum incipere a superiori parte rationis, sicut ab ¹³⁵⁵ inferiori.

2. Item, in paradiso ante peccatum tantum fuit sensualitas rationis inferiori parti subiecta, et inferior superiori, ut nec sensualitas nec inferior pars rationis aliquid appeteret, nisi concedente prius superiori rationis parte. Igitur necessario in primis parentibus primo peccavit superior pars rationis quam inferior. Vel ¹³⁶⁰ sensualitas aliquid inordinate appeteret. Igitur et similiter nunc in nobis potest contingere quod primo incipiat peccatum a superiori parte rationis.

[SOLUTIO]

Solutio. Triplex est natura: suprema, infima, media. Media autem, scilicet angelus, non potuit nimis delectari in infima, a qua fuit omnino separata, sed tantum in suprema aut in se ipsa. Sed delectando in suprema, peccare non potuit. ¹³⁶⁵ Sic enim debuit. Nec nimis in hoc suo naturali obiecto delectari potuit. Igitur cum peccavit, necessario peccavit delectando in se ipsa. Anima vero, cum sit

¹³⁴² id est] *om.* CP || scilicet] vel *add.* V ¹³⁴⁸ convivium] coniugium O ¹³⁵⁴ in²] *om.* C ¹³⁵⁷ rationis] rationi C; in *add.* O ¹³⁶⁰ pars] *om.* O

^{1340–1341} Resp. Hugo de S. Caro, *ibid.* (f. 64^{vb}) ¹³⁴⁴ *Eph.* 2,2 ¹³⁴⁵ *II Cor.* 2,11
¹³⁴⁶ *Ioan.* 13,2. Cf. *Luc.* 22,3 ^{1347–1348} *Prov.* 15,15 ¹³⁴⁸ *Gen.* 2,15 ¹³⁴⁹ Cf. Hugo de S. Caro, *ibid.* (f. 65^{rb})

natura media et infimae naturae coniuncta, non potest nisi aut in suprema aut in se ipsa aut in infima natura delectari. Sed a suprema, dum adhuc vivit in carne
 1370 quae corrumpitur et aggravat, tenuiter valde tangitur. Inde et in ea satis nihil delectatur; et hoc modicum quod de ea apprehendit et delectatur non virtute sua est, sed potius eius quod apprehendit. Hinc est quod Deum quoquo modo videt in via, se ipsam vero non. Et ideo non potest nunc delectari in se ipsa, sicut angelus, sed tantum in natura suprema – et hoc tenuiter. Et in hoc peccare non
 1375 potest. Vel in natura infima. In natura autem infima delectari non potest superior pars rationis, nisi mediante inferiori parte rationis et sensu. Quippe nec naturam infimam apprehendit, nisi mediantibus his. Igitur cum omnis nostra cognitio nunc incipiat a sensu, necessario et delectatio in natura infima incipit a sensu. Et per inferiorem partem rationis ascendit ad superiorem, sicut hic dicitur.

1380 Ad secundum difficile videtur respondere, quia ante peccatum poterat anima se videre et delectari in se, sicut et angelus, supra id quod deberet. Igitur tunc peccatum potuit incipere a superiori parte rationis. Sed concedo quod peccatum in primis parentibus incepit a superiori parte rationis, ut dictum est in opponendo. Tamen ex coniunctione etiam ante peccatum animae cum corpore animali minus
 1385 in se ipsa intendere potuit anima quam angelus, omnino a corpore absolutus, et magis intendebat in sensibilia. Unde non sicut angelus propria pulchritudine nimis delectari potuit, sed potius in sensibilibus, in quibus magis intendebat de natura corporis animalis sibi coniuncti.

Ex iam dictis patet quod incepit peccatum a superiore parte rationis; in nobis
 1390 vero nunc ab inferiore.

12.5 CUPIDITAS NOSTRA, id est concupiscentia. NON LABIMUR IN PECCATUM, mortale scilicet. AB OMNI BEATA VITA, id est vita gratiae et per consequens gloriae.

12.6 HAEC DE ANIMAE PARTIBUS, scilicet de sensualitate inferiori parte rationis et superiore. SECUNDUM QUAM SUI PORTIONEM, quia non secundum
 1395 sensualitatem, sed secundum rationem. SED SECUNDUM RATIONEM, id est superiorem partem rationis. QUA ratione.

12.6 OMNE PECCATUM MORTALE GERITUR.

Contra. Super illud *Eph.* 4: “Sol non occidat super iracundiam vestram,” dicit
 1400 *Glossa*: Sol iustitiae occidit propter iracundiam. Sed constat non occidit nisi

1370 inde] unde BP || nihil] satis *add.* O 1371 non] nisi BR 1375 infima¹] *om.* O 1379 sicut ... dicitur] *om.* B 1380 ad secundum] *om.* V 1385 ipsa] ipsam BCP 1387 in quibus] *om.* O 1389 quod] ante peccatum *add.* O; tunc *add.* P 1390 vero] *om.* O 1396 sed¹ ... rationem¹] *om.* (*hom.*) O || sed²] *om.* V 1397 qua] quo ed.

1377–1378 Resp. Arist., *De an.* 3.8 (432a 7–8) 1399 *Eph.* 4,26 1400 Resp. Petr. Lomb., *Collect. in epist. ad Eph.* in h.l. (PL 192, 206)

propter mortale. Ergo iracundia est mortale. Sed omnis iracundia est irascibilis. Ergo aliquod mortale fit secundum irascibilem. Non ergo tantum secundum rationem.

Solutio. Ratio sumitur dupliciter: uno modo secundum quod complectitur irascibilem et concupiscibilem et sic opponitur sensualitati in divisione, cum dicitur 1405 alia pars animae est sensualitas, alia ratio. Aliquando vero specialiter secundum quod anima dividitur in rationem, irascibilem, et concupiscibilem. Primo modo sumitur hic.

^{12.6} QUOD IN SOLO MOTU SENSUALITATIS etc.

Contra. Sola ratio est susceptibilis peccati. Igitur cum in sensualitate et eius 1410 motibus communicemus cum brutis, quae non peccant, patet quod solus motus sensualitatis peccatum non est. Non enim est peccatum nisi sit voluntarium, nec nisi voluntatis, quae est appetitus rationis.

Solutio. Veniale peccatum est in inferiori parte rationis aliquando ex solo motu sensualitatis, scilicet quia ratio non cohibet, cum possit. Vel potest dici 1415 quod nomine sensualitatis inferior pars rationis intelligitur, sicut consequenter accipitur ibi parum infra.

¹³ SED ETIAM INFERIOR RATIONIS etc. UBI DE IPSA, sensualitate.

1410 susceptibilis] susceptible O 1416 consequenter] communiter BC 1418 sensualitate] etc. *add.* O

DISTINCTIO 25

^{1.1} IAM VERO AD PROPOSITUM ... Dist. 25.

^{1.2} QUOD PHILOSOPHI DEFINIENTES: ‘quod’, id est quam libertatem arbitrii. Hic enim de ipsa libertate intendit, quae tripliciter definitur hic a Magistro sic: Libertas est flexibilitas rationis et voluntatis ad opposita. Anselmus: “Libertas est
possibilitas conservandi rectitudinem voluntatis propter se.” Augustinus: Libertas
est potestas faciendi quod vult. 5

[ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

Sed videntur hae definitiones male assignatae, quia nulla earum convenit omni. Prima enim non videtur convenire Deo. Quippe Deus immutabilis est. Secunda non convenit daemonibus, in quibus non est possibilis rectitudo voluntatis. Tertia nulli creaturae, quia nulla est omnipotens. 10

[RESPONSIONES]

Solutio ad primum. Differunt vertibilitas et mutabilitas. Vertibile autem est liberum arbitrium Dei ad opposita – non dico bonum et malum, sed ad opposita contradictoriae. Plura enim potest Deus velle et non velle; sed velle postquam noluerit aut nolle postquam voluerit non potest, quia hoc est mutabilitas. 15

Ad secundum. Daemonibus inest potestas conservandi rectitudinem, licet illa
potestas numquam sit coniuncta suo actui. Quod patet ex hoc, quod si daretur daemonibus gratia, tamen non daretur eis alia potestas naturalis quam nunc habent. 20

Ad tertium. ‘Faciendi’ in tertia definitione significat actionem interiorem, scilicet velle, non exteriorem. 20

^{1.2} LIBERUM DE VOLUNTATE IUDICIUM, id est libere iudicat de voluntate utrum debeat velle aliquid vel non. Alii dicunt: id est liberum iudicium de voluntate egrediens. LIBERUM ERGO DICITUR ARBITRIUM: duplici ratione

7 male] *corr. ex* multe O 11 differunt] differt BCRV 13 plura ... Deus] potest enim P
14 noluerit ... postquam] *om. (hom.)* CO 17 eis] ei R 22–23 utrum ... voluntate] *del. (hom.)* P
23 arbitrium] ut supra diximus *add. O*

3–4 Resp. Petr. Lomb., 2 *Sent.* 25.1.2 (ed. Grottaferrata, 1:461) 4–5 Anselmus, *De libertate arbitrii*, cap. 13 (ed. Schmitt, 1:225) 5–6 Resp. Ps.-Aug., *Hypognosticon* 3.4 (PL 45, 1623); coll. ex Alex. Hal., qui Isidoro attribuit (*Glossa in 2 Sent.* 25.6 [ed. Quaracchi, 2:227])

potest dici 'liberum', scilicet tum quia illi potestati liberum est iudicare pro qua
 25 voluerit parte contradictionis; tum quia cum iudicaverit, non cogitur voluntas vel-
 le illam partem pro qua iudicatum est. Sed adhuc liberum est ei velle iudicatum
 vel oppositum. Unam ergo causam quare dicatur 'liberum' tangit hic Magister,
 et aliam tacet.

1.2 POTEST FERRI AD EA QUAE BONA VEL MALA etc. Ergo, ut videtur,
 30 velle malum est de libertate arbitrii, cui contradicit Anselmus. De hoc inferius
 dicitur.

1.3 HOC AUTEM SCIENDUM: hic determinat respectu quorum actuum exteriorum
 dicatur 'liberum arbitrium'. AD PRAESENS VEL PRAETERITUM NON
 REFERTUR, non enim est liberum non fieri quod factum est vel quod sit.

[UTRUM LIBERUM ARBITRIUM DEI POSSIT IN PRAETERITUM]

35 Quaeritur autem an liberum arbitrium Dei possit in praeteritum. Quod si non,
 videbitur aliqua eius impotentia.

Contra. *Luc.* 1: "Non erit impossibile apud Deum omne verbum."

Solutio. Posse in praeteritum est dupliciter, scilicet posse ut res quae praeteriit
 iterum sit, et hoc variatur sicut et res. Rerum autem tria sunt genera. Quaedam
 40 enim cum corrumpuntur, cedunt in penitus nihilum forsitan, non assero, ut tem-
 pus, lux, et omne successivum, et anima sensibilis et vegetabilis brutorum et
 plantarum. Quaedam vero cum corrumpuntur, resolvuntur in materiam puram
 carentem omni ratione seminali, ut tantum sit in ea potentia passiva. Quaedam
 vero resolvuntur in materiam habentem rationes seminales. Et tale praeteritum
 45 potest natura reparare, idem quidem specie, non numero, et tempore determi-
 nato ante, quod tempus non potest illud homo reparare, nisi sanctus aliquis per
 miraculum vel angelus.

Sed idem numero reparare solius Dei est, quia hoc est secundum aliquid crea-
 tio. Multo maius autem miraculum et maioris potentiae est reparare de materia,
 50 in qua non est residua ratio seminalis idem numero.

Sed summae potentiae est redactum in penitus nihilum in idem numero re-
 parare. Quod si posse est, potest Deus, qui potest omne quod posse est. Quod
 Deum nusquam fecisse reperi; nec si uspiam hoc fecerit, nescio. Secundum hos
 ergo, ut patet, modos potest Deus in praeteritum, nos vero non.

55 Sed aliter est posse in praeteritum, scilicet ut quod fuit non fuerit; et in hoc
 nec liberum arbitrium creatum nec increatum potest. Unde Augustinus *Contra*

27 dicatur] dicitur P 34 enim] quia O 42 materiam] omnino add. O 48 sed] no-
 ta ex grano corrupto producit natura aliud granum idem specie; sed illud idem numero iam
 corruptum impossibile est naturae reparare; reparat autem idem specie add. marg. m. post. C
 52 qui] quia R 54 Deus] vere add. P

37 *Luc.* 1,37 56–58 Aug., *Contra Faustum* 26.5 (CSEL 25, 732)

Faustum lib. 2: “Quidquid praeteritum est, iam non est, quod si de ipso aliquid fieri potest, adhuc est, de quo fiat, et si est, quomodo praeteritum est?” Non est ergo quod vere dicimus ‘fuisse’. Sed ideo verum est illud fuisse, quia in nostra sententia verum est, non in ea re quae iam non est. Hanc sententiam Deus falsam 60 facere non potest, quia non est contrarius veritati.

Quod si quaeras ubi sit haec sententia vera, prius invenitur in animo nostro, cum id verum scimus et dicimus. Sed si de animo nostro ablata fuerit, manebit in ipsa veritate. Semper enim verum erit fuisse illud quod erat et non est. Et ibi verum erit iam fuisse quod erat, ubi verum erat antequam fieret futurum esse 65 quod non erat. Huic veritati Deus non potest adversari, in quo est ipsa summa et incommutabilis veritas qua illustratur ut sit quidquid in quorumcumque animis verum est.

1.4 SECUNDUM PRAEDICTAM ASSIGNATIONEM supra in principio distinctionis. 70

1.5 LIBERUM DE VOLUNTATE. HABERE NEGANDUS EST, quasi dicat ‘non’. QUIA OMNIA OPERATUR, I *Cor.* 12.

2 SED ALITER ACCIPITUR, cap. 2.
ET OMNIPOTENS VOLUNTAS.

Contra. Liberum arbitrium constat ex ratione et voluntate. 75

Solutio. Sicut dicitur ‘arbitrium’ a ratione et ‘liberum’ a voluntate – sed quod rationis est cadit ibi substantive, quod voluntatis adiective – sic hic dicitur e contrario, quod rationis est adiective, cum dicit ‘sapientissima’, et ‘voluntas’ substantive. Nec mirum, quia in Deo idem est voluntas et ratio, et sic in Deo liberum arbitrium potest dici ‘rationalis voluntas’, in creaturis non. 80

[UTRUM LIBERUM ARBITRIUM ACCIPIATUR AEQUIVOCE VEL UNIVOCE]

2 SED ALITER ACCIPITUR LIBERUM ARBITRIUM.

Quaeritur an in tantum aliter, ut aequivoce, vel non.

1. Et videtur quod univoce, quia secundum Anselmum et est nomen unum et secundum nomen illud ratio substantiae eadem.
2. Item, omne comparabile est univocum. Sed si liberum arbitrium in Deo et in nobis sunt comparabiles, etiam secundum aequae. Ergo univoce dicitur. Minor 85

58 quomodo] quo O 63 dicimus] *corr. ex dominus* O 67 incommutabilis] immutabilis C 77 ibi] illi B || sic] sicut BV 81 sed ... arbitrium] *om.* O 85 si] *om.* P
|| arbitrium] *om.* R || in²] *om.* P

69–70 Cap. 1, n. 2 (ed. Grottaferrata, 1:461) 72 I *Cor.* 12,11 77–79 Resp. cap. 2 (ed. Grottaferrata, 1:462) 83–84 Resp. Anselmus, *De libertate arbitrii*, cap. 1 (ed. Schmitt, 1:208)

patet. Bernardus: “Libertas a necessitate aequae et indifferenter Deo universaeque, tam bonae quam malae, convenit creaturae. Nec peccato, aut miseria amittitur vel minuitur ... tam plena in malis quam in bonis, sed in bonis ordinatur, tam
90 integra pro suo modo in creatura quam in Creatore, sed in illa potentior.”

Contra. Nihil univocum creaturae et Creatori; alioquin vel creatura esset Creator vel Creator non esset simplicissimus.

Solutio. Ad haec multipliciter responderi potest. Unum est quod aliquid, ut negatio, bene potest esse commune univocum Creatori et creaturae, ut non esse
95 asinum commune univocum est Deo et homini. Similiter cum libertas a coactione dicat negationem: est enim liberum a coactione quod cogi non potest; non posse autem cogi negatio est univoca Deo et creaturae.

Aliter dici potest quod liberum dicit relationem, scilicet commensurationem voluntatis ad actum suum interiorem, scilicet velle. Et sic talis relatio dicitur
100 aequaliter et univoce de Creatore et creatura. Aequaliter enim est commensuratio haec in creatura, sicut in Creatore; sicut aequaliter aequalis est monocubita linea monocubitae, sicut tricubita tricubitae.

Vel potest dici quod Creatori simillima est creatura rationalis. Et tam simile vestigium et imago eius est quod “unico et indiviso aspectu contueri potest exemplar in exemplato et e contrario, sicut imaginem sigilli in cera et e contrario.” Et
105 hanc maximam similitudinem liberi arbitrii intuens, Anselmus in Deo et creatura imposuit nomen et rationem “propter vicinae imitationis similitudinem. Quae tamen in se divisa sunt secundum essentiarum diversitatem, quam diversitatem, cum intuetur intellectus, differentes dabit definitiones.” Sic loquitur Hieronymus.

Ad secundum dic quod liberum arbitrium nec nomen nec ratio secundum illud
110 nomen univocum est Deo et creaturae. Comparatur tamen liberum arbitrium in Deo et in creatura secundum prius et posterius, quod potest fieri in non univocis, sed multipliciter dictis, secundum quod dicitur substantia ens per prius et accidens per posterius. Cum ergo dicitur arbitrium Dei liberius quam creaturae,
115 intellige quod hoc dicatur, quia respectu alicuius unius liberum arbitrium Dei est propinquius et nostrum remotius.

³ ANGELI VERO, cap. 3.

SIC OPORTEBAT, id est decebat.

90 illa] illo P 94 commune] om. P 96 dicat ... coactione] om. (hom.) O || dicat] rep. C 98 dicit] ostendit P || scilicet] secundum P 104 contueri] intueri V

87–90 Bern., *De gratia et lib. arb.* 4.9 (ed. Cist., 3:172–73) 104–105 Rob. Gross., *De lib. arb.*, cap. 16 (ed. Baur, 218; ed. Lewis, 80) 106–107 Resp. Anselmus, *De libertate arbitrii*, cap. 1 (ed. Schmitt, 1:208) 107–109 Rob. Gross., *De lib. arb.*, cap. 16 (ed. Baur, 218; ed. Lewis, 80) 109 Resp. Hier., *Epist.* 21.40 (*ad Damascum*) (CSEL 54, 139–40); coll. ex Petr. Lomb., 2 *Sent.* 25.2 (ed. Grottaferrata, 1:462) et etiam Rob. Gross., *De lib. arb.*, cap. 16 (ed. Baur, 218; ed. Lewis, 81)

4.1 MULTO QUIPPE, cap. 4.

QUO DEUS VOLUIT OSTENDERE etc. Si enim statim creaturae rationali, 120
scilicet homini, addidisset gratuita confirmantia, ut peccare non posset, latuisset
haec potentia liberi arbitrii qua potest peccare. Ut igitur uterque status patesceret,
etiam tempore distincti sunt. Et ne etiam esset universum incompletum quod
utique fuisset, si illo statu caruisset.

4.1 ANIMALIS, id est hominis. ET TANTO UTIQUE LIBERIUS, dicunt aliqui 125
quod liberum arbitrium confirmatorum strictius est, sed tamen firmitus. Sed non
videtur mihi quod strictius. Non enim restrictum est per hoc quod non potest
malum, eo quod posse malum non addit amplitudinem ad posse, cum ipsum sit
non posse, sed in potentia. Posse enim esse servum quomodo est pars libertatis?
Posse enim esse servum est posse esse impotentem. 130

4.2 ET NECESSITATE VALET APPETERE, et ita patet quod vera libertas est
actionum interiorum, non exteriorum, qui sunt duo, scilicet iudicare et velle.

5 EX PRAEDICTIS PERSPICUUM, cap. 5.

Hic de libertate arbitrii merito duo quaerantur, scilicet an libertas sit aequaliter
in Creatore et creaturis vel non; et an aequaliter sit in omnibus creaturis vel 135
statibus creaturae vel non.

[UTRUM LIBERTAS SIT AEQUALITER
IN CREATORE ET CREATURIS]

Ad hoc primo videndum quid sit vera libertas. Vera autem libertas est esse
bene secundum quod vult et habere totum esse suum bene commensuratum or-
dinatae voluntati suae in sua propria potestate omni alio circumscripto. Ergo
ut ad unum sit dicere commensuratio eius quod est bene esse ad potestatem et 140
voluntatem propriam, vera libertas est.

Ex hoc iam sequitur Deum esse summe liberum. Est enim omnino ut vult,
et totum suum esse commensuratum est suae voluntati, cum sit idem in eo esse
et velle, et bene esse et ordinate velle. Igitur suum bene esse, cum hoc sit velle
suum, omnino habet in potestate sua. Summa ergo est horum in Deo commen- 145
suratio, quia perfecta identitas, et ideo summa libertas. Immo quidquid est in eo
in summa consistit libertate, quia est idem in eo esse et essentia. Igitur cum esse
suum sit in sua libertate, totum quod est in libertate est. In creaturis autem differt
essentia et esse, et velle et bene velle; et in eis est libertas in inferiori gradu.

120 creaturae] creatura P 121 posset] *corr. ex* potuisset O 128–129 cum ... posse¹] *om. (hom.) C* 134 quaerantur] quaeruntur COPR 135 creaturis²] *om. C* 137 hoc] haec BCRV 142 summe] summum O 143 commensuratum] mensuratum C; *corr. ex* mensuratum P

[UTRUM LIBERTAS AEQUALITER SIT IN OMNIBUS STATIBUS CREATURAE]

150 Ad secundum ex dictis similiter patere potest, ut videtur, quod maior sit libertas in angelis quam in hominibus, quia quanto potentia est compositior, tanto suus actus est ab ea remotior. Sed anima nostra compositior est angelo propter formam in qua radicatur affectio ad corpus. Ergo potentia minus adaequatur suo actui in nobis quam in angelis. Ergo voluntas et velle minus commensurantur in
155 nobis quam in angelis; multo magis velle et esse.

Solutio. Liberum arbitrium inest animae secundum id quod commune est ei et angelo. Et ideo haec potentia adeo simplex est in homine, sicut in angelo, quamvis anima sit angelo compositior. Est tamen libertas maior in aliquo statu quam in alio. In patria enim erit totum esse nostrum bene esse; et totum erit
160 commensuratum voluntati nostrae ordinatae. Et bene esse quod ibi habebimus, habebimus in nostra potestate. Possumus enim illud acquirere, si velimus, et abicere, si velimus. Ergo in patria totum esse nostrum quod erit bene esse commensuratum erit nostrae voluntati ordinatae. Non tamen erit ita omnino nostrae potestatis, sicut in Deo, scilicet omni alio circumscripto. Et etiam non erit idem
165 in nobis esse et velle et bene esse, sicut in Deo. Quapropter in his duobus remotiores erimus quam Deus a summa libertate, et insuper in hoc quod non est in nobis idem esse et essentia. Unde licet totum esse nostrum sit futurum ut volemus, non tamen totum quod sumus sic erit nobis liberum et voluntarium, sicut Deo. Velle enim propinquissime cadit super esse. In paradiso autem adhuc minor
170 fuit libertas quam sit futura in caelo. Quod sic patet: omnis voluntas vult boni et beatitudinis suae perpetuitatem et eiusdem perpetuitatis securitatem infallibilem. Igitur de plenitudine libertatis est infallibilis securitas beatitudinis, quia nisi hanc habeat, non habet esse commensuratum voluntati suae. Sed hanc securitatem habere est in bono confirmari et in non posse peccare, quia dum est posse ad
175 peccandum, non est infallibilis securitas ad summum bonum. Ergo consummatio in bono et non posse peccare pars est consummatae libertatis. Ergo nec angelus ante lapsum nec homo ante peccatum habuit tantam libertatem, quantam habituri sumus in patria.

Sed nunc in hoc miserabili mundo minimam habemus libertatem. Non enim
180 est totum esse nostrum bene esse, sed male pro maiori parte. Et est bene esse nostrum non commensuratum nostrae voluntati ordinatae, quia fere non est nobis esse. Nec ita bene sumus ut vellemus. Nec voluntas nostra est semper ordinata. Sed ille in hac vita liberior est qui magis habet suam voluntatem conformatam divinae voluntati. In quantum enim sua voluntas divinae voluntati conformata
185 est, in tantum est ordinata et in tantum est ut vult, quia est ut Deus vult. Hinc

154–155 in nobis] *om.* V 161 habebimus] *om.* P 162 velimus] volumus V 164 alio] completo *add.* O 167–168 volemus] volumus P 169 minor] maior V 181 nobis] bene *add.* P 182 bene] *om.* P

patet quod mali minus liberi sunt quam boni. Et qui in inferno minime liberi sunt.

[SEPTEM GRADUS LIBERTATIS]

Sic ergo Deus summe liber. Et post eum qui sunt in patria confirmati. Et post eos status paradisi ante peccatum. Et post status bonorum in mundo. Et post status malorum. Et minime liberi sunt damnati in inferno. In his enim est tantum commensuratio voluntatis et actus interioris, quod est velle, quod aequaliter est in omnibus. Vult enim voluntas quod vult; et quantum ad hoc solum est sicut vult. Est enim volens sicut vult. Nullum vero aliud esse habet commensuratum suae voluntati. In omnibus vero aliis est hoc idem et aliquid amplius. ‘Esse’ autem voco quidquid per infinitivum dicitur. Et tunc conformatur velle ad esse, quando quidquid est in esse est in velle, id est est volitum. Et tunc esse ad velle, quando quidquid est volitum est in esse.

Est igitur in Deo libertas summa, quia totum esse et totum velle commensurantur – et hoc omni alio circumscripto. Immo sunt omnino idem; immo non tantum esse, sed et essentia. Et ita quidquid habet est summe conforme suae voluntati et e contrario, quia idem sunt. Et iste est libertatis gradus primus.

Secundus gradus libertatis est in angelis et glorificatis post iudicium in patria, ubi totum esse conformatur suo velle, quia sunt omnino sicut volunt, et totum velle conformatur suo esse, quia omnino volunt esse sicut sunt. Sed non sunt tamen esse et velle idem, sicut in Deo. Nec est haec conformitas horum omni alio circumscripto, sed per gratiam.

Tertius gradus in beatis animabus in caelo iam, sed sine corporibus, ubi est omnino conformitas velle ad esse, quia volunt omnino esse sicut sunt, quia et hoc vult Deus. Sed esse in eis fere omnino conformatur ad velle, uno excepto, scilicet quod non sunt in corpore.

Quartus gradus libertatis fuit in paradiso ante peccatum, ubi fuit velle conforme ad esse, sicut prius dixi, omnino. Sed in multis erat non conformatum esse ad velle. Quippe tria sunt naturaliter volita, scilicet felicitas, felicitatis perpetuitas, perpetuitatis securitas. Quia igitur in esse eorum nullum horum fuit omnino et complete, non fuit conforme esse ad velle.

Quintus gradus inferior omnibus dictis est bonorum in mundo, ubi non est velle omnino conforme ad esse, licet in multis conformentur. Quippe nec ipsum velle sibi ipsi est omnino conforme, sed vult in eis pars voluntatis unum oppositorum, pars altera alterum. Sic Paulus desiderat dissolvi et desiderat manere

186 minime] minus P; vel minime *add. marg.* P 196–197 et ... esse] *om.* P 198–199 commensurantur] conformantur P 201 et² ... primus] *om.* BRV; *marg. m. post.* CO 205 omni] omnium P 213 volita] utilia C || felicitatis] *om.* P 219 desiderat¹] *rep.* O; desiderabat P || desiderat²] cum desiderabat P

220 in carne; *Phil.* 1: “Quid eligam e duobus, coartor enim e duobus: desiderium habens dissolvi et esse cum Christo multo magis melius, permanere autem in carne necessarium propter vos.” Et ideo non potest voluntas omnino conformari ad esse, cum utrumque oppositorum simul esse non possit. Verumtamen ratione superiori volunt esse sicut sunt. Unde *II Cor.* 7: “Superabundabo gaudio in omni tribulatione nostra.” *Iob* 6: “Haec mihi sit consolatio, ut affligens me dolore non parcat.” Similiter in Christo adhuc mortali fuit voluntas in eo quodammodo contra se divisa, ita ut superiori parte vellet mori, sicut et Pater voluit et inferiori voluit mortem declinare, ut dicunt aliqui; *Matt.* 26: “Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis.” Tamen hic gradus excelebat in eo, quia cum esset suum inferius suo superiori omnino subiectum, non concupivit contra superiorem nisi imperio superioris. Et ideo quasi non fuit haec divisio in Christo, et ita nec vulnus. In nobis autem aliter est et tanto excellentius habet quilibet bonus hunc gradum, quanto magis suam divinae voluntati conformat voluntatem. Et ex hoc patet quod in multis esse ad velle non conformatur. Unde *Rom.* 7: “Quis me liberabit de corpore mortis huius?”

235 Sextus gradus est malorum in via, qui non habent velle conformatum ad esse, quia non volunt esse omnino sicut sunt, quia plura sunt in esse quae non sunt volita. In suo enim esse est miseria; *Prov.* 14: “Miseros facit populos peccatum.” Miseriam autem nemo vult per se. Sed quam miser est peccator putas? Si haberet totam poenam inferni cum delectatione quam habet peccati, nonne tamen miserrimus diceretur? Certe in infinitum est miserior in quo est sola culpa quam in quo esset tota inferni poena sine culpa. Quippe carentia visionis Dei est in infinitum maior poena et miseria damnatorum quam poenae aliae inferni eo quod Deus est in infinitum maius bonum quam tota poena inferni sit malum. Igitur cum finitum respectu infiniti nihil sit, delectatio quam habet quis in peccato nihil est respectu miseriae suae. Et ideo dici potest quod velle ad esse omnino non conformatur – et hoc quia, ut iam patet, vere dici potest quod quidquid est in esse suo est miseria. Miseria autem omnino volita non est per se.

250 Similiter in eo esse ad velle non conformatur. Non est enim sicut vult, quia multa sunt in velle quae non sunt in eius esse. Quippe bene esse est in eius velle. Vellet enim bene esse, immo et optime. Et putas bene esse est in eius esse? Ita videtur secundum illud *Ier.* 12: “Via impiorum prosperatur. Bene est omnibus qui praevaricantur et inique agunt.” Sed licet eis videatur bene esse, tamen aliter

223 possit] possint CV; possunt P 225 nostra] mea CO 226 non] om. P 228 ut ... aliqui] om. P 229 vis] om. O 230 superiori] inferiori P 233 habet ... bonus] om. V 237 volunt] vult V 239 est peccator] om. BRV; marg. CO 243 aliae] alii B 244 malum] mala C 245 infiniti] finiti O || quis] qui P 250 bene] om. B 251 vellet] vult O

220–222 *Phil.* 1,22–24 224–225 *II Cor.* 7,4 225–226 *Iob* 6,10 228–229 *Matt.* 26,39 235 *Rom.* 7,24 238 *Prov.* 14,34 252–253 *Ier.* 12,1

est probatio *Eccli.* 12: “Non est ei bene qui assiduus est in malis.” Sed hi assidui sunt in malis pluraliter, quia et culpa et poenae per consequens, quae tantum duo mala sunt. Igitur vere non est bene malis. 255

Item, esse eorum est sicut Deus vult; *Esther* 13: “Non est qui possit tuae resistere voluntati.” Sed velle eorum non est sicut Deus vult. Quippe sunt inimici Dei; *Iac.* 3: “Amicus huius saeculi inimicus Dei constituitur.” Amicorum autem idem est velle et nolle, et non inimicorum. Ergo non sunt sicut volunt. 260

Item, mali non sunt nisi tripliciter: aut carnales aut superbi aut avari. Sed carnales non sunt sicut vellunt. Semper enim aliquid amplius quam habent vellunt habere; *Prov.* 30: “Sanguisugae duae sunt filiae dicentes: Adfer, adfer,” scilicet gula et luxuria; et *Is.* 26: “Canes impudentissimi nescierunt saturitatem”; *Prov.* 13: “Venter impiorum insaturabilis.” Similiter superbi: “Superbo oculo et insatiabili corde.” Similiter nec avari; *Eccle.* 5: “Avarus non implebitur pecunia.” 265

Sed quantum putas deest eis, scilicet quantum oportet addere ad esse, ut aequetur voluntati? Certe deest in esse eorum quantum est Deus. Quippe naturalis voluntas est animae habere Deum. Nec minori satiari potest vel impleri quod tanti boni est capax. Si igitur infinitum bonum deest ipsi esse ut aequetur voluntati, in infinitum amplius deest ei quam habeat. Igitur quia finitum respectu infiniti nihil est, sequitur ut quasi in nullo sit sicut vult. 270

Septimus gradus libertatis et infimus est in inferno, quia omnino discordat velle ab esse praeter quam in esse. Et in hoc etiam, quia secundum quosdam mallent non esse; *Apoc.* 9: “Desiderabunt mortem” etc. Et esse a velle in omnibus discordat praeter quam in ipso esse quod est velle. 275

5 PRIMA in paradiso, SECUNDA in mundo, ET TERTIA in caelo. ULTIMA VERO beatorum in caelo. MEDIA VERO est in hoc mundo, IN QUA POTEST PECCARE ET NON POTEST NON PECCARE: idem dicitur proximo sequenti capitulo. Igitur adultus non baptizatus statim ut est adultus peccat mortaliter, et eadem ratione in quolibet instanti peccat mortaliter ante baptismum. Quia si necesse est ut peccet et non est necesse ut post hoc instans vivat, necesse est ut nunc peccet. Et similiter argue de quolibet instanti. 280

Quod similiter videtur ratione sic: adultus non baptizatus quolibet instanti debet Deo iustitiam. Et singulis instantibus non reddit quod debet Deo. Ergo singulis instantibus peccat mortaliter non reddendo singulis instantibus quod de- 285

255 quae] quoniam C 259 saeculi] om. V 266 corde] core (sic) P 269 imple-
ri] eo add. P 271 habeat] habet V 274 etiam] forte add. OP 275 desiderabunt]
desiderabant O 276 esse] id est quia sunt volentes et hoc volunt add. P 282–286 peccet
... instantibus¹] om. (hom.) C 283 nunc] non P 286–287 deberet] debet R

254 *Eccli.* 12,3 257–258 *Esther* 13,9 259 *Iac.* 4,4 263–264 *Prov.* 30,15 264 Potius
Is. 56,11 265 *Prov.* 13,25 265–266 *Ps.* 100,5 266 *Eccle.* 5,9 275 *Apoc.* 9,6
279–280 Cap. 6 (ed. Grottaferrata, 1: 464)

beret reddere singulis instantibus. Quod videtur grave. Eadem enim ratio erit in baptizato existente in mortali. Et tunc cum differat per infinita instantia, quae utique sunt in minimo tempore, suam conversionem, habet peccata mortalia infinita.

Solutio. Quod dicit Magister sic potest intelligi: non potest adultus non baptizatus non peccare. Supple ‘ad proximum impulsus tentationis’, quia non habet adiutorium gratiae.

Ad rationem dici potest quod si quis fuerit in mortali unico, non oportet quod in eo multiplicentur mortalia secundum multitudinem instantium in quibus manet in peccato. Sed illud mortale fit gravius propter dilationem. Et quanto magis differt satisfacere, tanto illud peccatum fit gravius, sicut dicitur quod peccatum fit gravius ex circumstantia. Sicut si ad diem certum tenerer tibi ad decem, si pluribus diebus post differrem reddere, unico quidem peccato peccassem in te; sed tanto fieret illud unicum gravius, quanto differrem amplius.

Posset igitur sic intelligi quod dicit Magister subtilius: NON POTEST NON PECCARE, quia non potest non augere peccatum suum; et tantum auget quantum conversionem suam differt. Et ideo dicitur *Eccli.*: “Ne tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem.”

Sed oppones adhuc: si quolibet instanti augetur illud peccatum unicum, igitur in infinitis instantibus, scilicet in minimo tempore augetur in infinitum. Et sic nihil differt vel habere unicum infinitum vel infinita leviora.

Solutio. Licet sit infinitum respective, non tamen absolute, sicut minimum tempus ad unum instans habet infinitam proportionem, tamen illud minimum tempus finitum est. Et sicut additio infinitorum instantium, quae utique nullum tempus efficiunt eo quod nullum tempus est ex instantibus ad modicum tempus non augmentaret illud tempus nec in modico. Sed sola temporis additione augetur. Similiter nec dilatio conversionis per infinita instantia vel in modico auget peccatum illud, sed tantum dilatio per tempus aliquod. Igitur non poterit peccatum esse in infinitum auctum, nisi conversio differatur per tempus infinitum. Quippe sit *a* instans in quo non baptizatus primo est adultus: ut peccatum eius sit auctum, oportet addere aliquod tempus vel modicum; ut iterum augeatur, oportet addere tantundem. Igitur ut in infinitum augeatur, oportet addere tantundem infinities, quae faciunt tempus infinitum.

Sed adhuc opponitur: potest fieri additio temporum infinitorum etiam in tempore finito: verbi gratia tempus quo augetur peccatum semel sit *a.b.*, cui addatur medietas eius, quod est *b.c.*, et tunc est peccatum auctum secundo. Cui addatur

288 instantia] in distantiam O 289 tempore] ante *add. marg. m. post.* P 308 sicut] sic B || minimum] minimus V 309 unum] minimum P 310 finitum] infinitum O 312 sed] in *add.* P 322 quod est] scilicet CV; *corr. ex* scilicet B || b.c] scilicet b.c *add. marg.* P

medietas eius, quod est *b.c.*, scilicet *c.d.*, et augetur tertio. Et sic in infinitum. Nec tamen extendetur tempus duplum ad *a.b.*, scilicet *a.e.*

Sed tunc responde quod conversioni non sufficit quodcumque tempus, sed aliquod alicuius quantitatis determinatae. Vel si sufficit quodcumque, non sequetur peccatum esse auctum in infinitum absolute, sed respective, sicut est et in tempore.

⁵ ANTE REPARATIONEM per baptismum vel gratiae collationem. SALTEM VENIALITER, super illud II *Petri* 1: “Haec enim facientes non peccabitis aliquando,” *Glossa*: “Sine venialibus vero nullus esse potest.” *Eccli.* 18: “Ne oblecteris in modicis; assidua enim est commissio illorum.”

⁶ ET POSSUNT NOTARI, cap. 6.

ANTE PECCATUM, primus status. INFIRMITATEM declinem ad malum, de qua *Gen.* 8: “Sensus et cogitatio humani cordis prona sunt in malum ab adolescentia sua.” ADIUTORIUM, aliquam gratiam. POST PECCATUM originale vel mortale, secundus status. REPARATIONEM GRATIAE, id est per gratiam. CONCUPISCENTIA, fomite. POST REPARATIONEM per gratiam, tertius status. POSSE OMNINO PECCARE, id est venialiter et mortaliter. POST CONFIRMATIONEM, quartus status.

^{7.1} UNDE MANIFESTUM EST, cap. 7.

PRO PECCATO ILLO originali.

^{7.1} PER ILLUD NAMQUE PECCATUM NATURALIA BONA IN HOMINE CORRUPTA SUNT etc.

Hic tria quaerantur, scilicet quid sit hoc vulnus vel corruptio in naturalibus animae, cum ipsa sit substantia incorruptibilis. Item, utrum sicut originale vulnerat naturalia, similiter actuale quodlibet vulneret. Tertio, utrum sicut vulnus illatum per originale in praesenti vita non sanatur, similiter nec vulnus illatum per actuale.

[QUID SIT HOC VULNUS IN NATURALIBUS ANIMAE]

De primo dicit Augustinus quod ‘vitium nocet naturae’ et quod non noceret nisi adimeret. Sed in anima, sicut in quolibet, tria sunt: substantia, virtus, operatio.

323 quod ... *b.c.*] *om.* P 326 quodcumque] quantumcumque R 326–327 sequetur] sequitur P 345 quaerantur] *om.* V 350–351 nisi] nihil P

330–331 II *Petri* 1,10 331 *Glossa ordin.* in h.l. (ed. princeps, 4:529a) 331–332 *Eccli.* 18,32 335–336 *Gen.* 8,21 350–351 Aug., *De civ. Dei* 12.1 (CCL 48, 356); et *Sermo* 155.10 (PL 38, 846)

Aut igitur aliquid adimitur virtuti aut operationi aut substantiae. Sed nec videtur posse diminui virtutem nisi diminuta substantia, virtus enim idem est secundum rem cum forma substantiali; nec operationem, nisi diminuta virtute. Idem enim
 355 non est natum facere nisi idem. Igitur si aliquid vel de virtute vel de operatione adimitur, tunc aliquid de substantia diminuitur. Cui contradicit Dionysius in *Hierarchia*: dicit enim quod in daemonibus remanent naturalia integra. Similiter et in homine post peccatum; sed est corruptio modi.

Solutio. Est duplex animae quantitas, scilicet substantialis et virtualis. De
 360 substantiali nulla fit diminutio, sed de virtuali, quae tunc dicitur diminui, cum non potest in tantum actum in quantum prius potuit. Hoc autem potest multipliciter contingere, scilicet aut per diminutionem substantiae, quod non est in anima; aut per divisionem eiusdem virtutis in plura quam prius, sicut dicimus quod perdens unum oculum limpidius videt altero, non quia additum sit aliquid virtuti visivae
 365 nunc ut possit in maiorem actum, sed quia virtus est magis congregata. Similiter si adderetur alius oculus, iam priori oculo minus limpide videret quam prius, non diminuta virtute visiva secundum substantiam, sed in plura divisa.

Item, per impediens additum, ut lapis, si colligetur ei aliquid de levi, segnius descendit: aut quia illud per quod operatur, ut medium vel instrumentum, peioraturum est, ut segnius descendit lapis in aqua quam in aere. Qua autem harum
 370 causarum animae virtus vel quantitas virtualis diminuta sit potest primo aspectu videri quod pluribus. Quia enim nostrum intelligere est per sensum et imaginationem, et haec per organum corporeum corpore per originale mutato in peius, non est mirum si virtus in minorem possit actum quam prius. “Corpus enim quod
 375 corrumpitur aggravat animam.” Sed si haec esset causa, tunc anima separata careret vulnere. Quod videtur falsum. Similiter si diceretur quod animae iam est corpus corruptum impedimento, quod non ante peccatum.

Propterea potest dici quod haec diminutio quantitatis virtualis est ex eiusdem virtutis in plura distributione. Prius enim scilicet ante peccatum potuit ipsa limpidius videre et vehementius amare quam nunc, quia nunc pluribus occupatur,
 380 scilicet refrenationi sensualitatis, quod non oportuit ante peccatum, quia fuit omnino subiecta. Sensualitas autem cum ratione separatur a corpore sive ponatur eiusdem substantiae cum ratione sive alterius, ut dicunt.

Sed secundum hoc tunc in angelo non est vulnus illud, quia sensualitate caret.
 385 Et non inveni quod sciam aliquem sanctorum loqui de tali vulnere in angelo, sed

353–354 secundum rem] quod esse O 354 nisi] nec V 359 solutio] diminutio sicut et augmentum proprie debetur quanto, sed *add. O, marg. m. post. C* 362 quod] quae O || in] *corr. ex maxima O* 364 visivae] *om. C* 370 qua] quia *corr. ex qua O* 375 animam] Sap. IX *add. marg. C* 381 refrenationi] refrenatione P 385 quod sciam] in scientia P

354–355 Cf. Arist., *De gen. et corr.* 2.10 (336a 27–28); cf. *Auctoritates Aristotelis*, n. 43 (ed. Hamesse, 170) 356–357 Resp. Ps.-Dionysius, *De div. nom.*, cap. 4 (PL 122, 1142; *Dionysiaca* 1:281) 374–375 Sap. 9,15

tantum in homine. Sed forte in angelo, scilicet apostata, est aliqua contrarietas, ut forte synderesis contrariatur residuo ipsius; et similiter in rationali nostro superior pars inferiori. Et haec divisio et distantia eorum quae prius erant unita et concordantia in daemonibus et animabus ‘vulnus’ dicitur, gladio divinae sententiae illatum; *Hebr.* 4: “Vivus est sermo Dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti et pertingens usque ad divisionem animae et spiritus,” ut anima et spiritus dicantur illa post peccatum divisa. De his partibus animae et angeli divisio dicitur infra hac distinctione, cap. 8 infra ibi: UBI RATIO DISSENTIT etc.

[UTRUM SICUT ORIGINALE VULNERAT NATURALIA,
SIMILITER ACTUALE QUODLIBET VULNERET]

Circa secundam quaestionem sic quaeritur: si actuale peccatum vitium est, naturam vitiat et nocet. Et non noceret, nisi adimeret aliquid. Ergo adimit aliquid et diminuit de virtuali quantitate.

Quod si sic, tunc per multiplicationem actualium poterit illa virtualis quantitas omnino auferri. Et tunc peccatum actuale sequens non vulneraret neque noceret, quia nihil esset residuum quod diminuere posset. Nec enim illa quantitas virtualis infinita est, sed finita. Et ideo aliquoties ab ea detractio facta tota poterit auferri.

Sed dicunt aliqui quod peccatum actuale aufert de illa quantitate virtuali secundum aliquam proportionem, esto tertiam. Et secundum actuale non tantundem, sed in eadem proportionem respectu residui, ut tertiam residui, et sic semper et in infinitum tota non auferetur.

Sed contra. Ponamus tria peccata aequalia. Primum auferat tertiam partem totius quantitatis virtualis animae. Cum ergo secundum peccatum sit primo aequale, et virtus minor quam fuit, auferet secundum plusquam tertiam partem totius. Tanto enim plus diminuet quam primum peccatum, quanto virtus est impotentior nunc quam prius. Et sic cito totum auferetur.

Propterea dic quod illud quod primum peccatum aufert tam modicum est, ut ad totum a quo aufertur infinitam hanc proportionem; non tamen totum est infinitum, sed finitum, sicut de angulo recto vel acuto rectilineo, qui utique finitus est, auferri potest angulus contingentiae in infinitum. Et similiter cum ex cursu radiorum solis infinitorum fiat lux finita in puncto concursus, posses intelligere infinitas lucem illam diminui; nec tamen totam auferri auferendo id lucis semel quod addit unus radius, deinde quod addit alius.

396 et¹] ei *add.* P 404 proportionem] portionem P 415 infinitum] qui fit ex contactu lineae rectae ad curvam, ut si iaceat recta linea super circumulum vel semicirculum *add. marg. m. post. C*

[UTRUM SICUT VULNUS ILLATUM PER ORIGINALE IN PRAESENTI VITA
NON SANATUR, SIMILITER NEC VULNUS ILLATUM PER ACTUALE]

Tertio, quaeritur an quod actuale diminuit de quantitate virtuali restauretur
420 cum resurgit, et redduntur ei gratuita an non, sicut in originali. Constat enim
quod deperditio facta per originale non restauratur in vita ista – dico naturalium.

Si non, quomodo tunc peccantes gravius, postquam poenituerint, in maiores
possint actus quam prius? Secundum proportionem enim naturalium confertur
gratia. Sed non potest in minori caritate resurgere quam habuit cum cecidit forte.
425 Ergo nec in peioribus naturalibus.

Si sic, quomodo ergo in Adam non est restauratum quod per peccatum perdidit,
cum eius peccatum fuerit ei quidem actuale?

Sed forte in Adam fuit duplex diminutio naturalium per suum peccatum: una
naturalis consequens peccatum, sicut et in nobis; et alia a Deo iuste inflictata non
430 personae tantum, sed naturae humanae, quae tota fuit in Adam. Et si sic, tunc
potest dici quod diminutio consequens naturaliter restaurata est in Adam, sicut
fit nunc etiam in nobis; sed inflictata, non. Et quia inflictata est poena pro illo
peccato Adae actuali, non pro quolibet alio nunc, ideo non tantum una diminutio
in naturalibus sequitur peccatum actuale.

7.1 ET GRATUITA DETRACTA, *Ps.*: “Cor mundum crea in me, Deus.” Et “emitte
435 Spiritum tuum, et creabuntur (ecce gratuita omnino ablata), et renovabis faciem
terrae (quoad naturalium reparationem).” NON POSSET FIERI REPARATIO,
sed reiteratio magis. SPOLIATUS, ergo Adam habuit gratuita in paradiso. HAEC
SUNT DATA OPTIMA, naturalia dona.

440 Ut dicit Aristoteles: “Datio irreddibilis donum est.” Vere igitur haec sunt dona
vel data quae sine merito et spe remunerationis conferuntur; *Ps.*: “Bonorum
meorum non eges”; *Iob* 35: “Porro si iuste egeris, quid donabis ei? aut quid de
manu tua accipiet?”

7.1 OPTIMA, naturalia quidem bona sunt, quibus communicamus cum plantis,
445 meliora cum brutis, optima cum angelis. ET DONA PERFECTA, scilicet gratui-
ta, QUORUM ALIA, scilicet naturalia. AD SPECIEM, NON AD GENUS etc.,
scilicet ad superaddita naturae quae specialiter dicuntur ‘gratuita’.

8.1 EST NAMQUE LIBERTAS, cap. 8.

NECESSITATE, id est coactione sufficienti.

450 8.2 ITA NEC MODO.

Contra. Hac videtur carere diabolus, quia non potest non peccare.

420 redduntur] reddantur R 424 cecidit] ceciderit P 426 per] *om.* C 433 non²] nunc P 434 sequitur] consequitur V 446 quorum ... naturalia] *om.* P

435 *Ps.* 50,12 435–437 *Resp.* 3 Antiphon., Pentacost. 440 *Arist.*, *Top.* 4 (125a 18); cf. *Auctoritates Aristotelis*, n. 61 (ed. Hamesse, 326) 441–442 *Ps.* 15,2 442–443 *Iob* 35,7

Solutio. Duplex est necessitas: scilicet inevitabilitatis, qua nec carent boni nec mali angeli, quia hi inevitabiliter bonum, illi malum faciunt. Sed ab hac liberi sumus in hac vita. Alia est necessitas coactionis, et haec duplex: scilicet vel efficiens et sufficiens, et ab hac liberi sunt omnes – et de hac hic loquitur 455 – alia efficiens et inducens, et ab hac non omnes sunt liberi, quia non ille qui proicit merces in mare.

8.2 UBI NECESSITAS, IBI NON EST LIBERTAS. Unde Damascenus: “Irrationalia non liberi arbitrii: coguntur enim magis a natura quam agant. Ideo non contradicunt naturali appetitui, sed simul cum appetunt quid, impetum faciunt 460 ad actum. Homo autem rationalis ens, magis agit naturam quam agatur; ideoque appetens, si potest refrenare appetitum vel consequi. Unde irrationalia nec laudantur nec vituperantur. Homo autem et laudatur et vituperatur.”

8.2 HAEC LIBERTAS a necessitate. TAM IN MALIS, id est aequaliter.

8.3 EST ET ALIA LIBERTAS. 465

Hic duo quaeramus, scilicet divisionem libertatis per opposita, quod est divisionem hic dictam libertatis ad immediationem aliquam reducere; et secundo, quomodo mali liberiores sint bonis et quomodo non.

[QUAE SIT LIBERTATIS DIVISIO PER OPPOSITA]

De primo dici potest multipliciter. Primo sic: est status triplex, scilicet innocentiae, gratiae, et gloriae. Et penes hunc triplicem statum est triplex libertas: 470 respectu innocentiae, scilicet in tali statu, fuit tantum libertas a necessitate; in statu gratiae libertas a culpa; in statu gloriae libertas a poena.

Item, sic duo sunt: natura et naturae defectus. Defectus autem naturae est duplex, scilicet culpa et poena; et penes haec est triplex libertas: scilicet libertas a coactione, quae est libertas naturae – natura enim in brutis, scilicet sensualitas, 475 cogi potest; a qua coactione naturae est natura hominis, scilicet voluntas, libera – et libertas a defectu culpa, quae est libertas a peccato; et libertas a defectu poenae, quae est libertas a miseria.

Sed posset libertas arbitrii radicaliter sic dividi: libertas, ut dictum est, non est nisi commensuratio esse ad velle et velle ad esse. Et dico ‘esse’ omne quod per 480 infinitivum significatur verbaliter. Ergo libertas est commensuratio omnium actuum ad velle. Actus autem sunt multipliciter. Cum enim intellectus sit essentia, esse autem specialiter dictum non communiter, ut prius, est actus essentiae. Actus quidem intellectus secundum quod est essentia est esse. Sed in quantum est

456 inducens] educens R 457 mare] mari C 461 rationalis] rationabiliter P 462 unde] om. P 467 dictam] datam P 469 potest] om. O 479 arbitrii] magis add. P

456–457 Resp. Arist., *Eth. Nic.* 3.1 (1110a 8–11) 458–463 Ioan. Dam., *De fide orth.*, cap. 41 (ed. Buytaert, 153)

485 haec essentia habet actum duplicem: unum penes aspectum, scilicet intelligere;
et alium penes affectum, scilicet velle. Igitur omnes actus intellectus sunt esse,
intelligere, et velle. Igitur cum libertas sit commensuratio actuum ad velle: cum
ipsum velle necessario sit ipsi velle conformatum et commensuratum maxime, et
hoc in omnibus aequaliter. Aequaliter enim vult creatura quod vult, sicut Deus
490 vult quod vult, merito quia necesse est velle ipsi velle, scilicet sibi commensura-
ri; dicitur haec commensuratio libertas a necessitate vel libertas naturae. Nullus
enim cogere potest quin velim quod volo.

Item, commensuratio alterius actus ad velle, scilicet ipsius esse, erit libertas
alia. Et haec est libertas a miseria. Quicumque enim sic vult, nihil est suae
voluntati contrarium; solum autem quod est voluntati contrarium poena est et
495 miseria, quia sola voluntas punitur. Igitur qui habet esse sicut vult caret miseria, et
liber est a miseria. Quae libertas, ut iam patet, merito dicitur ‘libertas complaciti’
secundum Bernardum.

Item, commensuratio tertii actus, scilicet intelligere ad velle, erit libertas ter-
tia, scilicet cum sapienter intelligit quidquid vult. Et haec a Bernardo, ut patet,
500 non immerito dicitur ‘libertas consilii’. Consilium enim ad intelligere pertinet,
quae hic dicitur ‘libertas a peccato’. Et merito, quod sic patet. Nullus est qui
nolit omnia sapienter intelligere. Unde Aristoteles: “Omnis homo natura scire
desiderat.” Igitur tunc primo est intelligere commensuratum ad velle, cum omnia
505 sapienter intelliguntur. Sed cum omnia sapienter intelliguntur ab aliquo, nullo
modo peccatum eligitur, ut gratia et virtus perdatur. Ut enim dicit Aristoteles:
“Omnis malus ignorat.” Ergo qui habet intelligere commensuratum suo velle liber
est a peccato.

Item, sic potest dividi velle: aut cadet super se ipsum aut super aliud. Si
510 super se ipsum, est libertas a necessitate. Si super alterum, necessario hoc erit
bonum. Velle enim non cadit nisi super verum bonum aut apparens. Et ita non
cadit nisi super bonum per se. Bonum autem est dupliciter, sicut et malum. Est
enim malum quod agimus, scilicet peccatum, et quod patimur, scilicet poena.
Similiter est bonum quod agimus, scilicet expediens, et quod patimur, scilicet
515 delectabile. Quod si bonum quod patimur commensuretur velle, scilicet delec-
tatio, erit libertas a miseria. Si vero bonum quod agimus commensuretur velle,
scilicet expediens, scilicet ut nihil sit volitum nisi expediens, cum peccatum sit
inexpediens, erit libertas a peccato. Quod si vera libertas est commensuratio non
unius actus cum velle sed omnium actuum, patet quod non est vera libertas nisi
520 ubi sunt omnes hae tres libertates.

494 sic] est sicut C 506 peccatum] ab eo add. P 519 nisi] transp. post est P

497–498 Bern., *De gratia et lib. arb.* 7.21 (ed. Cist., 3:182) 501 Ibid. 503–504 Arist.,
Metaph. 1.1 (980a 21); cf. *Auctoritates Aristotelis*, n. 1 (ed. Hamesse, 115) 506–507 Arist.,
Eth. Nic. 3.1 (1110b 28)

[QUODMODO MALI LIBERIORES
SINT BONIS ET QUOMODO NON]

De secundo dicamus per exemplum: ponamus hic tria esse meliora, et illic tria esse peiora. Et sit hic unus volens esse secundum haec, et alius volens esse secundum illa. Et qui vult esse secundum peiora est secundum illa, sic pono; et qui vult esse secundum meliora sit secundum unum eorum tantum, et illud unum sit melius omnibus illis peioribus secundum quae alter est. Ita quod qui est secundum peiora erit quoad quid alio liberior, quia habet esse commensurativum suae voluntati. Et sic isti mali potentes sunt bonis liberiores. Alio tamen respectu bonus, scilicet qui est secundum unum tantum est liberior alio, quia habet maius de esse commensurato suae voluntati quam alter. Igitur quoad commensurationem actus velle ad velle omnes pares sunt et pariter liberi, sed quoad commensurationem esse cum velle non. Similiter vero quoad commensurationem intelligere cum velle non sunt omnes pares. Immo quanto sapientiores, tanto secundum hoc liberiores.

8.3 UBI SPIRITUS DOMINI, IBI LIBERTAS, II *Cor.* 3. Quippe *Matt.* 17: “Ergo filii liberi sunt.” Sed ubi est Spiritus, ibi est Filius; *Rom.* 8: “Quicumque Spiritu Dei aguntur hi filii Dei sunt.” IN EVANGELIO, *Ioan.* 8. IDEOQUE AUGUSTINUS DICIT, capitulo praecedenti, scilicet UNDE MANIFESTUM, in fine. QUI ENIM FACIT PECCATUM, *Ioan.* 8.

8.4 NON DOMINETUR per consensum. NEQUE REGNET per actum. PROPTER RECTI FACTI LAETITIAM. Delectabiliter enim facit unumquodque id ad quod unumquodque naturaliter inclinatur. Ergo cum natura naturaliter inclinetur ad bona opera, delectatur in faciendo ea; *Ps.*: “In custodiendis illis retributio multa.” SIMUL, supple ‘est libertas’.

8.5 LIBERTAS NON VERA, sed vera servitus, quia in veram servitutem redigit partem hominis optimam; QUAE EST AD MALE FACIENDUM: sicut est libertas a culpa, sic est libertas ad culpam, ut hic dicitur. Quare non similiter: sicut est libertas a poena, est libertas ad poenam?

Solutio. Est. Unde *Ier.* 34: “Ecce ego praedico vobis libertatem, ait Dominus, et ad gladium et ad famem et ad pestem.” Tamen cum libertas dicat relationem duplicem, scilicet ab aliquo et ad aliquid, libertas ad aliquid est proprie respectu actionis, non respectu passionis.

522 hic] *om.* P 523 vult] *om.* B 527 voluntati] quam alter *add.* V 529 quam] quod P 532 non] *om.* O 542 in custodiendis] custodiens P 544 quia] qui C 544–545 redigit] redigens P 547 poena] non *add.* O; sic *add.* P

534 II *Cor.* 3,17 534–535 *Matt.* 17,25 535–536 *Rom.* 8,14 536 *Ioan.* 8,36 537 Cap. 7 (ed. Grottaferrata, 1:465) 538 *Ioan.* 8,34 542–543 *Ps.* 18,12 548–549 *Ier.* 34,17

8.5 UBI RATIO, scilicet synderesis vel conscientia, quae semper recta est. ET IDEO IBI VERA LIBERTAS EST, ‘vera’, quia nihil remurmurat. PIA, quia ad bonum.

555 8.6 QUIBUSDAM VIDETUR QUOD SIT IPSA LIBERTAS ARBITRII. Nota quod idem est libertas ad peccandum et libertas a iustitia. Liberum enim dicitur relative ad duo, scilicet ab aliquo et ad aliquid. Quaerit ergo hic Magister an libertas a iustitia vel ad culpam in peccatore sit libertas arbitrii vel non. Et ut patet in littera, utrobique est opinio.

560 Sed prima mihi placet magis, et tamen pro parte vera est secunda. In peccatore enim isto, scilicet in servo peccati quem dico liberum ad peccandum, id est ad proficiendum in peius, duo sunt, scilicet voluntas peccandi – et hoc pertinet ad libertatem arbitrii, licet per accidens, sicut dictum est – et inevitabilitas volendi peccare. Et haec est pronitas ad peccandum, quae quidem non est a libertate arbitrii, sed a peccato priore. Gratia autem primi tantum dicitur iste liber, non
565 gratia secundi.

Et ideo quicquid est ibi libertatis, hoc est liberi arbitrii. Quod autem ibi est pronitatis, magis est necessitatis quam libertatis. Sed est duplex inevitabilitas, scilicet una perseverans, et haec est daemonum; alia non, et haec est peccatorum
570 hominum. Vel potius illa eadem libertas arbitrii naturalis, quae potest ad malum et ad bonum, dicitur in malis alio nomine ‘libertas ad peccandum’, quia quanto magis peccat, tanto minus resistit ei conscientia et ita liberius peccat. Pronitas ergo ad malum addita naturali libertati dat aliud nomen, scilicet quod dicatur ‘libertas ad peccandum’.

575 Similiter idem est libertas ad bonum et a peccato. In isto autem iusto quem dico ‘liberum ad bonum’, id est ad proficiendum in melius, duo sunt, non ut prius. Non enim est ibi inevitabilitas ad bonum nisi in angelis et animabus confirmatis. Sed ibi est liberum arbitrium vel voluntas, quae vult bonum, et gratia, qua vult bonum. Iste enim profectus in bono est voluntatis et gratiae.

580 Sed pronitas ad bonum est vel ex bonitate maiore naturalium vel ex maiortate gratiae vel utriusque. Et sic aliquo modo utraque opinio hic posita veritatem habet. Vel potius eadem naturalis libertas qua potest peccare et non peccare in bono homine sortitur nomen aliud, ut dicatur ‘libertas ad iustitiam’, quia ei volenti benefacere minus resistit concupiscentia. Et illa magna pronitas ad bonum
585 ex integritate naturalium et magnae gratiae addita libertati naturali dat illi hoc nomen aliud.

562 duo] simul *add.* P 563 inevitabilitas] inevitabilis R 580–581 maiortate ... utriusque] maiore gratia vel ex utroque V 585 et magnae] vel ex magnitudine P

[UTRUM POSSE PECCARE SIT DE ESSENTIA LIBERI ARBITRII]

Hic autem quaeratur an posse peccare sit de essentia liberi arbitrii. Quod sic, videtur ex definitione quam supraposuit Magister, dist. 24 in principio, dicens quod “est facultas voluntatis et rationis, qua bonum eligitur gratia assistente, et malum eadem desistente.” Igitur posse velle malum, cum cadat in definitione, est de essentia liberi arbitrii. 590

Item, Hieronymus: “Neque aliter spontaneum poterat habere bonum, nisi ea quae etiam malum habere potuisset.” Item, Bernardus: “Soli inter animantia datum est homini potuisse peccare ob praerogativam liberi arbitrii. Datum est autem non ut inde peccaret, sed ut gloriosior appareret si non peccaret, cum peccare potuisset.” Et post: “Non aliunde liberum nisi ex libertate arbitrii, de qua utique inerat ei possibilitas peccandi.” 595

Item, Aristoteles: “Potestates malorum eligendae sunt.”

Item, frustra inesset boni et mali discretio, nisi esset in nobis potestas eligendi quodlibet illorum. Et eiusdem est discernere et post discretionem eligere. Igitur sicut posse bonum, sic et posse malum est de essentia liberi arbitrii. 600

[ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

Contra. Liberum arbitrium est in Deo et in angelis et sanctis confirmatis, in quibus non est potestas ad peccandum. Ergo posse peccare non est essenziale libero arbitrio.

Item, posse peccare adveniens minuit libertatem arbitrii et absens auget. Liberior enim est arbitrium Dei et angeli quam nostrum. Ergo non est de essentia liberi arbitrii. 605

Item, sicut posse mori non est de essentia hominis, quoniam aliquando erit homo sine hoc, similiter non posse mori non est de essentia hominis, quia nunc sunt homines sine hoc. Eadem ratione nec posse peccare erit essenziale libero arbitrio nostro, quia aliquando sine hoc, quia aliquando erit non potens peccare. 610

Item, de essentia huius non est potentia ad oppositum, ut non est de essentia ignis potentia ad aerem. Ergo posse esse servum non est de essentia libertatis, sed posse peccare est posse esse servum; *Ioan.* 8: “Qui facit peccatum servus est peccati.” Ergo posse peccare non est de essentia libertatis. 615

587 hic autem] item O 590 malum eadem] malo P 594 homini] posse vel *add. marg.* P
 || potuisse] posse *corr. ex* potuisse O 599 esset in] inesset B || esset] *corr. ex*
 inesset O 601 arbitrii] est in deo *del.* O 611 quia¹ ... hoc] *marg.* P 611–613 quia ...
 aerem] *om.* C 611 aliquando¹] erit *add.* OP 612 huius] uno oppositorum demonstrato
add. P

588–590 I.e. dist. 24, cap. 3 (ed. Grottaferrata, 1:452–53) 592–597 Citata ex Rob. Gross.,
De lib. arb., cap. 12 (ed. Baur, 209; ed. Lewis, 70) 592–593 Recte Pelagius, *Epistola ad*
Demetriadem 3 (PL 30, 17–18) 593–596 Bern., *De gratia et lib. arb.* 7.22 (ed. Cist., 3:182)
 596–597 Ibid. (183) 598 Resp. Arist., *Eth. Nic.* 3.5 (1114a 23) 614–615 *Ioan.* 8, 34

Item, dicit Anselmus plane quod posse peccare non est de libertate arbitrii. Unde nec cadit in definitione eius secundum eum. Dicit enim quod liberum arbitrium est potestas conservandi rectitudinem voluntatis propter se.

[SOLUTIO]

Solutio. Concedo quod posse peccare non est de libertate arbitrii, sed potius
 620 vertibilitas ad opposita. Non autem opposita quae sunt bonum et malum, sed hoc
 accidit quod unum eorum sit bonum et alterum malum; sed ad opposita contra-
 dictoriae, ut ad esse hoc et non esse hoc et huiusmodi. Sed quia frequenter accidit
 ut alterum horum sit bonum, alterum malum, ad quae potest liberum arbitrium,
 ideo dicitur quod liberum arbitrium habet sibi tamquam essenziale posse malum.
 625 Et sic intelligantur omnes auctoritates, dicentes quod posse malum est de libero
 arbitrio, id est posse utrumque oppositorum, quorum alterum est malum. QUOD
 SUPRA COMMÉMORAVIT AUGUSTINUS, capitulo praecedenti in fine.

8.7 CUIUS SUPRA MEMINIT, in hoc capitulo, in praedicta hic auctoritate.

8.8 VERUM NOBIS MAGIS PLACET UT IPSA etc.

630 Contra. Actus proprii multiplicantur secundum multiplicationem potentialium
 et e contrario. Ergo si actus diversi sunt facere bonum et facere malum, erunt
 diversarum potentialium et non ab eadem libertate.

Item, unaquaeque potentia habet actum unum sibi proprium quem semper agit,
 ut lux lucere, anima animare. Ergo libertas arbitrii similiter. Si ergo utrumque,
 635 scilicet bene facere et male, esset actus huius potentiae, ipsa semper et ita simul
 ageret utrumque, et ita opposita. Quod est impossibile.

Solutio. Sicut unica est solis operatio, scilicet lucere, aut calefacere ignis,
 licet haec diversificetur secundum materias in quas agit, quia constringit lutum
 et dissolvit ceram, similiter voluntatis una est per se actio, scilicet velle. Sed hoc
 640 velle nunc super bonum, nunc super malum accidit cadere, sicut calor solis vel
 ignis nunc super glaciem, nunc super lutum cadit. Haec ergo potentia unica est,
 et eius actus unicus.

8.8 SED NON SEMPER BONA EST bonitate gratuita. NON ENIM EST BONA
 bonitate gratuita. AUT ENIM LIBERA, *Rom.* 6.

645 8.9 DE QUA APOSTOLUS AIT, *Rom.* 8. DE LEGE MEMBRORUM, de fomite.
 De hac lege: *Rom.* 7.

622 et¹] ad *add.* P 623 quae] quem P 636 ita] *del.* P 637 est] per se *add.* P,
add. marg. O || solis] simul O 638 licet ... agit] *om.* CRV; *marg. m. post.* O ||
 constringit] astringit P 643–644 non² ... gratuita] *om.* (*hom.*) O 645 de¹ ... 8] *om.*
 (*hom.*) V

616 Resp. Anselmus, *De libertate arbitrii*, cap. 1 (ed. Schmitt, 1:208) 627 Cap. 7, n. 2 (ed.
 Grottaferrata, 1:465) 644 *Rom.* 6,22 645 *Rom.* 8,21 646 *Rom.* 7,1–25

8.10 NISI PER GRATIAM LIBERETUR, et hoc non oportuit ante peccatum, sed tantum adiuvari.

8.11 SIT LIBERUM a coactione. PARITER, id est aequaliter. ET LIBERIUS, id est pronius, EST AD MALUM etc., ut patet ex supradictis. Id summe est liberum quod habet esse suum conformatum suo velle, et hoc omni alio circumscripto quod vere Dei est. 650

Ex hoc patet quod quantum ad aliquid liberiores sumus ad malum quam ad bonum, quia ad malum possumus ex nobismet ipsis omni alio circumscripto; ad bonum vero non nisi cum gratia. 655

9.1 LIBERTAS ERGO A PECCATO, cap. 9.

VELLE ADIACET, *Rom.* 7.


9.2 QUIA UT AIT APOSTOLUS, *Rom.* 9.

647 oportuit] ponit O 649 liberum] arbitrium *add.* O 651 conformatum] confirmatum P 654 alio circumscripto] *om.* R


657 *Rom.* 7,18 658 *Rom.* 9,16

DISTINCTIO 26

1.1 HAEC EST GRATIA OPERANS ... Dist. 26. Huius distinctionis divisio sic depingitur infra.



1–2 huius ... infra] *marg.* R; cuius divisionem inspicere infra V; *om.* CO



Quaeritur primo quid sit gratia, secundo an eadem sit operans et cooperans.

[QUID SIT GRATIA]

De primo quaeritur sic: gratia aut est substantia aut accidens. Et ponunt multi
5 quod est accidens animae et de praedicamento qualitatis et de illa specie quae est
habitus et dispositio.

[QUOD NON SIT ACCIDENS]

Sed quod non sit accidens multipliciter potest ostendi. Primo sic. Omnino
nullum accidens agit, ut videtur. Sed in actione bona principalior agens est gratia.
Ergo ipsa non est accidens. Maior patet sic. Omnis actio primo est formae, sed

4 de ... sic] hic quaeritur primo V 8 videtur] patet O

non formae ut inest materiae; secundum enim quod materialis est in potentia est, 10
sed potius secundum esse aliquod secundum quod absolvitur a materia; extendit
enim se in id in quod agit. Sed accidens nullum esse habet absolutum ab eo in
quo est, quod est sua materia, quia totum suum esse est inesse. Ergo accidens
non est activum.

Item, omne accidens causatur ab aliqua forma substantiali. Igitur si gratia 15
accidens esset, causaretur ab aliqua forma substantiali spiritus rationalis. Nec
recederet gratia nisi causa eius corrupta, scilicet illa forma. Sed spiritus rationalis
secundum omnem suam formam est incorruptibilis. Ergo non est accidens.

Item, si est accidens animae, aut accidens per se aut per accidens. Si per
accidens, constat alicui est accidens per se, quia si per accidens, ergo per aliquid 20
aliud cui inest prius; illi priori aut inest per se aut per accidens. Si per accidens,
ergo per aliud cui inest prius, et sic in infinitum. Ergo omne accidens est alicui
accidens per se. Sed omne accidens per se est inseparabile a suo per se subiecto.
Ergo cum gratia sit separabilis a spiritu creato, patet quod non est accidens per
se alicui. Ergo nec omnino accidens. 25

Item, gratia et natura opponuntur, sicut dividenda unum commune. Quippe
donum aut est naturale aut gratuitum. Sed omne accidens est natura aliqua, quia
quidquid est in praedicamento. Ergo non est gratia accidens.

Item, ut dicit Augustinus: Virtus intelligitur se ipsa, non per aliquam similitu-
dinem sui, quae non sit ipsa. Eadem ratione et gratia. Igitur cum angeli intelligant 30
gratiam, quae est in te per ipsam, non per aliquam similitudinem, quae non sit
ipsa, intelligunt eam. Igitur haec gratia eadem numero est in mente mea, scili-
cet affectu, quae est in angelorum aspectu. Ergo simul eadem gratia numero in
diversis est. Ergo accidens non est, quia accidens non est extra suum subiectum
nec mutare potest suum subiectum. 35

[QUOD SIT SUBSTANTIA]

Ex dictis patet, ut videtur, quod non est accidens. Ergo est substantia. Aut
ergo substantia creatrix aut creata. Non creata, probatio. Sed potius creatrix.
Substantia creata non est nisi materia aut forma aut compositum ex his. Et
constat omnibus quod gratia non est materia, quia materia non est activa. Gratia
autem est agens principalior. Et etiam si esset materia, tunc aliquid de materia 40
animae periret, cum perditur gratia. Quod falsum est. Nec est compositum, quia
tunc esset aut spiritualis aut corporalis. Constat non est corporalis, tunc enim
non esset spirituum. Si vero est substantia spiritualis, tunc erit aut affectionem
habens ad corpus, ut anima, et tunc aut erit anima vegetabilis aut sensibilis aut

11 aliquod] aliquid O 12 in²] om. P 16 esset] sit *corr. ex* esset P || causaretur]
causatur P 19 aut²] accidens *add.* O 27 est²] a *add.* C 30 sui] om. C 34 quia ...
est³] om. (*hom.*) CO

45 rationalis – quod falsum est – aut non habens affectionem ad corpus, et tunc aut erit benignus spiritus, scilicet angelus – quod falsum est – aut malignus, scilicet diabolus – quod similiter falsum est. Nec potest esse forma substantialis, quia tunc aliqua forma substantialis deperiret animae vel angelo, cum perdit gratiam.

Item, nulla gratia est natura. Sed omnis forma substantialis est natura. Ergo
50 gratia non est forma substantialis. Ergo est creatrix substantia.

Item, omne educens de potentia in actum est nobilius eo quod educitur, quia, ut dicunt Aristoteles et Augustinus, non agit nisi nobilius in ignobilius. Sed gratia educit potentias animae naturales de potentia in actum. Voluntas enim potens amare Deum non amat Deum, nisi adveniat gratia. Ergo gratia est nobilius quam
55 anima vel spiritus creatus. Sed spiritu rationali nihil est nobilius nisi Deus. Unde Augustinus *Retractationes* lib. 1, cap. 25: “Quod dixi: ‘quod est anima melius, id Deum dicimus’, magis dici debuit: ‘omni’ spiritu creato melius.” Igitur gratia non est nisi Deus.

Item, nihil sit melius nisi aliquo addito meliori, id est non per additionem
60 aequaliter boni vel minus boni. Igitur cum per additionem gratiae fiat spiritus creatus melior, patet quod gratia est omni spiritu creato melior. Sed nihil melius omni creato spiritu nisi Deus. Spiritu enim melius esse non potest nisi spiritus. Et omni creato spiritu melius esse non potest nisi increatus spiritus. Ergo gratia est Deus.

65 Item, solus Deus menti illabitur, ut dicit Augustinus *De ecclesiasticis dogmatibus*: “Illabi inquit menti illi soli possibile est qui creavit.” Sed gratia illabitur menti. Ergo ipsa est Deus.

Item, Dionysius dicit quod gratia est sicut radius procedens a sole, exiens in aerem. Sed nulla emanatio est ex Deo nisi ipse, quia simplicissimus est. Ergo
70 radius gratiae eius non est aliud ab eo a quo emanat.

Item, inter statum in peccato et gratum Deo est distantia infinita. Sed gratia est motor faciens hanc pertransire distantiam: elevat enim animam a statu culpae ad statum iustitiae. Ergo ipsa est virtus infinita. Sed solus Deus est infinitae virtutis. Ergo gratia non est nisi Deus.

75 Item, si est creatura: cum anima perdit gratiam quam habuit, illa gratia aut manet alicubi aut corrumpitur. Si manet, quaeritur ubi vel in quo. Et non erit assignare. Si corrumpitur – spiritus vero rationalis est incorruptibilis – ergo est

51 omne] *om.* P 53 in] *ad corr. ex* in P 57 id] illud P 63 et] in *add.* C 65 dicit Augustinus] dicitur CR 68 procedens] *om.* O 69 quia] ipse *add.* BCP 72 animam] eam V 76 manet¹] inest O

52 Resp. Arist., *De an.* 3.5 (430a 18–19); *Auctoritates Aristotelis*, n. 150 (ed. Hamesse, 187); et Aug., *De mus.* 6.4–5 (PL 32, 1166–69) 56–57 Aug., *Retract.* 1.26 (CCL 57, 81) 65–66 Gennadius, *De eccl. dogm.*, cap. 50 (PL 42, 1221) 68–69 Ps.-Dionysius, *De div. nom.*, cap. 4.1 (PL 122, 1129; *Dionysiaca* 1:146–47); coll. ex Alex. Hal., *Glossa in 2 Sent.* 26.10 (ed. Quaracchi, 2:245)

aliquid inferius et ignobilius spiritu rationali creato. Quod esse non potest. Ergo non est creatura.

Item, nihil potest supra se nisi ex aliquo potentiore ei addito. Ergo anima Deum amare non potest nisi per aliquid maius ipsa ei additum. Quod si illud est creatura, non potest in Creatorem, qui adhuc supra se est, nisi per aliquid additum ei maius ipsa, et sic in infinitum. Aut si statur, erit hoc in aliquo quod non est minus Deo, quo possit spiritus creatus in Deum. Et proinde non erit aliquid aliud quam Deus, quo hoc spiritus potest.

Item, nulla creatura ex se potest sine aliquo adiutore in opus bonum. Qui huic contradicit patet quod haereticus est et Pelagianus. Cum ergo spiritus rationalis creatus creatura sit, si et gratia creatura est, totum constans ex gratia et libero arbitrio creatura est. Ergo non potest in opus bonum quousque tu addas gratiam, quae creatura non est, sed Creator. Aut si potest hoc compositum in opus bonum ex se, ergo creatura ex se sine Deo potest in opus bonum. Quod est haeresis Pelagii.

Item, sicut lux se ipsa videtur et alia per eam, sic Deus se ipso cognoscitur; quare ergo non similiter nullo alio, sed se ipso amatur? Sed illud per quod amatur est gratia. Ergo et gratia est Deus.

Item, ad actionem ipsam sufficit anima et Deus sine aliquo alio; quare non similiter ad bonam actionem sufficit voluntas et Deus sine tertio addito? Et patet in principio huius capituli quod Augustinus, ubi debet dicere ‘gratiam’, ibi dicit ‘Deum’, ibi COOPERANDO DEUS IN NOBIS.

Aliquid de hoc definire non praesumo, maxime cum an ita sit vel non, nihil a sanctis recolo me legisse. Dico igitur nihil asserens, sed quocumque modo fingens quomodo et simul verum esse possit quod gratia sit Deus, quod multi sanctorum innuunt, et quomodo accidens, quod et multi dicere videntur.

Et pono exemplum: lux educit colorem de potentia in actum, sed non unde lucet, sed potius unde illuminat. Illuminare autem aliquid addit super lucere. Lucere enim est propria actio lucis. Quam actionem dicit ‘illuminare’, sed aliquo addito – non quidem quod sit in illuminare vel in lucere, sed potius quod fit ab ea. Illuminare enim imponitur ei quod est lucere, sed ab effectu eius in colorem illuminatum. Et si ab hoc actu lucere imponeretur vocabulum, diceretur ‘lux’ vel ‘lucens’. Et tunc si idem esset lux et lucere, sicut dicit Philosophus, verumtamen non est omnino idem lux et lucere, quia lux non est omnino forma, sed multum habet de forma et modicum de materia. Et ideo dicit Philosophus quod idem sunt

81 maius] melius V 84 proinde] proximum P 88 totum] tunc C 91 quod] quae O 96 ad] in P 99 nobis] solutio *add.* P 105–108 lucere² ... lucere] *om. (hom.)* C 106 illuminare] hoc verbum illuminat P 107 illuminare] luminare R || fit] sit OP 109 lux] est *add. interlin.* P 110 si] sic *corr. ex si* P 112 quod] quia P

98–99 N. 1 (ed. Grottaferrata, 1:470) 110 Resp. Arist., *De an.* 2.7 (418b 9–10) 112–113 Ibid.

lux et lucere. Esto quod idem sint, tunc hoc vocabulum ab eodem et eidem imponeretur, quia si substantiae suae imponitur et a sua actione, scilicet lucere, quae
 115 est illi idem, idem est et cui et a quo imponitur nomen. Et tale nomen necessario nomen est substantiae tantum. Sed si ab illuminare imponeretur vocabulum, scilicet ab effectu lucis in coloratum, diceretur ‘illuminatrix’. Et tunc quidem id cui imponitur nomen substantia est, scilicet lux. Sed a quo imponitur nomen non est lux neque lucere, sed passio illata colori illuminato, scilicet effectus lucis.
 120 Qui effectus a luce est et non in luce, sed potius in colore; illuminatio enim est passio coloris illuminati. Et ille effectus sive haec passio accidens est non lucis, sed coloris. Et sic licet ‘illuminatricis’ vocabulum significet substantiam, scilicet lucem, ut cui imponitur; significat tamen et accidens non lucis, sed coloris a quo luci imponitur. Et si, sicut dicit Aristoteles, nomen principaliter significat id a
 125 quo imponitur quam illud cui imponitur, vocabulum ‘illuminatricis’ significabit accidens.

Similiter potest imaginari in proposito. Deus enim est substantia agens, cuius actio est sua substantia. Potest igitur suae substantiae nomen imponi a sua actione, quae actio est sua substantia. Et sic illud nomen non significabit nisi essentiam divinam, quia idem est a quo et cui tale nomen imponitur. Tale forte est
 130 hoc nomen ‘Deus’, quod sonat ‘videre’, scilicet intellectu, et hoc est intelligere, quod est propria Dei actio. Et quia actionem Dei consequitur effectus in creatura tamquam passio, potest eidem essentiae divinae nomen imponi a tali effectu et passione, qui effectus accidens est, non quidem Dei, sed rei in quam agitur. Sic
 135 imaginari potest hoc nomen ‘gratia’ imponi Deo et ideo Deum significare, et imponi ab effectu Dei in voluntate, qui effectus esteductio voluntatis de potentia in actum suum excellentissimum. Et tunc principaliter significabit accidens, sicut id a quo imponitur nomen ‘gratiae’; secundario vero Deum, sicut id cui imponitur hoc nomen. Utraque significatio huius nominis ‘gratia’ iam dicta confirmatur
 140 per duplicem gratiae definitionem: una qua ponitur donum Spiritus Sancti, et alia qua ponitur passio. Sic enim definitur: “Gratia est forma a Deo gratis data, sine merito, gratum faciens habentem et opus eius Deo gratum reddens.”

Item, Chrysostomus: “Gratia est delectatio cordis.” Nec intelligas quod compellat Deus educens voluntatem de potentia in actum ipsam exire in actum, sicut
 145 lux colorem. Sed est sicut si intelligeremus in colore esse virtutem qua posset, si vellet, non illuminari vel non recipere lucem, tunc enim non compelleretur a luce exire in actum. Sic est in proposito.

114 quae] quod C 122–123 et... coloris] *om. (hom.)* P 124 si sicut] *inv.* P 131 quod] quia O 132 propria] proprie P 133 imponi] *om.* P 134 non quidem] numquid P
 139 significatio] significantia O 145 si] *om.* O

124–125 Resp. Arist., *De interpret.* 2 (16a 19–20) 141–142 Alex. Hal., *Glossa in 2 Sent.* 26.6 (ed. Quaracchi, 2:243) 143 Ps.-Ioan. Chrys., *Opus imperfectum in Matt.*, hom. 28 (PG 56, 779), coll. ex *ibid.*

[UTRUM NOMEN GRATIAE IMPONATUR
ESSENTIAE DIVINAE AN PERSONAE ALICUI]

Sed nunc merito quaeritur, si agens ille cui imponitur nomen gratiae Deus est, aut hoc est essentia divina cui imponitur hoc nomen, aut persona aliqua; et si persona, quae. Et dici potest rationabiliter quod Deus et natura est et voluntas. 150 Et unde natura, emanat ab eo Filius; unde voluntas, emanat ab eo Spiritus. Id autem quo aliquid educitur de potentia in actum debet aliquo modo ei assimilari plusquam alteri.

Similiter voluntas nostra et natura est et voluntas. Unde natura est educta de potentia in actum, emanat ab ea actio naturalis, scilicet velle. Unde vero 155 voluntas est educta de potentia in actum, emanat ab ea actio sua excellentissima, scilicet velle bonum. Convenit ergo ut voluntas, unde est natura, educatur a Deo de potentia in actum naturalem per eum qui emanat ab ipso in quantum est natura, scilicet per Filium, per quem fecit omnem naturam. Unde et ‘manus Patris’ dicitur. Et ut voluntas, unde est voluntas, educatur de potentia in actum 160 suum voluntarium, scilicet velle bonum per ipsum qui emanat ab eo in quantum est voluntas, scilicet per Spiritum Sanctum. Igitur saltem per appropriationem iste educens de potentia ad actum qui est bene velle Spiritus Sanctus est. Et iste est cui imponitur hoc nomen ‘gratia’. Et dico per appropriationem et non proprie, quia proprie educens de potentia ad actum est tota Trinitas. Opera enim 165 Trinitatis sunt indivisa. Hinc forte est quod magis communiter dicitur gratia Spiritus Sancti quam Patris vel Filii; et I *Cor.* 12: “Divisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus.”

[UTRUM EADEM SIT GRATIA OPERANS ET COOPERANS]

De secundo iam patet quod si de agente quaeritur cui nomen imponitur, utrum sit ille idem agens cui imponitur nomen gratiae operationis et cooperationis, patet 170 quod sic, quia Deus. Si vero quaeratur utrum illi effectus qui efficiuntur in libero arbitrio per Deum operantem et cooperantem, a quibus effectibus imponitur nomen gratiae operantis et cooperantis, sint plures vel unus, patet quod non unus. Effectus enim Dei operantis est detestatio mali vel recedere a malo; effectus 175 autem Dei cooperantis est amor boni vel facere bonum, quae non sunt omnino idem. Sed quia nullus habitus efficitur in colore per contactum lucis, pono exemplum conveniens in iride. Lux enim uniens se nubi efficit colores varios in ipsa.

148 nunc] tunc R 149 hoc¹] hic P 151 Spiritus] sanctus *add.* P 159 Filium per] *om.* (*hom.*) P 160 educatur] a deo *add.* P 163 ad] in P || bene] bonum P 166 dicitur] *om.* P 172 et cooperantem] *om.* P 173 sint] sicut CR 175 quae] quod C

159–160 Resp. Aug., *Tract. in Ioan.* 48.7 (CCL 36, 416–17) et Petr. Lomb., *Collect. in Ps.* 118,7 (PL 191, 1131); cf. Rob. Gross., *Dictum* 19 (Oxford, Bodleian Library MS Bodley 798, f. 17^{vb}; ed. Goering, www.grosseteste.com/dicta) 167–168 I *Cor.* 12,4

Intellige igitur quod Deus est tamquam lux, et anima tamquam nubes; varietas virtutum in anima est tamquam varietas colorum, et nomen gratiae, ut dixi, potest
 180 esse nomen vel Dei uniti quodammodo menti vel effectus eius, et tunc idem et gratia et virtus. Virtus autem magis videtur nomen solius effectus. Haec dixi non asserendo, sed potius cuilibet discutiendum quid verum relinquo.

1.1 HAEC, scilicet quae praeparat voluntatem et praeparatam conservat, EST GRATIA OPERANS, scilicet praeveniens, ET COOPERANS, scilicet iuvans.

[UTRUM FRUSTRA VELIT, CUM BONA VOLUNTAS
 IN ACTUM EXTERIOREM NON PROGREDITUR]

185 1.1 ADIUVAT NE FRUSTRA VELIT.

Tunc frustra vult, cum bona voluntas in actum non progreditur exteriorem, ut videtur dicere.

Sed contra. Nonne aliquando coronamur pro solo velle, qui est actus interior? Immo quia si pro solo velle malo interiori damnamur, multo fortius et
 190 pro solo velle interiore coronamur, cum pronior sit Deus ad praemiandum quam damnandum.

Solutio. Tunc frustra dicitur velle, cum non exit in actum exteriorem in quantum potest, quia si non exit in actum exteriorem in quantum potest, sed piger est ad actum exteriorem, necessario non omnino vult – immo et vult et non vult,
 195 et magis non vult quam vult. Unde *Prov.* 13: “Vult et non vult piger.” Et ideo frustra vult, quia per tale tepidum velle non meretur vitam aeternam.

[UTRUM DEUS OPERETUR UT COGITEMUS BONUM]

1.1 QUIA IPSE UT VELIMUS OPERATUR, immo etiam ut cogitemus bonum. Hieronymus de filio prodigo revertente, *Luc.* 15: Nec illam redeundi voluntatem haberet, nisi eam in occulto prius pater inspirasset.

200 Item, *Glossa* super *Rom.* 7: “Velle mihi adiacet,” *Glossa*: “Vere non habitat in me bonum, quia nec bonum velle, nec bonum perficere.”

Item, II *Cor.* 3: “Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis.”

178 tamquam¹] quasi P 182 verum] sit *add.* V 183 praeparat] praeparant P || conservat] conservant P 190 velle] *om.* C || quam] ad *add.* P 202 aliquid] *om.* V

195 *Prov.* 13,4 198–199 *Resp. Aug., Epist.* 186.2 (CSEL 57, 49) 198 *Luc.* 15,17–32
 200–201 *Glossa interlin.* in h.l. (ed. princeps, 4:289a) 200 *Rom.* 7,18 202–203 II *Cor.* 3,5

Item, super *Act.* 15: “Cur tentatis Deum,” *Glossa*: “Ille tentat Deum qui aliter quam praecipit facere laborat qui praecepta se sine gratia conservare confidit.”²⁰⁵
Sed bene velle et bene cogitare sunt Dei praecepta. Ergo sine gratia non servantur.²¹⁰

[ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

Contra. *Zach.* 1: “Convertimini ad me et ego convertar ad vos.”

Item, Origenes super *Levit.*: Incipere nostrum est, sed perficere a Deo.

Item, super *Ezech.* 3: “Aperi os meum, et cibavit me volumine illo,” glossa Hieronymi: Hoc dicit ad innuendum quod initia bonae voluntatis in nobis sunt; perficere autem a Deo.²¹⁰

[SOLUTIO]

Solutio. Primas auctoritates et quod concludunt concedo.

Ad contra inductas dicendum quod dupliciter dicitur principium boni operis: scilicet principium intra, quod est aliquid ipsius boni operis, ut bene cogitare vel recedere a malo; et principium extra, quod est negatio, scilicet non refutare gratiam oblatam. Principium primo modo dictum est a solo Deo; principium secundo modo est a nobis solis. Totum vero residuum boni operis et a Deo et a nobis.²¹⁵

Vel aliter: licet et initium et consummatio boni operis sit et a Deo et a nobis, tamen quod minus est boni operis, scilicet initium, nobis attribuitur; et quod maius est Deo, sicut *Prov.* 16: “Hominis est animam praeparare, et Domini gubernare linguam.” Cum tamen utrumque sit, et Dei et hominis.²²⁰

De hac materia Bernardus *De libero arbitrio et gratia*: Apostolus “quod boni potest esse, id est cogitare, velle, perficere, Deo attribuit. Sed primum pro facto sine nobis, secundum nobiscum, tertium per nos facit. Si quidem immittendo bonam cogitationem, nos praevenit ... praevenire nos nequaquam possumus. Qui autem bonum neminem invenit, neminem salvat, quem non praevenit.” Nec primum itaque in quo nihil facimus, nec ultimum quod plerumque extorquet timor inutilis aut simulatio damnabilis, sed tantum medium nobis reputatur immeritum. Sola quippe bona voluntas sufficit; cetera non prosunt, si sola defuerit.²²⁵
²³⁰

^{1.1} ET SIC VOLUMUS etc., id est efficaciter. TAMEN SINE ILLO, *Ioan.* 15: “Sine me nihil potestis facere.”

205 se] *om.* P 213 dicitur] *om.* R 216 modo] *om.* V 217 solis] solum CP 221 magis] magis P 229 reputatur] reputatum P

204 *Act.* 15,10 204–205 *Glossa ordin.* in h.l. (ed. princeps, 4:487b); cf. Hugo de S. Caro, *Post. in bibl.* super h.l. (ed. Basel, 6:270^{vb}) 207 *Zach.* 1,3 208 *Resp. Glossa ordin.* in *Lev.* 7,32 (ed. princeps, 1:226b) 209 *Ezech.* 3,2 209–211 *Resp. Hier., Comm. in Ezech.* 1.3 (CCL 75, 31); cf. *Glossa interlin.* in h.l. (ed. princeps, 3:228b) 221–222 *Prov.* 16,1 223–227 Bern., *De gratia et lib. arb.*, cap. 14.46 (ed. Cist., 3:199) 231–232 *Ioan.* 15,5

^{1.2} EA ENIM, id est per eam, BONAM sequitur; *Ps.*: “Misericordia eius subsequetur me.”

²³⁵ ^{1.3} NON EST VOLENTIS, *Rom.* 9. PARATUR ENIM VOLUNTAS, *Phil.* 2: “Deus est qui operatur in vobis, et velle, et perficere.” ET A DOMINO GRESSUS HOMINIS etc., *Prov.* 16: “Cor hominis disponit viam suam: sed Domini est dirigere gressus eius.” Non tamen ita est Domini quod et non sit hominis. Unde *Prov.* 4: “Dirige semitam pedibus tuis.” Et *Prov.* 15: “Vir prudens dirigit gressus.” ²⁴⁰ NISI DIVINITUS ADIUVETUR, *Is.* 26: “Omnia opera enim operatus es in nobis, Domine.” *Phil.* 2: “Deus est qui operatur in vobis, velle et perficere.” NON AUTEM EGO, *I Cor.* 15.

^{2.1} VOLUNTATEM IPSAM, cap. 2.

NON ADMITTENDUM malum. ADIPISCENDUM bonum.

²⁴⁵ ^{2.2} HAEC AUTEM voluntas. UT RECTE DICTUM INTELLIGATUR illud *Rom.* 9: “Non est volentis” etc. ET ALIIS PRAEMISSIS praecedenti capitulo, secunda auctoritate.

^{2.3} COMITATUR GRATIAM, tamquam comes et secundaria; comitari enim importat sub auctoritatem. CUM FIDES IMPETRAT, Augustinus: Cetera cum ²⁵⁰ possit homo nolens, “credere non potest nisi volens.”

Item, idem: “Posse credere est natura hominum, sed credere gratia est fidelium.”

^{2.3} UNICUIQUE, *Rom.* 12.

^{3.1} ET SI DILIGENTER, cap. 3.

²⁵⁵ IUSTIFICATI SUMUS, iustitia hic communiter dicitur ad omnem virtutem. Unde Augustinus *Super Genesim* lib. 2: Iustitia circuit omnes virtutes. IUSTIFICATI etc., *Rom.* 5. ET ALIBI, *Rom.* 3. QUID HABES, *I Cor.* 4. QUOD FIDES EST CAUSA formata, non informis, quae est in iniustis et daemonibus.

^{3.2} ET NON ESSET GRATIA etc., *Rom.* 11: “Si autem gratia, iam non ex operibus.” ²⁶⁰ Alioquin gratia iam non est gratia.

235 paratur] operatur P 244 malum] om. O 245 illud] om. O; marg. P 246 volentis etc.] voluntatis P 248 comes] omnes B || secundaria] secundario B || comitari] comitaria C 255 sumus] simus ed.

233–234 *Ps.* 22,6 235 *Rom.* 9,16 235–236 *Phil.* 2,13 237–238 *Prov.* 16,19 239 *Prov.* 4,26 239–240 *Prov.* 15,21 240–241 *Is.* 26,12 241 *Phil.* 2,13 242 *I Cor.* 15,10 245–246 *Rom.* 9,16 246–247 Cap. 1, n. 3 (ed. Grottaferrata, 1:470–71) 249–250 Aug., *Tract. in Ioan.* 26.2 (CCL 36, 260); coll. ex Alex. Hal., *Glossa in 2 Sent.* 26.4 (ed. Quaracchi, 2:241) 251–252 Aug., *De praedest. sanctorum*, cap. 5,10 (PL 44, 968), coll. ex ibid. 253 *Rom.* 12,3 256 Resp. Aug., *De Gen. contra Manich.* 2.10 (PL 34, 204); coll. ex Alex. Hal., *Glossa in 2 Sent.* 26 (ed. Quaracchi, 2:247) 257 *Rom.* 5,1 || *Rom.* 3,24 || *I Cor.* 4,7 259–260 *Rom.* 11,6

3.3 IMPETRAT potestatem efficiendi.

4.1 IPSA TAMEN EADEM, cap. 4.

MULTA DEI DONA, scilicet gratiam adiuvantem. QUAE bona NON PRAECEDIT voluntas. IPSA voluntas IN EIS EST, quia non tempore, sed natura praeceditur, ut infra exponitur isto capitulo, infra ibi: QUIA EA IU VAT QUI- 265
BUS PRAEVENITUR etc. ET IPSA, dona scilicet. ORARE PRO INIMICIS, *Matt.* 5: “Orate pro persequentibus et calumniantibus vos.” ADMONEMUR PETERE, *Luc.* 11: “Petite, et dabitur vobis.” *Ioan.* 16: “Petite et accipietis.” COMMITATUR, id est sequitur.

4.2 CORDE CREDITUR, *Rom.* 10. QUIA CETERA, scilicet actus exteriores. 270
CREDERE AUTEM NON NISI VOLENS. Hoc velle, si est ex gratia, gratia praecedit gratiam in infinitum.

Solutio. Hoc velle non est nisi non repellere gratiam oblatam, quod forte potest ex se sine gratia. Vel hoc velle est simul cum gratia, et tamen ab hac gratia. Gratia autem tangens voluntatem facit eam potentem velle eam. 275

4.3 CUM IPSA fides SIT PROPRIE DONUM DEI. I *Cor.* 12: “Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiae, alii autem sermo scientiae secundum eundem Spiritum, alteri fides in eodem Spiritu.” SUPRA CONGRUENTER DIXIT, cap. 4: IPSA TAMEN, in principio. QUIA TEMPORE etc., licet natura.

4.4 NON QUOD SUFFICIENTES, II *Cor.* 3. QUOD PRAEDICTIS, scilicet duobus praecedentibus capitulis. 280

4.5 ILLA ENIM voluntas vel cogitatio, qua recte vivitur. SINE SPIRITU etc., II *Cor.* 3: “Ubi Spiritus Domini, ibi libertas.” NON EST LIBERA etc., II *Petri* 2: “A quo quis superatus est huius et servus est.” CARITAS DIFFUNDATUR, *Rom.* 5. OPERANTE DILECTIONEM, *Gal.* 5. 285

5 ILLA AUTEM COGITATIO, cap. 5.

6.1 SED INFIRMITATE, de qua *Sap.* 9: “Corpus quod corrumpitur” etc. AD EAS iustificationes. PRIUS ENIM EST etc. Hoc est quod dictum est supra de libero arbitrio, quod prius est apprehendere; deinde apprehensum concupiscere aliquantum; tertio convertere se supra se, quod est liberi arbitrii. 290

6.1 QUAM SINT UTILES iustificationes. DELECTABAT prius.

269 sequitur] consequitur BCP 285 operante] *om.* ed.

265–266 N. 3 (ed. Grottaferrata, 1:475) 267 *Matt.* 5,44 268 *Luc.* 11,9 || *Ioan.* 16,24
270 *Rom.* 10,10 276–278 I *Cor.* 12,8 279 N. 1 (ed. Grottaferrata, 1:473) 280
II *Cor.* 3,5 283 II *Cor.* 3,17 283–284 II *Petri* 2,19 285 *Rom.* 5,5 || *Gal.* 5,6
287 *Sap.* 9,15 288–290 Resp. supra, p. 84

[UTRUM FIDES SIT PRIMA GRATIA]

6.2 ATTENDE HUNC ORDINEM GRATIARUM.

1. Igitur si ista bona opera fidem praecedunt, quomodo non diceretur quod fidem his bonis meretur?

295 2. Item, bona opera, facta extra caritatem et per consequens praeter fidem formatam, quare non dicentur mereri fidem et caritatem? Sic enim videtur ex *Act.* 10 de Cornelio Gentili: sic enim legitur de eo: “Religiosus et timens Deum cum omni familia sua, faciens eleemosynas multas.” Si haec igitur fecit Cornelius antequam fidem haberet, quia antequam instrueretur a Petro, quomodo his
300 bonis operibus non meruit fidem? Unde ibi subditur ab angelo: “Orationes et eleemosynae tuae ascenderunt in memoriam in conspectu Domini.”

Solutio ad primum. Fateor fides est prima gratia. Et cum haec gratia primo datur alicui, in ipso contactu gratiae et mentis confertur menti cogitare quid credendum et potestas assentiendi cogitatis. Unde licet nondum susceperit quis hanc
305 gratiam oblatam, ut dici possit habere fidem, tamen in contactu eius et mentis datur ei cogitare et posse assentire cogitatis. Sed tunc primo elicitur iste actus consentire vel credere, cum receperit fidem, scilicet gratiam oblatam. Igitur omnia haec bona sunt non a gratia alia quam a fide, nec tantum ab ipsa voluntate, et ita haec non merentur fidem. Quod autem dixit Magister haec bona fidem
310 praecedere sic intelligatur, id est actum fidei, scilicet credere, vel habitationem fidei.

Ad secundum dic quod Cornelius aliquam fidem habuit ante illa bona opera, et aliquantulum formatam. Potest enim contingere quod aliquis amet creaturas plusquam Deum, tamen et Deum aliquantulum amet. Et ita in caritate non est,
315 tamen fidem habet et semiformatam. Et ex tali fide semiformata potest facere bona opera, ut dare eleemosynas et huiusmodi. De Cornelio dici potest quod fidem habuit et caritatem, licet non omnium articulorum fidei distinctae, quia non Incarnationis; et fides in eo praecessit, sicut ibi dicit *Glossa* Bedae: “Cornelius non virtutibus ad fidem, sed fide pertinebat ad virtutes.” Gregorius ait:
320 “Cornelius, cuius eleemosynae ante baptismum angelo testante laudantur, non operibus ad fidem, sed fide venit ad opera. Si enim ante baptismum Deo non credebat, quem orabat? Sciebat igitur Deum Creatorem omnium, sed ignorabat Filium incarnatum. Bono opere promeruit, ut Deum cognosceret.”

293 diceretur] dicuntur B 296 Act.] hac B 303 alicui] et *add. interlin.* P 304 susceperit] prius enim est ille contactus quam gratiae susceptio ad minus natura et forte tempore *add. marg. m. post.* C; *add. et sign.* vacat P 309 merentur] meretur V 310 intelligatur] intelligitur P 317 distinctae] distinctionem P 319 fide] fidem P 323 bono] ideo P

296–298 *Act.* 10,2 300–301 *Act.* 10,4 309–310 *Resp.* cap. 4, n. 4 (ed. Grottaferrata, 1:475) 318–319 *Glossa ordin.* in *Act.* 10,1 (ed. princeps, 477a) 319–323 *Ibid.*

7.1 QUA delectatione. QUAEDAM BONA EX DEI GRATIA, ut illa voluntas et intellectus de qua iam dixit. QUAEDAM BONA ratione commodi, non praemii, 325 quia non meritoria, sed tantum praeparatoria. QUAEDAM ETIAM EX SOLO LIBERO ARBITRIO, ut colere agros et huiusmodi. NEC ISTA ESSET GRATIA, id est ei nomen gratiae non conveniret.

8.1 HIC CONSIDERANDUM EST, cap. 8.

UTRUM UNA ET EADEM GRATIA SIT etc. De hac quaestione supra dist. 26, 330 in principio.

8.2 IDEM DONUM, EADEM VIRTUS. Idem sunt in re donum, virtus, gratia, ut dicunt. Sed 'donum' dicitur in respectu a quo; 'virtus' in respectu ad quod, scilicet respectu operis, quod est ab ea; 'gratia' respectu eius in quo, scilicet ut ipsum gratificet. 335

9 SI VERO QUAERITUR, cap. 9.

AN gratia sit. ACTUS, sicut virtus videtur esse actus, ut patet in littera.

10 SUNT MAGNA, quae sunt supra tempus. ALIA MINIMA, bona temporis. ALIA MEDIA, quae sunt in tempore. QUORUMLIBET OPERUM, scilicet creaturarum. 340

11.1 QUAERITUR AUTEM IN QUIBUS, cap. 10.

IAM VIRTUS EST, id est opus virtutis.


11.2 QUOD SUPRA QUAEREBATUR, capitulo praecedenti: SI VERO QUAERITUR, scilicet an gratia vel virtus fuit actus vel habitus. BONORUM ILLORUM mediorum, scilicet QUOD SI EST. Et solvunt dicentes quod virtus dicitur tripli- 345 citer: scilicet vel bonus usus, vel bonae qualitatis mens, vel bona qualitas mentis.

335 gratificet] gratificetur P 339 operum] corporum ed.


343–344 Cap. 9 (ed. Grottaferrata, 1:478)

DISTINCTIO 27

1.1 HIC VIDENDUM EST QUID SIT VIRTUS ... Dist. 27.



1 dist. 27] cuius divisionem accipe hic infra *add.* V



- primam
- secundam: cap. 2 infra SIMILITER ETIAM INNITEBATUR PELAGIUS
- 2 ← — tertiam: cap. 3 infra ALIBI ETIAM AUGUSTINUS DICIT etc.
- quartam: cap. 3 infra SIC ETIAM INTELLIGENDUM EST QUOD IN EODEM
- quintam: cap. 3 infra IN EXPOSITIONE QUOQUE QUARUNDAM PROPOSITIONUM
- sextam: cap. 3 infra ILLUD ETIAM DILIGENTER EST INSPICIENDUM

Quia supradixerat Augustinus opus virtutis esse bonum usum potentiarum naturalium, et alibi dixerat similiter quod virtus est bonus usus potentiarum naturalium, videtur sensisse Augustinus quod idem sit virtus et opus virtutis. Ad quod solvendum ponit hic Magister definitionem virtutis: VIRTUS EST UT AIT 5 AUGUSTINUS etc. QUALITAS, ponitur pro genere, BONA, ad differentiam malarum qualitatuum quae sunt vitia, MENTIS, ad differentiam qualitatuum corporalium, ut albedo et huiusmodi, QUA RECTE VIVITUR, ad differentiam scientiae qua potius recte intelligitur quam vivitur, QUA NULLUS MALE UTITUR, ad differentiam potentiarum naturalium quibus contingit male uti, QUAM SO- 10 LUS DEUS OPERATUR IN NOBIS, ad differentiam politicarum virtutum, in quibus homo cooperatur Deo.

[QUID SIGNIFICET ‘BONA’]

1.1 BONA QUALITAS:

1. Li ‘bona’ praedicat bonitatem gratuitam. Sed bonitas gratuita nihil aliud est quam virtus. Ergo idem per se definitur. 15
2. Item, nihil se denominat. Albedo enim non dicitur ‘alba’. Cum ergo virtus sit bonitas ipsa, virtus non dicitur ‘bona’.
3. Item, virtus est bona aut se ipsa aut alia bonitate. Si se ipsa: sed solus Deus se ipso est bonus; ergo virtus est Deus. Si alia: illa aut est bona se ipsa aut alia, et sic in infinitum. Aut ponetur quod virtus est bona bonitate quae Deus est, scilicet 20 bonitate increata, quod aliqui ponunt.

Ad primum dic quod li ‘bona’ dicit bonitatem, non gratuitam, sed quod commune est ad bonitatem gratuitam et naturalem.

Ad secundum dicendum quod multa sunt quae praedicantur de se denominative, ut bonitas dicitur ‘bona’, unitas ‘una’, dilectio ‘dilecta’. Sed proprie non 25

2 supradixerat] supradixit CP 4 sit] est V 5–6 virtus ... etc.] om. V 9 qua²] quo BCORV 20 ponetur] poneretur C

2 Resp. dist. 26, cap. 11 (ed. Grottaferrata, 1:479) 2–5 Coll. ex Hugo de S. Caro, *Comm. in 2 Sent.* 27 (MS Vat. lat. 1098, f. 67^{vb}) 2–3 Aug., *Retract.* 1.9 (CCL 57, 29); cf. Alex. Hal., *Glossa in 2 Sent.* 27.7 (ed. Quaracchi, 2:257) 3–4 Resp. Aug., *De lib. arb.* 2.19 (CCL 29, 271)

praedicatur idem de se denominative nisi in his quae supra se convertuntur, ut dilectio quae diligitur utique, et intellectio intelligitur. Et tunc intellectio et hoc quod dico intelligitur et dilectio et hoc quod dico diligitur non idem penitus dicunt. Sed ‘dilectio’ dicit affectionem animae affectae ad aliquid, et ‘diligitur’
 30 dicit affectionem consequentem conversionem animae super ipsam dilectionem qua aliquid diligo. Si autem dicatur iustitia ‘iusta’, non est sermo proprius. Sed si dicatur iustitia ‘res bona’ vel ‘qualitas bona’, proprie dicitur; et similiter si dicatur bonitas ‘qualitas bona’, proprie dicitur. Nec tunc praedicatur ‘bona’ de bonitate, sed potius ‘qualitas’ praedicatur de bonitate. Et li ‘bona’ non bonitati,
 35 sed potius qualitati attribuitur. Adiectivum enim adicit rem suam substantivo suo, non alteri. Igitur bene dicitur: “Virtus est qualitas bona.” Non enim attribuitur bonitas hic nisi qualitati, et qualitas virtuti.

Ad tertium dicitur quod virtus est bona non se ipsa, sed bonitate, quae communis est sibi et aliis. Quod si de illa quaeritur an se ipsa sit bona, dicunt quidam
 40 quod se ipsa formaliter, non efficienter. Non enim alia bonitate quae sit huius bonitatis forma est haec bonitas bona, sed alia bonitate quae sit huius bonitatis efficiens causa, scilicet Deo. Deus vero ita se ipso bonus est quod nec formaliter nec efficienter est alio bonus. Sed patet quod illa bonitas – si dici debet bona bonitate quae Deus formaliter est – bona est. Sic artifex sigilli necessario habet
 45 in mente sua formam sigilli faciendi, alioquin ipsum non faceret. Si igitur artifex ille esset quidquid in se habet, necessario esset non tantum efficiens causa sigilli sed etiam causa formalis eiusdem. Cum ergo Deus habuerit ab aeterno formam rerum faciendarum, quae est ars divina in mente sua, et ipse est quidquid habet, ergo ipse est non tantum efficiens causa omnis creaturae, sed etiam forma. Unde
 50 dicit Augustinus quod Deus est forma et forma omnium. Ergo haec bonitas creata non tantum habet aliam bonitatem efficientem causam sui sed etiam formalem. Nemo tamen aestimet vel me vel Augustinum velle quod, cum Deus sit forma bonitatis creatae, sit aliquid ipsius vel forma materialis et pars compositi, sicut ponunt quidam haeretici.

[UTRUM DEUS SOLUS IN HOMINE OPERETUR]

55 1.1 QUAM SOLUS DEUS IN HOMINE OPERATUR.

Contra. Augustinus: “Qui creavit te sine te, non iustificat te sine te.” Sed virtute quis iustificatur? Ergo virtus non tantum a Deo.

27 intellectio¹] quae add. P 28 et¹ ... diligitur] del. P 29 affectionem] dilectionem V
 37 hic] haec P 41 bonitatis¹] om. P 44 est¹] om. BCORV 45 sua] scilicet O
 50 Deus] om. P

36 Alex. Hal., *Glossa in 2 Sent.* 27.8 (ed. Quaracchi, 2:257 et n. 2) 38 Resp. Hugo de S. Caro, *Comm. in 2 Sent.* 27 (MS Vat. lat. 1098, f. 67^{vb}) 50 Resp. Aug., *De vera rel.*, cap. 36 (CCL 32, 231) 56 Aug., *Sermo* 169.11.13 (PL 38, 923)

Item, Bernardus: “Opus salutis non fit sine duobus, scilicet a quo fit et cui, vel in quo fit.”

Item, “ad iustificationem impii quattuor exiguntur, scilicet motus liberi arbitrii, 60 infusio gratiae, contritio, remissio peccati; sed virtute (ad minus illa quae iustitia vel fides est) iustificamur. Ergo ad virtutem exigitur motus liberi arbitrii. Et ita ipsa non est a solo Deo.”

Solutio. Dicendum quod Deus dat virtutem vel creat eam in nobis sine nobis, id est sine nobis cooperantibus in creatione eius, sed non sine nobis aliquid 65 agentibus, scilicet recipientibus et consentientibus. Sicut radius solis, quando aperio fenestram, sine me cooperante ingressum eius, intrat; non tamen sine me operante aliquid.

Et nota quod plures ponuntur virtutis definitiones. Aristoteles: Virtus est “ultimum in re de potentia.” Augustinus: “Virtus est habitus mentis bene compositae.” 70 Augustinus in *Soliloquiis*: “Virtus est ratio recta, ad suum finem perveniens.” Augustinus *De civitate Dei*: “Virtus est bona voluntas.” Augustinus *De moribus ecclesiae catholicae*: “Virtus est ordo amoris.” Augustinus *De quantitate animae*: “Virtus est aequalitas vitae rationi undique consentiens.” Hugo de Sancto Victore: “Virtus est affectus cum ratione ordinatus.” Aristoteles in *Ethicis*: “Virtus 75 est habitus voluntarius, in medietate existens.” Item, “virtus est dispositio perfecti ad optimum.” *De tusculanis quaestionibus* lib. 2: Virtus est quod “amitti non potest”; lib. 4 eiusdem: Virtus est “recta ratio”; lib. 5: Virtus est quo vita bona vel beata conficitur.

1.2 QUAM NON FACIT IN HOMINE NISI DEUS, *Iob* 6: “Non est auxilium 80 mihi in me.”

1.3 EPHESIIS SCRIBENS, cap. 2. QUOD SUPERIORIBUS: dist. 26, cap. ILLA AUTEM in fine. ET SANAT, dicitur enim virtus quasi ‘virus tollens’. INFIRMA PER LEGEM, quam implere non potest sine gratia, UT SANETUR GRATIA,

58 cui] fit add. P 64 dat] efficit O 65 cooperantibus] operantibus P 67 cooperante] ad add. interlin. P

58–59 Bern., *De gratia et lib. arb.* 1.2 (ed. Cist., 3:166); coll. ex Alex. Hal., *Glossa in 2 Sent.* 27.8 (ed. Quaracchi, 2:258) 60–63 Alex. Hal., *ibid.* 69 Definitiones quae sequuntur ex *Glossa Alexandri Halensis*, 2.27 (ed. Quaracchi, 2:259–60) excerptae sunt 69–70 Arist., *De caelo* 1 (281a 14–15) 70 Potius Alcher, *De spiritu et anima*, cap. 4 (PL 40, 782) 71 Aug., *Soliloq.* 1.6.13 (CSEL 89, 21) 72 Non invenimus nisi ad sensum: resp. Aug., *De civ. Dei* 14.6 (CCL 48, 421) 72–73 Aug., *De moribus eccl.* 1.15 (CSEL 90, 29–30), ad sensum; *De civ. Dei* 15.22 (CCL 48, 488) 73–74 Aug., *De quant. an.*, cap. 16 (CSEL 89, 164) 74–75 Hugo de S. Victore, *De sacramentis* 1.6.17 (PL 176, 273) 75–76 Arist., *Eth. Nic.* 2.6 (1106b 36–1107a 1); ‘Vetus’ (ed. Gauthier, *Arist. Lat.* 26.2, 14) 76–77 Arist., *Phys.* 7.3 (246a 13); cf. *Auctoritates Aristotelis*, n. 186 (ed. Hamesse, 155) 77–78 Cicero, *De tusc. disput.* 2.14 (LCL 180) 78 *Ibid.* 4.15 (362) 78–79 Resp. *ibid.* 5.16 (474) 80–81 *Iob* 6,13 82 *Eph.* 2,8 82–83 Cap. 5 (ed. Grottaferrata, 1:476)

85 *Eph.* 2: “Gratia estis salvati.” Ergo vulnus in naturalibus effectum ex actualibus peccatis hic sanatur.

2.1 SI IGITUR GRATIA, cap. 2.

VEL PLURES, virtutes enim dicuntur plures. SED BONUS motus. MALUS VERO motus est. NON RESURGERE. *Is.* 25: “Gravabit eam iniquitas sua, et corruet et non adiciet ut resurgat.” *Amos* 5: “Domus Israel, cecidit, non adiciet ut resurgat.” *Matt.* 6: “Quis vestrum cogitans potest ad staturam suam adicere cubitum unum?” quasi dicat ‘nullus’, quia *I Cor.* 3: “Qui incrementum dat, Deus.” Quod si non potes adicere cubitum corpori, quanto magis nec iustitiam menti? Iustitia enim est de bonis magnis, cubitus de minimis. Si non potes tibi dare altitudinem cubiti, quomodo dabis altitudinem caeli? *Phil.* 3: “Nostra conversatio in caelis est.” *Eph.* 2: “Resuscitavit et sedere nos fecit in caelestibus.”

Item, stare non potes in eo quod habes sine gratia; *I Petri* 5: “Breviter scripsi obsecrans et contestans hanc esse veram gratiam Dei, in qua et statis.” Quanto magis non potes in statum meliorem sine gratia?

100 2.1 ABSTINENDI AB OPERE SUO malo. POTESTAS NULLA etc. Malum enim opus est proprium animae, bonum vero gratiae et animae; *Osee* 13: “Perditio tua, Israel, tantummodo ex me auxilium tuum.” EARUM PECCATUM TENERE etc., id est non possumus sustinere quod peccent.

2.2 MOVEATUR proficiendo quoad gratiam cooperantem. ERIGATUR, quoad operantem. ET EXINDE, id est ex motu interiore.

2.3 SICUT PLUVIA, id est per pluviam. TERRAE MENTIS NOSTRAE, *Ps.*: “Anima mea sicut terra sine aqua tibi.” PLUVIA DIVINAE BENEDICTIONIS. *Ezech.* 34: “Deducam imbrem in tempore suo, et pluviae benedictionis erunt.” QUAM SOLUS DEUS FACIT. Igitur creatura est gratia. Unde enim posset homo habere gratiam nisi ab eo in quo omnis gratia? *Ecclus.* 24: “In me omnis gratia,” dicit Sapientia, scilicet Filius. *I Petri* 5: “Deus autem omnis gratiae.” ET ADIUVAT, quia virtus dicitur respectu operationis, sicut forma respectu materiae.

3.1 CUM ERGO EX GRATIA, cap. 3.

INTELLIGITUR per nomen gratiae, cum dicitur quod ex gratia sunt bona merita.

115 3.2 QUAE CUM EX SOLA GRATIA etc. Sicut dicitur: “Solus comes Campaniae ivit cum rege,” nec excluduntur qui cum eo venerunt de eius familia, nec aliqui

86 sanatur] salvatur B 90–91 *Amos* 5 ... resurgat] *om.* B 90 adiciet²] adiciat CPR
96 sedere] consedere V 106 per] *om.* P 116 venerunt] venerint V

85 *Eph.* 2,8 89–90 *Is.* 25,20 90–91 *Amos* 5,1 91–92 *Matt.* 6,27 92 *I Cor.* 3,7
94–95 Cf. *Ecclus.* 1,2 95–96 *Phil.* 3,20 96 *Eph.* 2,6 97–98 *I Petri* 5,12 101–102
Osee 13,9 106–107 *Ps.* 142,6 108 *Ezech.* 34,26 110–111 *Ecclus.* 24,25 111 *I Petri* 5,10
115–116 Resp. e.g. *Vita S. Walpurgis* (PL 129, 894); *Vita S. Theobaldi* (PL 185, 1265);
et Alexander III, *Epist.* 1418 (PL 200, 1232–33); et Anon., *Vita S. Petri Prioris Iuliacensis puellarum Monasterii* (PL 185, 1265)

quorum ipse est principalis; sic nec hic liberum arbitrium, cum gratia sit agens principalis.

4.1 QUAE IPSA ETIAM, cap. 4.

QUAE, scilicet voluntas, id est motus eius. ET HOMINIS MERITUM: quo me-
retur, non quod meretur. IMMO GRATIAE meritum, non solum hominis. QUID
EST MERITUM HOMINIS etc., quasi dicat ‘nullum’, quia facere opera de ge-
nere bonorum non est mereri. Sed est commune adhuc merito et demerito, quia
aliquis dando eleemosynas demeretur, quia facit hoc non amore Dei vel proxi-
mi, sed amore laudis humanae. Igitur tunc opus de genere bonorum primo est
meritum, cum fit ex amore Dei vel proximi. Igitur praecedat naturaliter meritum
amor Dei vel proximi, qui utique gratia est et virtus.

Item, qui caret caritate, nihil est; I *Cor.* 13: “Si habuero omnem fidem, ita ut
montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil sum.” Igitur sine caritate
impossibile est mereri. Quod enim nihil est mereri non potest.

Item, post mortem non sunt opera meritoria; *Ioan.* 9: “Venit nox in qua nemo
potest operari.” Sed qui caret caritate in morte est; I *Ioan.* 3: “Qui non diligit,
manet in morte.” Ergo etc. Quippe sola voluntas meretur, sicut et demeretur et
punitur. Cum ergo in mortuis corporaliter adhuc vivat voluntas, et in mortuis
per culpam mortua est voluntas, patet quod remotior a statu merendi mortuus
est spiritualiter quam corporaliter. Igitur cum mortuus corporaliter non mereatur,
nec mortuus spiritualiter multo magis.

4.2 EX GRATIA, ut dictum est supra, cap. 2, infra ET ITA EX VIRTUTE etc. Et
SANAT supra, cap. 3, in fine. ET HOC, scilicet talis motus, BONUM MERI-
TUM, id est quo meretur. IPSORUM, id est ipsarum virtutum. HIC, delectatio.
IN FUTURO, gloria.

5 CUM ERGO DICITUR FIDES, cap. 5.

MERERI IUSTIFICATIONEM. In adultis quam cito est fides et actus fidei, quo
actu magis proprie dicitur homo iustificatus quam habitu fidei; vel iustificationem
dicit ‘iuste vivere’.

5 QUIA PER ACTUM FIDEI etc. Ergo in parvulis, in quibus actus non est,
non potest dici quod fides meretur vitam aeternam.

Respondeo: fides parentum, id est actus fidei in parentibus, meretur parvulis
vitam aeternam.

5 ILLA, id est iustificationem et vitam aeternam. DE ALIIS virtutibus. SI ENIM
FIDES contuitur, ita fides non est meritum, sed potius actus fidei est meritum. SI

137 multo] merito C; om. O 148 respondeo] solutio V 151 contuitur] continet O;
spat. P || ita] ista B

128–129 I *Cor.* 13,2 131–132 *Ioan.* 9,4 132–133 I *Ioan.* 3,14 138 Cap. 2, n. 2 (ed.
Grottaferrata, 1:482) 139 Cap. 3, n. 2 (ed. Grottaferrata, 1:483)

ENIM etc. QUOD QUIA NON EST SIC, sed penitus ab extrinseco datore. SINE
 QUA NEC CREDERE etc., I *Cor.* 13: “Si habuero omnem fidem” etc. De fide
 et spe simul ibidem: “Omnia credit, omnia sperat.” Ergo vera spes et vera fides
 155 non sunt sine ea. QUIA CARITAS EST SPIRITUS SANCTUS etc. Quod enim
 virtute est excellentius et melius non est nisi Deus. Sed tale quid est caritas, sine
 qua cetera non valent. SINE QUA, caritate; VIRTUS, ‘virus tollens’.

6.1 EX ACTIBUS ITAQUE, cap. 6.

PROGRESSUS, id est profectus et augmenta. ET HAEC IPSA bona opera.
 160 CUM CORONAT DEUS etc. Unde Gregorius, 16 *Moralium*: “Superna pietas
 prius agit in nobis aliquid sine nobis ut, subsequente nostro libero arbitrio, bo-
 num quod iam appetimus agat nobiscum, quod tamen per impensam gratiam in
 extremo iudicio remunerat in nobis, ac si solum processisset ex nobis.” QUIBUS
 REDDITUR nobis vita aeterna.

165 6.2 EX PRAEMISSIONIS, cap. 4, ibi ET ISTI BONI MOTUS etc. ET ALIA, super
 qualiter per gratiam praevenientem, scilicet per actum eius qui est a nostro ar-
 bitrio cum eadem gratia meremur “alia quae consequenter hic et in futuro nobis
 apponuntur,” sicut supra, cap. 4 in fine, dicitur. ET QUID IPSA, scilicet gratia
 praeveniens. AN ALIUD, scilicet actus virtutis. OSTENSUM EST IGITUR,
 170 cap. 2: SI IGITUR. EX PARTE, id est opinione. QUOD IPSA gratia. NON
 TAMEN SINE LIBERO ARBITRIO est virtus causa actus. Unde quod supra
 dixit, dist. 26, cap. QUAERITUR AUTEM.

6.3 QUI ETIAM OPUS VIRTUTIS SUPRA DIXIT etc.: dist. 26, cap. SI VERO
 QUAERITUR. IN QUIBUS bonis, scilicet de numero eorum.

175 7.1 IDEM NEMPE, cap. 7.

USUS BONUS EX VIRTUTE EST etc. Unde Augustinus in *Hypognosticon*:
 “Recte arbitror liberum arbitrium comparari iumento. Unde *Ps.*: ‘Ut iumentum
 factus sum apud te’. Gratiam autem sessori, quia sicut illud animal, ut dometur
 ad usum hominis, necessario de armento accipitur et incipit per curam domantis
 180 voluntati eius se subdere, ita liberum arbitrium, quod vulneratum est in homine,
 vivit per Dei gratiam et apprehenditur de armento sensualitatis, in quo sub pas-

152 sed penitus] *om.* O 156 excellentius] excellens BC 158 actibus] muneribus ed.
 159 et¹] ad C 161–162 bonum ... iam] quid B 165 super] suple P 166 nostro]
 libero *add.* V; *del.* R 169–172 ostensum ... autem] *om.* C 174 eorum] bonorum P;
corr. ex eorum P 178 factus] rationis C

153 I *Cor.* 13,2 154 I *Cor.* 13,7 157 Resp. supra, l. 83 160–163 Greg. Magnus, *Mora-*
lia 16.25 (CCL 143A, 816) 165 N. 2 (483) 167–168 Ibid. 170 N. 1 (ed. Grottaferrata,
 1:481) 172 Cap. 11, n. 1 (ed. Grottaferrata, 1:479) 173–174 Cap. 9 (ed. Grottaferrata,
 1:478) 176–182 *Ps.*-Aug., *Hypognosticon* 3.11.20 (PL 45, 1632); coll. ex Alex. Hal., *Glossa*
in 2 Sent. 27.17 (ed. Quaracchi, 2:264) 177–178 *Ps.* 72,23

tore diabolo per incongruas vagabatur voluptates.” Ipse est “pastor et idolum,” *Zach.* 11.

^{7.2} IBI ENIM, ut habeatur virtus. HIC in usu virtutis. QUOD APOSTOLUS etc., *I Cor.* 15. PRIMUM ENIM, id est primam gratiam.

185

^{8.1} ALII VERO, cap. 8.

NATURALIUM POTENTIARUM VEL VIRTUTUM, NON TAMEN OMNES
usus.

^{8.2} ET IDEO QUOD DICIT AUGUSTINUS, dist. 26, cap. SI VERO QUAERITUR. QUOD VERO DICIT, dist. 26, cap. QUAERITUR AUTEM. QUAM DEI ¹⁹⁰
GRATUITAM etc. Sed Dei voluntas est Deus. Ergo gratia est Deus. DEUS EST
QUI OPERATUR etc.

^{8.3} CARITATEM AUTEM etc. Caritas per actionem definitur, quia habitus vel
potentia per actum cognoscitur. VIRTUTES ERGO MOTUS ANIMI SUNT.
Hanc opinionem ponunt moderni esse falsam, quia si virtus est usus naturalis ¹⁹⁵
potentiae cum in dormiente non sit usus ille, non est in eo virtus. Ergo si tunc
moreretur, damnaretur, licet esset sine peccato. Sed forte respondetur quod est
talis usus qui semper in actu est praesente Deo, sicut multiplicatio suae speciei
est actus quem semper facit color praesente luce.

^{8.6} ALIUD EST CREDERE etc. Si ablativus dicat causam efficientem elicitivam, ²⁰⁰
vera est, et valet processus; si formalem, falsa est, et non tenet processus. PRAE-
DICTUM EST AUTEM etc. parum supra ibi EST FIDES QUA CREDUNTUR.

182 vagabatur] vacabantur P 187 vel virtutum] *om.* ed. 191–192 Deus³ ... etc.] *om.* V
200 elicitivam] electivam P 202 supra] infra O

182–183 *Zach.* 11,17; ex *ibid.* 185 *I Cor.* 15,10 189–190 Cap. 9 (ed. Grottaferrata, 1:478) 190 *Ibid.*, cap. 11, n. 1 (ed. Grottaferrata, 1:479) 202 Cap. 8, n. 5 (ed. Grottaferrata, 1:487)

DISTINCTIO 28

^{1.1} ID VERO INCONCUSSE ... Dist. 28.

Hic intendit Magister eliminare haeresim Pelagii, dicentis quod homo poterat implere totam legem solis naturalibus sine gratia et mereri vitam aeternam; et quod gratia dabatur tantum ad facile operandum et perseverandum, non ad merendum; et quod gratia propter merita praecedentia datur et non gratis; et quod orationes ecclesiae nihil prosunt; et quod parvuli nascuntur sine originali.

^{1.1} AD IUSTITIAM in praesenti ET SALUTEM in futuro. SIC ASSERUNT, id est in tantum UT NON RELINQUANT LOCUM etc., *Rom.* 4: “Ei qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.” *Rom.* 11: “Si autem gratia Dei, iam non ex operibus; alioquin gratia iam non est gratia.” QUAM gratiam SECUNDUM MERITA, id est pro meritis.

^{1.2} PELAGIANORUM HAERESIS: hoc totum usque in finem capituli sumitur de Augustini libro *De haeresibus*, cap. 88. QUA PRAEDESTINATI SUMUS, *Eph.* 1: “Praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum secundum propositum voluntatis suae.” *Rom.* 11: “Reliquiae secundum electionem gratiae Dei salvae factae sunt.” DE POTESTATE TENEBRARUM, *Col.* 1: “Eripuit nos de potestate tenebrarum.” A FRATRIBUS, scilicet monachis. NISI IN LIBERO ARBITRIO, id est nisi liberum arbitrium intransitive. QUOD, liberum arbitrium. IPSO AD HOC TANTUM etc., quasi dicat gratia Spiritus Sancti iuvat nos ad hoc ut quid faciendum cognoscamus, non ad faciendum: UT DISCAMUS QUAE FACERE etc. Contra. *Gal.* 2: “Non abicio gratiam Dei. Si enim per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est.” *Gal.* 5: “Qui in lege iustificamini: a gratia excidistis.”

^{1.2} NON AUTEM AD HOC, PER DONUM SPIRITUS, vivamur secundum eos. ASSERUNT NASCI. Augustinus ibidem addit: “Sed propterea eos dicunt baptizari, ut regeneratione ... ab aliquo malo obligationis veteris absolvantur. Nam etiamsi non baptizarentur, promittunt eis extra regnum quidem Dei, sed tamen aeternam et beatam suam vitam quandam. Ipsum quoque Adam dicunt, etiamsi

1 id] idem OP 2 Pelagii] Pelagiani R 7 sic] ubi *add.* B 7–8 id ... tantum] ita rationem B 15 propositum] *om.* R 16 factae] *om.* P 27 baptizarentur] baptizentur P

8–9 *Rom.* 4,4 9–10 *Rom.* 11,6 13 Aug., *De haeresibus*, cap. 88 (CCL 46, 340–41)
14–15 *Eph.* 1,5 15–16 *Rom.* 11,5 16–17 *Col.* 1,13 21–22 *Gal.* 2,21 22–23 *Gal.* 5,4
25–30 Aug., *De haeresibus* 88 (CCL 46, 341–42)

non peccasset, fuisse corpore moriturum, non ita moriturum merito culpae, sed
 30 condicione naturae.”

2.1 QUOD VERO DICUNT, cap. 2.

HUIUSMODI INDUCTIONIBUS, id est huiusmodi rationibus vel auctoritatibus
 inductis.

2.2 AD MORTEM ILLAM, de qua *Ps.*: “Mors peccatorum pessima.” QUIS, IN-
 35 QUIS, PECCAT IN EO etc.

Contra. De originali peccato.

Solutio. Parvulus non peccat, sed potius peccatum habet vel contrahit. Un-
 de patet quod hic loquitur Augustinus de adultis et peccatis actualibus, non de
 originali.

40 2.2 DISPUTANS per epistolam. QUOD HIS VERBIS EGIMUS, id est illis verbis
 quae ducunt pro se. Supra enim haec significare volumus quod voluntate peccatur
 et recte vivitur. A MORTALIBUS hominibus. INIMICOS GRATIAE, scilicet
 Pelagius.

2.3 PECCATI, INQUIT, REUM etc.

45 Contra. De originali.

Solutio. Patet quod hoc quod dicit Augustinus intelligit de gente tenebrarum
 quam posuerunt Manichaei, qui utique non parvuli, sed adulti sunt. Et ita lo-
 quitur de adultis, non de parvulis; et de actualibus, non de originali. Quomodo
 autem Deus iniustus non sit, qui quaerit a parvulis non baptizatis iustitiam quam
 50 reddere non possunt, determinari debet ubi agitur de originali peccato. Hoc in-
 terim teneamus, “quoniam rectus Dominus Deus noster et non est iniquitas in
 eo.” *Deut.* 32: “Deus fidelis et absque ulla iniquitate iustus et rectus.”

3.1 SI NON BONUM FACERET, et sic per consequens non peccaret. Peccatum
 enim si non est voluntarium, non est peccatum.

55 3.4 DOCTRINAE GRATIAE, id est de gratia. FACULTATEM BENE OPERAN-
 DI PER SPIRITUM, I *Cor.* 12: “Haec omnia operatur unus atque idem Spiritus.”

Sed quaerendum: cum omne opus bonum sit non tantum a persona tertia,
 sed ab omnibus tribus— opera quippe Trinitatis sunt indivisa — quare operatio
 attribuitur potius Spiritui quam Filio vel Patri?

41 ducunt] inducunt *corr. ex* ducunt P || volumus] voluimus *corr. ex* volumus P 46 hoc] hic BCR 48 non¹ ... parvulis] *om.* B 49 Deus] *om.* P 51 quoniam] quam P 57 quaerendum] est *add.* V 58 tribus] *om.* C; personis *add.* P || operatio] bona *add.* P

34 *Ps.* 33,22 38–39 *Resp. Aug., De lib. arb.* 3.18 (CCL 29, 340) 46 *Resp. Aug., De dua-*
bus animabus, cap. 17 (CSEL 25, 73) 51–52 *Ps.* 91,16 52 *Deut.* 32,4 56 I *Cor.* 12,11

Solutio. Cum omnis agens voluntarius et possit et sciat et velit agere quod 60
agit, immediatior est ipsa voluntas operationi quam scientia vel potentia. Non
enim quia potest vel scit, facit, sed quia vult. Sic Deus est immediatior causa
actionis sub hac ratione qua dicitur ‘voluntas’ quam sub hac qua dicitur ‘sapientia’
vel ‘potentia’; Spiritui enim Sancto appropriatur voluntas, Patri potentia, Filio
sapientia. 65

Item, cum actio interior sit melior quam exterior – quippe exterior sine inte-
riore non salvat, sed e contrario – cum utrumque operetur Deus, scilicet credere
interius et bonum opus exterius, quid est quod ‘credere’ attribuit Augustinus no-
bis operationem, exteriorem Deo?

Solutio. Ut dictum est, quia ipse est ‘alpha et omega’, *Apoc.* 1, datur ei 70
initium, scilicet bene cogitare, et finis, scilicet bene operari exterius, ut per hoc
intelligatur et medium ab eo esse, licet et quodammodo a nobis sint haec omnia.
Insuper forte ideo specialiter ei attribuitur actio exterior, quia posset credi quod
voluntas per gratiam, educta de potentia in actum, posset agere opera exteriora
sine adiutorio et coagente gratia. Quod ne credatur, dicit opus exterius esse a 75
gratia vel Spiritu Sancto. Et si illud quod utique est minimum respectu operis
exterioris sine Spiritu non possumus, multo fortius nec alia.

3.4 INTER SPIRITUS SANCTI MUNERA REPERIRI, I *Cor.* 12: “Alii datur
fides in eodem Spiritu.” *Eph.* 2: “Gratia estis salvati per fidem, et hoc non ex
vobis: Dei enim donum est.” 80

[QUOMODO MAIUS PRAEMIUM MEREATUR]

3.5 SCILICET QUOD POSSE HABERE FIDEM SICUT etc.

1. Sic argui potest pro Pelagio: difficilius operatur et magis laborat qui Deo
solis naturalibus servit quam qui naturalibus et gratuitis. Ergo meretur maius
praemium. Sed qui servit naturalibus et gratuitis meretur vitam aeternam. Ergo
multo fortius qui Deo servit solis naturalibus meretur vitam aeternam. 85
2. Item, Augustinus: “Servitia quanto magis indebita, tanto gratiora.” Sed ser-
vitium servientis ex solis naturalibus est magis indebitum quam servientis ex

62–63 causa actionis] actioni P 66 quippe] proprie C 70 datur] est *corr. ex* datur P
73 ei] sibi P 78 reperiri] reperi P 82 difficilior] difficilior *coni.*; facilius BCOPRV
83 solis] solum R 84 gratuitis] congratuitis B

68–69 Resp. Aug., *Expos. epist. ad Rom.* 60 (CSEL 84, 34–35); coll. ex Alex. Hal., *Glossa in*
2 Sent. 28.1 (ed. Quaracchi, 2:265) 70 *Apoc.* 1,8 78–79 I *Cor.* 12,9 79–80 *Eph.* 2,8
82–83 Cf. Hugo de S. Caro: “Facilius operatur qui habet gratuita cum naturalibus quam qui
sola naturalia habet,” *Comm. in 2 Sent.* 28 (MS Vat. lat. 1098, f. 68th) 82 Resp. Rufus, *Comm.*
in 2 Sent. 28 (Oxford, Balliol Coll. 62, f. 172^{ra}), ubi “difficilior” legitur 86–89 Hugo, *ibid.*
86 Aug., *De coniug. adulter.* 1.14 (CSEL 41, 364); coll. ex Hugo, *ibid.*

naturalibus et gratuitis, quia cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Ergo magis gratum. Ergo magis remunerabile.

90 ^{3.} Item, regis terreni meretur quis benevolentiam ex solis naturalibus. “Sed rex caelestis in infinitum est benevolentior rege terreno et ad miserendum pronior. Ergo apud eum mereri potest quis benevolentiam ex solis naturalibus.”

Solutio. Ad primum dic quod non qui plus laborat in servitio Dei plus meretur praemii, sed forte plus diminutionis poenae. Sed qui plus laborat ex amore Dei
95 maiore, non sui vel alterius, plus praemii meretur. Sed cum dico ‘amorem Deo’, dico ‘gratiam’, sine qua meritorie Deo non servitur.

Ad secundum dicendum quod dupliciter intelliguntur ‘servitia magis indebita’, scilicet vel quia is qui servit minus tenetur servire quam alius, vel licet magis teneatur servire quam alius, tamen liberior servit, quia non respicit ad debitum
100 quo tenetur, sed magis ad bonitatem Dei cui servit. Hoc ultimo modo intellecta, auctoritas Augustini vera est. Sed sic minor est falsa.

Ad tertium dic quod nemo meretur gratiam regis terreni ex solis naturalibus, nisi in quantum illa naturalia sunt grata ei; similiter nec regis caelestis. Sed ei grata esse non possunt, nisi ipse contulerit gratiam, qua grata fiant. Vel quia
105 pronior est ad remunerandum, ideo magnam vult dare remunerationem. Et hoc non fit nisi pro magno merito. Ut ergo magnifice remuneret, dat tibi adiutorium gratiae, quo adiutus magnum agas, ut magnum recipias. Non sic est de rege terreno, qui indiget tuo obsequio et parum remunerat et immerito non adiuvat.

⁴ ID ERGO DE GRATIA, cap. 4.

110 PECCATUM, mortale. VITARE NON POSSE. NOS VERO DICIMUS HOMINEM SEMPER, in hac vita.

88 cui] cum B 91 benevolentior] potentior P 104 qua] quam B; quae O

90–92 Hugo, ibid. 102–104 Ibid. (f. 68^{va})

DISTINCTIO 29

1.1 POST HAEC CONSIDERANDUM EST UTRUM HOMO ... Dist. 29.

Hic redit Magister ad propositum. Cooperat enim agere de statu hominis ante peccatum, sed digressus est loquendo de triplici libertate. Et quia hic quaeritur utrum ante lapsum habuerit virtutem et gratiam, ideo prius docuit quid sit virtus et quae comparatio eius ad gratiam.

5

1.2 SED UT PRAEPARARET AD VOLENDUM etc.

Contra. Secundum Magistrum, qui ponit statum innocentiae prius voluit bonum tenuiter, scilicet in statu innocentiae. Sed velle efficaciter hoc fuit ex gratia. Igitur gratia aut cooperabatur voluntati aut operabatur sine ea. Si cooperabatur, ergo non fuit in eo gratia operans. Si operabatur, contra: prius fuit velle bonum et deinde adveniente gratia fuit ibi magnum velle bonum. Ergo cooperabatur gratia voluntati; non operabatur aliquid per se.

10

Solutio. Secundum quod ponit Magister statum innocentiae, sic potest stare quod hic dicitur: gratia quidem voluntati cooperabatur in vehementius velle bonum. Sed in gratiae effusione, id est gratiae infusionem, non voluntas cum gratia, sed sola gratia operabatur. Quam gratiae infusionem vocat hic Magister 'voluntatis praeparationem'; ipsa enim gratia se menti infundendo praeparavit voluntatem, ut ipsa voluntas cum gratia coagente efficaciter vellet bonum, et dicit 'praepararet'. Prius enim informatur gratia quam exeat bonum velle. Dicitur ergo 'gratia operans', quia operatur suam unionem cum voluntate, postquam unionem erumpit bene velle.

15

20

1.2 QUAM FUERAT, quam scilicet immortalitatem. PECCATUM IN SOLO ERAT ARBITRIO, quia ex se potest peccare. VEL RETINENDAE. Ergo non poterat stare in bono quod habebat sine gratia adiuvante.

[UTRUM HABUERIT QUO POTERAT STARE IN BONO]

1.2 HABUIT TAMEN QUO POTERAT STARE.

25

1. Sed in statu innocentiae sine gratia perseverare non potuit, sicut nec sine Deo natura inesse perseverare potest. Ergo habuit gratiam. Ergo insufficienter divisit

9 cooperabatur²] cooperatur O 10 non] *del.* P 14 in] *om.* B 15 in ... effusione] gratiae infusione P 23 ergo] sine gratia *add. sed del.* O; sine gratia *add.* P

16–17 N. 2 (ed. Grottaferrata, 1:492) 19 Ibid.

Magister gratiam in operantem et cooperantem. Aut hic mentitur, dicens eum non habuisse vel operantem vel cooperantem gratiam.

- 30 2 Item, si perseverare in bono accepto est magni meriti – et enim magnifice remuneratur perseverantia – quomodo potuit stare in innocentia sine gratia accepta? Non videtur, sicut dicitur parum supra, hoc eodem capitulo, ibi NON TAMEN IUSTITIAE HABENDAE VEL RETINENDAE etc.

Solutio. Ad primum dici potest secundum Magistrum quod non sufficienter dividitur gratia in operantem et cooperantem, sed gratia gratum faciens in haec dicta dividitur. Gratia vero simpliciter dividitur in gratis datam et gratum facientem. Et dico ‘gratis datam’ non bona naturalia tantum, sed etiam aliquid superadditum naturae, quod tamen forte cum natura est homini collatum. Et ideo inter ipsum et naturam multi non discernunt. QUO POTUIT STARE: hoc idem

- 40 forte et peccatoribus confertur, ut non ruant de peccato in peccatum continue.

Ad secundum similiter dici potest, sicut iam patet, quod non fit sine gratia quod perseverat aliquis in innocentia, licet secundum Magistrum dici oporteat quod sit sine gratia gratum faciente.

2.1 PRAETEREA QUAERI SOLET, cap. 2.

- 45 2.2 PRIMOS PARENTES ILLIS DONIS: ‘donis’, quia sunt a Datore et penitus ab extrinseco; non sic bona naturalia. TANTIS BONIS, dicit enim Augustinus in *Retractionibus* quod tria sunt bona: scilicet minima, ut corporalia ista; et media, scilicet anima et suae potentiae; et magna bona, scilicet virtutes,

2.2 SPOLIAVIT.

- 50 Contra. Non spoliatur nisi impotentior a potentiore. Sed Adam fuit diabolo fortior, quia, ut dicit Augustinus, nihil fortius anima habente caritatem. Igitur a diabolo non potuit spoliari.

Item, licet posset diabolus spoliare aliis, scilicet donis naturalibus, tamen non his gratuitis, caritate maxime. Unde Apostolus, *Rom.* 8: “Certus sum quia neque mors neque vita neque angeli neque principatus neque virtutes etc., neque creatura

- 55 alia poterit nos separare a caritate Dei.” Et intellige ‘angeli’ et ‘principatus’ et ‘virtutes’ de daemonibus.
- Solutio. Fuit Adam fortior, et ideo non aggrediebatur eum vi, sed fraude. Nec dicitur eum spoliasse, nisi quia ad suggestionem diaboli concomitabatur ipsum

- 60 his bonis privari.

31–32 sine ... accepta] *om.* V 36 in] gratiam *add.* V 39 ipsum] ipsam *corr.* ex ipsum P
41 sicut] *om.* C || fit] sit BO 43 gratia] quod perseverat aliquis in innocentia licet
secundum Magistrum dici oporteat quod sit sine gratia *add.* O 45 donis²] *om.* P 47 sunt
bona] *om.* C 54 Apostolus] Augustinus C; *om.* V 58 aggrediebatur] aggreditur BRV;
corr. ex aggreditur C; egrediebatur P 59 concomitabatur] concomitatur V

32–33 Ibid. 46–48 Resp. Aug., *Retract.* 1.9 (CCL 57, 26–27) 51 Resp. *Glossa ordin.*
in Ps. 121,7 (ed. princeps, 2:624b) 54–56 *Rom.* 8,38–39

²² PEREMIT spiritualiter. De qua morte *Sap.* 16: “Homo per malitiam occidit” animam suam. Et corporaliter, quia infuit necessitas moriendi statim post peccatum. Unde *Rom.* 8: “Corpus quidem mortuum est propter peccatum.”

[UTRUM VITA SOCIALIS PRAEONATUR VITAE SOLITARIAE]

²² QUANDO ADAM SOLUS ERAT, NON EST etc. Sic videtur quod vita solitaria praeponatur vitae communi.

Contra quod dicitur *Gen.* 2: “Non est bonum hominem esse solum.” *Eccles.* 4: “Vae soli”; et eodem: “Melius est ergo duos simul quam unum,” habent enim emolumentum suae societatis. Et Bernardus in quadam epistola ad monialem volentem relinquere vitam socialem et habere vitam solitariam sic scribit: “Aut es una de fatuis virginibus ... aut una de prudentibus. Si una de fatuis, utilis est tibi congregatio; si una de prudentibus, utilis es congregationi.” *Iob* 7: “Militia est vita hominis super terram.” Sed contra quem? *Eph.* 6: “Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae.” Fortius autem resistitur daemonibus impugnantibus in congregatione quam in solitudine; *Deut.* 32: “Utinam saperent et intelligerent ac novissima providerent! Quomodo persequatur unus mille, et duo fugarent decem milia?” Et ideo diabolus semper quaerit certamen singulare, non commune; *I Reg.* 17 dicit Goliath ad populum Israel: “Date mihi virum et ineat mecum singulare certamen.”

Solutio. Fateor securior et simpliciter melior est vita socialis quam solitaria. Haec quippe vita magis assimilatur vitae caelesti, quae maxime socialis est. Quod etiam patet, si distinguamus et personas et societates. Persona enim aut est fortis aut fragilis. Si fragilis, facile allicitur ad malum; et ideo non expedit ei mala, sed bona aut nulla societas. Si fortis, ex societate bona fit fortior et proficit in melius; ex mala enim proficit societate, quia – dum bona eis extra dat et ad bonum allicit – meretur. Unde *Iob* 30: “Frater fui draconum et socius struthionum.” *Glossa* ibi: *Iob* “bonus inter malos fuit, quod est perfectae bonitatis.” Igitur non praeponitur hic vita solitaria sociali, sed potius vita continentiae vitae coniugali, quae utique melior est; *I Cor.* 7: “Bonum est homini mulierem non tangere.” Et post: “Dico autem non nuptis et viduis: Bonum est illis si sic permanserint sicut et ego.”

65 praeponatur] praeponitur V 71–72 militia] malitia R 80 quam] quod B 83 malum] mala R

61–62 *Sap.* 16,14 63 *Rom.* 8,10 66 *Gen.* 2,18 66–67 *Eccles.* 4,10 67 *Eccles.* 4,9
69–71 *Bern., Epist.* 115.2 (ed. Cist., 7:295) 71–72 *Iob* 7,1 72–74 *Eph.* 6,12 76–77
Deut. 32,29–30 78–79 *I Reg.* 17,10 86–87 *Iob* 30,29 87–88 *Glossa interlin.* in
Iob 30,29 (ed. princeps, 2:428a) 89–90 *I Cor.* 7,1 90–91 *I Cor.* 7,8

2.2 AURAM CARPEBAT AETHEREAM, id est aerem subtilem subtiliorem quam sit in Olympo. SED QUOMODO SINE VIRTUTE BEATISSIMUS ERAT? Quippe sine virtute non habetur Deus, qui solus habitus beatitudinem efficit.
 95 Quippe beatus est qui habet omnia quae vult, et nihil male vult. Sed qui Deum habet habet omnia quae vult, immo quae potest velle; *Rom.* 11: "In ipso sunt omnia," etiam excellentissime. *Ioan.* 1: "Quod factum est; in ipso vita erat." Igitur qui eum habet habet omnia quae vult; et qui eo caret, cum nullus sit qui non velit eum habere, beatus non erit: tum quia aliquid male vult, et ideo eum
 100 non habet; tum quia non habendo eum, non habet omne quod vult.

3 IN ILLIUS QUOQUE PECCATI, cap. 3.

[QUARE PECCATA ORIGINALIA MERUERINT LOCI MUTATIONEM]

3 EIECTUS EST DE PARADISO. Quaeritur quare peccata originalia, scilicet prima, ut primum peccatum hominis et primum angeli, meruerint loci mutationem potius quam consequentia peccata hominis et consequentia angeli; peccans enim
 105 angelus primo deiectus est in aera caliginosum. Nunc autem peccans continue manet in eodem loco. Similiter homo peccans primo mutavit paradysum in locum hunc miseriarum.

[UTRUM PECCATUM PRIMI HOMINIS POTUERIT UNIVERSUM MUTARE IN PEIUS]

Item, quaeritur si peccatum primi hominis potuit universum mutare in deterius, in tantum etiam ut corpora caelestia et caelum ipsum deterius fieret; I *Esdrae* 9:
 110 "Delicta nostra creverunt in caelum"; *Iob* 25: "Ecce luna non splendet et stellae non sunt mundae in conspectu eius." Quanto magis homo, quanto magis et locum illum paradysum, scilicet in deterius, mutavit, ita ut locus ille esset locus miseriarum, sicut et iste?

[SOLUTIO PRIORIS]

Solutio ad primum: dupliciter est loci mutatio, scilicet aut quia peccans mutet
 115 locum aut quod ille locus mutetur in qualitatem peiorem. Peccata igitur prima hominis et angeli, tamquam poenas sibi debitas, acceperunt loci mutationem primo modo; consequentia vero secundo. Iustitiae enim divinae fuit quod subiec-

95 quae vult] *om.* C 96–98 immo ... vult] *om.* (*hom.*) V 103 meruerint] meruerunt BC; merunt P 105 aera] aerem V 108 deterius] peius V 114 solutio] *om.* V
 || mutet] mutat O 115 quod] quia OP

96–97 *Rom.* 11,36 97 *Ioan.* 1,3–4 109–110 *Esdrae* 9,6 110–111 *Iob* 25,5

tum culpa non communicaret in loco cum subiecto gratiae, nec obtineret locum meliorem. Misericordiae autem quod subiectum culpa non obtinuit locum pessimum, sed peiorem; misericordis enim iudicis est prius incarcerare, non statim 120 damnare.

Quod autem consequentia peccata concomitetur loci mutatio secundo modo probabile est. Continue enim mutatur habitatio hominum in deterius, sicut et ipsi homines. Unde *Gen.* 6: “Repleta est terra iniquitate a facie eorum, et ego disperdam eos cum terra.” ‘Cum terra’, inquit, ut significet terram in deterius 125 mutam ad mutationem hominum in deterius, sicut Adae dictum est; *Gen.* 3: “Quia comedistis de ligno, ex quo praeceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo.” Quare autem paradisum non mutaverit in deterius, ut congrueret peccatori, potest esse quod sicut caelum non mutavit in deterius, sed in statu pristino reservavit stantibus, similiter paradisum terrestrem reservaverit aliquibus 130 aliis, ut Enochae et Eliae.

[SOLUTIO SEQUENTIS]

Ad secundum. Non video quomodo secundum consuetum cursum naturae paradisus non mutetur in deterius, nisi pro aliqua utilitate nobis ignota vel pro mysterio aliquo locum illum noluerit Deus in deterius mutari. Verumtamen non in tantum in deterius est mutatus si dico ‘mutatus est’, quin amoenitate sua locum 135 hunc multum excedat. Et ideo non congruebat locus ille peccatori, sicut iste. Cum enim locus ille testantibus sanctis inter omnia loca terrestria sit eminentior et caelo empyreo naturali, scilicet hominis loco vicinior, decuit ut qui recesserat ab habitatoribus empyrei moribus, recederet et spatiis. Et hinc esse potest quod 140 iste locus sit homini poenalius, quia ab eius loco naturali est remotior.

[QUOMODO NON ETIAM PARADISUS
FUERIT ANTE PECCATUM HOMINI POENALIS]

Sed tunc oritur quaestio: quomodo non etiam ille locus fuerit ante peccatum homini poenalis, cum locus superior, scilicet empyreum, sit ei naturalis? Quod si hoc, tunc poena ante culpam. Ut quid etiam non fuit homo creatus statim in suo loco naturali positus, sicut et angelus?

Solutio. Dici potest quod licet empyreum sit naturalis homini secundum aliquem statum, non tamen secundum omnem. Est enim locus ille naturalis spiri- 145 tuali, non animali. Et sicut empyreum est naturale corpori spirituali, sic paradisus

126 mutata] mutata O 127 quia] qui R 128 mutaverit] mutavit V 130 terre-
stem] terrestre P || reservaverit] reservavit P 135 si ... est²] om. OP 141 etiam]
om. P 145 naturalis] naturale P; locus add. interlin. C 146 tamen] tantum V

124–125 *Gen.* 6,13 126–128 *Gen.* 3,17 131 *Resp. Eccli.* 44,16 || *Resp. IV Reg.* 2,11

animali, et locus iste mortali. Sicut igitur poena non fuit homini quod non fuit creatus in statu spirituali, sed potius in animali – nec poena est homini quod
 150 prius est puer quam vir, sed potius secundum naturae exigentiam sic est – sic nec poena fuit homini locus paradisi, et non esse in empyreo. Nec statim creatus fuit in empyreo sicut angeli, quia creatus fuit in statu animali, non in spiritua-
 li. Quae diversitas statuum est possibilis in substantiis corporeis, de quibus est homo, non incorporeis, de quibus est angelus.

155 4 SED QUIA PER PECCATUM, *Rom.* 8, cap. 4.
 MODO IRATI, id est more. VIDETE NE FORTE etc., id est CAVETE, VOS ANGELI, etc. Vel sic: “vivat in aeternum,” id est diutius. Vel ironice dicitur, quasi dicat: ex quo mortalis factus est gustando lignum scientiae, non poterit vivere aeternaliter, licet gustet lignum vitae.

[UTRUM CAELUM EMPYREUM SIT LOCUS POENALIS ET
 UTRUM MISERICORDIA ECCLESIAE MAIOR EST QUAM DEI]

160 4 DE PARADISO VOLUPTATIS IN LOCUM SIBI CONGRUUM.

1. Videtur Magister hic asserere quod hic locus miseriarum sit homini post peccatum naturalis, sicut paradisi fuit ei naturalis in statu gratiae et empyreum in statu gloriae. Et si hoc, tunc valet expelli a paradiso. Nec huius loci habitatio est ei poenalis, sicut nec paradisi prius, nec empyreum in futuro. Et tunc
 165 non violenter expulsus est, sed malens hic esse quam ibi, huc venit. Cui videtur consentire Magister in similitudine quam ponit: prava enim consuetudine pressus, non victus, sed libens; non poenaliter, sed delectabiliter congregationem sanctorum deserit.

2. Item, sicut hic dicit Magister: ecclesia neminem expellit nisi propter frequentem actum malum; Deus autem expulit propter unicum. Igitur misericordia
 170 ecclesiae maior est quam Dei. Quod absit. Misericordia enim Dei infinita est, quia *Eccli.* 2: “Secundum magnitudinem eius, sic et misericordia eius cum ipso.” Sed magnitudo eius infinita; *Ps.*: “Magnitudinis eius non est finis.” Ergo et misericordia.

175 Solutio ad primum. Profectus in melius non est naturae poenalis et naturae a statu, sed defectus in peius. Licet igitur paradisi fuerit ei naturalis in statu gratiae, non tamen erit ei poenale caelum empyreum, sicut nec poenalis est natu-

154 non] in *add.* BC 155 *Rom.* 8] *om.* BCO; *interlin.* R 163 expelli] expulsus *corr.* ex expelli C 165 malens] *corr.* ex mallens O 169 expellit] compellit O 175 profectus] perfectus O 175–176 et ... statu¹] *om.* BCOP

155 *Rom.* 8,10 157 *Gen.* 3,22 165–168 *Resp. Aug., De Gen. contra Manich.* 2.22 (CSEL 91, 156–57); coll. ex cap. 4 (494) 169–170 Locum non inveni 172–173 *Eccli.* 2,23 173 *Ps.* 144,3

rae a statu ignobiliore in nobiliorem mutatio. Et quia uterque horum statuum est secundum naturam, neuter est naturae poenalis, nec loca eis respondentia; sed quia status culpae est naturae innaturalis, ideo est locus ei respondens poenalis. 180 Nec est contra simile quod ponit Magister; non est enim usquequaque simile. In tantum enim simile est quod sicut locus congregationis sanctorum non congruit presso prava consuetudine, sic nec paradisi statui culpae.

Ad secundum. Sicut Deus iudicat de occultis, sic ecclesia non nisi de manifestis; I *Reg.* 16: “Homo enim videt ea quae parent, Dominus autem intuetur 185 cor.” Manifestatio autem frequenter concomitatur consuetudinem. Igitur quasi nescit ecclesia actum unicum, et ideo non condemnat. Nec est hoc misericordiae quod consuetudinem exspectat, sed potius ignorantiae.

4 DE BONORUM CONGREGATIONE PELLITUR etc. Nec est haec expulsio tantum rigoris iustitiae, sed et misericordiae, sicut de talibus dicit Augustinus: 190 “De vestra societate proiciatur. Nec hoc fit crudeliter sed misericorditer, ne contagione pestifera plurimos perdat.” Similiter et expulsio Adae, ne accederet ad lignum vitae, fuit misericordiae, non tantum iustitiae, scilicet ne gustando diutius viveret et hanc ageret vitam aerumnosam.

5 NE VERO POSSET, cap. 5. 195
AD ILLUD lignum vitae. ANTE PARADISUM CHERUBIM. Sicut Cherubim vetat homines intrare paradysum terrestrem, sic nostri Cherubim, scilicet qui magis abundant scientia, vetant homines intrare in paradysum caelestem. Unde *Luc.* 11: “Vae vobis legis peritis, qui tulistis clavem scientiae: ipsi non introistis et eos qui introibant prohibuistis.” 200

5 CHERUBIM, quia circa lignum scientiae peccaverat et inordinate scientiam desideraverat, consentiens persuadenti “eritis sicut dii,” *Gen.* 3. Per Cherubim, id est angelum scientiae, arcatur et custoditur ab accessu ad lignum vitae. Vel angelus ibi positus est ad arcendum malos angelos, et ignis, qui hic ‘flammeus gladius’ dicitur, quia flamma in modum gladii in acutum tendit ad arcendum homines. 205 Unde Rabanus: “Paradysus septus est undique rhomphaea flammea, id est muro ignito accinctus, ita ut caelo eius paene iungat incendium. Cherubim quoque, id est angelorum praesidium arcendis spiritibus malis super rhompeam flagrantem ordinatum est: ut homines flammae, angelos vero malos angeli submoveant, ne cui carni vel spiritui transgressionis aditus paradisi pateat.” 210

178 nobiliorem] nobiliore O || horum statuum] om. O 181 usquequaque] usque-
que V 189 bonorum] beatorum C 191 proiciatur] proiciantur BO; propiciantur P 199
ipsi] om. P 200 eos] om. P 207 iungat] iungatur P

185–186 I *Reg.* 16,7 190–192 Aug., *Epist.* 211 (CSEL 57, 365) 199–200 *Luc.* 11,52
202 *Gen.* 3,5 204–206 Resp. *Gen.* 3,24 206–210 Rabanus, *De universo* 12.3 (PL 111,
334)

⁵ PLENITUDO LEGIS EST DILECTIO, *Rom.* 13. *I Cor.* 15: “Pleni estis dilectione, repleti omni scientia.” *Phil.* 1: “Oro ut caritas vestra magis ac magis abundet in omni scientia.” *Eccli.* 1: “Praebuit illam (scilicet sapientiam) diligentibus se.” Augustinus in sermone de laude caritatis: “Divinarum scripturarum
²¹⁵ multiplicem abundantiam latissimam doctrinam sine ullo errore comprehendit, et sine ullo labore custodit, cuius cor plenum est caritate: dicente Apostolo, ‘Plenitudo legis est caritas’.” Item eodem: “Ille itaque tenet quod latet et quod patet in divinis sermonibus, qui caritatem tenet in moribus.”

⁵ GLADIUS AUTEM FLAMMEUS POENAE TEMPORALES SUNT, id est
²²⁰ poenitentiae, quae merito ‘flammeus gladius’ dicitur, quae mentem illuminat; *Eccli.* 24: “Qui emittit disciplinam,” quasi ante lucanum; et *Is.* 24: “Vexatio dabit intellectum.” Vel flammeus non tantum a luce scientiae sed a caritatis fervore. Cum gaudio enim et dilectione facienda sunt opera poenitentiae; *I Cor.* 13: “Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, caritatem autem non habuero nihil
²²⁵ mihi prodest.” *I Petri* 4: “Communicantes Christi passionibus gaudete”; et infra eodem: “Nemo autem vestrum patiatur quasi homicida aut fur.” Dicitur et versatilis: aut quia poenitentia transitoria est secundum illud *II Cor.* 4: “Illud quod in praesenti est, momentaneum et leve tribulationis nostrae.” Aut quia vertetur in gaudium; *Ioan.* 16: “Tristitia vestra vertetur in gaudium.”

²³⁰ ⁵ QUONIAM TEMPORA VOLUBILIA SUNT. Augustinus habet “quoniam tempora volubilitate versantur.” QUIA AD VITAM NON REDITUR etc., *I Ioan.* 3: “Scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus.” ID EST TOLERANTIAM PASSIONUM, *Act.* 14: “Per multas tribulationes oportet intrare in regnum caelorum.”

²³⁵ ^{6.1} POTEST AUTEM QUAERI, cap. 6.
 UT DE OMNI LIGNO PARADISI etc. Singularitas fuit in praecepto, sed utilitas in concessio.


²⁴⁰ ^{6.2} ET BEATA IMMORTALITATE, ad differentiam illius immortalitatis damnatorum, de qua *Ps.*: “Laborabit in aeternum, et vivet adhuc in finem”; *Apoc.* 9: “Desiderabunt mori, et fugiet mors ab eis.” NON HOC FEREBAT illud lignum. QUI, Adam vel homo. CUM SCRIPTURA DICAT, *Gen.* 2.

211 *I Cor.*] *Rom.* BO 220 quae²] quia *corr. ex quae* P 222 vel] dicitur *add.* P ||
 a¹] *om.* P || a²] *om.* P 234 caelorum] dei P 240 ferebat] conferebat ed.


211 *Rom.* 13,10 211–212 *I Cor.* 15,14 212–213 *Phil.* 1,9 213–214 *Eccli.* 1,10
 214–217 Aug., *Sermo* 350 (PL 39, 1533) 216–217 *Rom.* 13,10 217–218 *Ibid.* 221
Eccli. 24,37 221–222 *Is.* 28,19 223–225 *I Cor.* 13,3 225 *I Petri* 4,13 226 *I Pe-*
tri 4,15 227–228 *II Cor.* 4,17 229 *Ioan.* 16,20 230–231 Aug., *De Gen. contra Manich.*
 2.23 (CSEL 91, 158) 231–232 *I Ioan.* 3,14 233–234 *Act.* 14,21 239 *Ps.* 48,9–10
 239–240 *Apoc.* 9,6 241 *Gen.* 2,19–20


DISTINCTIO 30

¹ IN SUPERIORIBUS INSINUATUR ... Dist. 30, cuius divisionem ad modum arboris ramificatae sic depingo.



1 insinuatur] insinuatum est ed. 1–2 cuius ... depingo] om. V





[QUOMODO DICATUR PECCATUM INTRASSE
IN MUNDUM PER UNUM HOMINEM]

¹ SICUT PER UNUM HOMINEM IN HUNC MUNDUM etc., *Rom.* 5.

¹ Sed cum prius peccaret angelus quam homo, et cum ipse sit principalior pars universi quam homo, quia ipse prima creaturarum, homo ultima, quare dicitur ⁵ peccatum potius intrasse in mundum ‘per unum hominem’ quam per unum daemonem?

² Item, quomodo dicitur ‘peccatum intrasse in mundum’, ex quo sola creatura rationalis susceptiva est peccati?

Solutio. ‘Mundum’ hic intelligere possumus universitatem hominum concupiscentialiter genitorum. Vel sicut dicitur *Ioan.* 15: “Si odit vos mundus, scitote quia me priorem nobis odio habuit.” Vel ‘mundus’ dici potest natura humana, quae ‘minor mundus’ dicitur, in quam intravit peccatum per unam personam, in qua erat tota natura humana. Vel ideo dicitur ‘intrasse in mundum’, quia totus mundus inferior mutatus est in peius per peccatum hominis. Et sic patet solutio ¹⁵ ad secundum.

Ad primum dic quod ideo potius ‘per hominem’ dicitur peccatum intrasse in mundum quam per daemonem, quia homo quodammodo est mundus; et quia mundus iste sensibilis factus est propter hominem, non propter angelum. Et ideo peccante homine totus mutatus est in peius, ut habitatio congruat habitatori. ²⁰

Item, quia diabolus non fuit causa peccati, nec in aliis qui secum ceciderunt nec in homine, sed occasio tantum concadentibus dando exemplum, hominibus

⁵ ipse] est *add.* P

³ *Rom.* 5,12 ^{11–12} *Ioan.* 15,18 ¹³ Resp. e.g. Rob. Gross., *Quod homo sit minor mundus* (ed. Baur, 59)

vero suggerendo. Sed homo causa peccati fuit in aliis, non occasio sola. Quod tangitur infra, cap. 4, ibi PECCATI EIUS PRINCIPEM NON ADAM etc. MORS, poenae scilicet.

² HIC PRIMO VIDENDUM EST, cap. 2.

Si diligenter consideretur intentio Magistri, primo inquit an sit peccatum originale et deinde quid sit, ut ibi QUOD DILIGENTER.

[CONTRA EOS QUI POSUERUNT
PECCATUM ORIGINALE NON ESSE]

Primo ergo agit contra eos qui posuerunt peccatum originale non esse, utpote
³⁰ Pelagius et Iulianus. Multipliciter autem ad hoc nititur Iulianus, cuius rationes primo ponamus et rationum solutiones, deinde siquae sunt aliae.

Una Iuliani ratio sic est: Deus animam creat, qui mali non est causa; *Gen.* 1: “Vidit Deus cuncta quae fecerat, et erant valde bona.” Ergo sine peccato creatur.

Solutio. Licet Deus sit causa animae quidem habentis peccatum, non tamen
³⁵ peccati. Unde enim anima a Deo est, non habet peccatum; sed potius unde unitur carni corruptae, cuius corruptio peccato effecta est.

Item, Iulianus: “Si nuptiae bonae sunt, nihil ex eis oritur mali.”

Solutio. Hac ratione si homo et angelus boni sunt, nihil ex eis posset oriri mali. Et cum granum purum sit, nihil ex eo oriretur paleae. Unde Augustinus *De nuptiis et concupiscentia* lib. 1: “Impurum bonum malo originali non potest accusari, sicut adulterorum et fornicatorum malum bono naturali quod inde trahitur, non potest excusari. Sicut enim peccatum sive hinc sive inde a parvulis trahatur, opus diaboli est, sic homo, sive hinc sive inde nascatur, opus est Dei.”

Item, Iulianus: “Si in baptismo omnia peccata dimittuntur, non possunt nati
⁴⁵ de renatis trahere peccatum originale,” quia sicut de hominibus homines lege naturae, sic ex infirmis infirmi lege infirmitatis et ex reis rei lege peccati. Ergo et ex bonis boni lege gratiae.

Solutio. Aliunde renatus iustus est, aliunde generat. Unde Augustinus *De nuptiis et concupiscentia* lib. 1: “Fit, ut de iustis et legitimis nuptiis non filii Dei,
⁵⁰ sed filii saeculi generantur, quia et hi qui generant, si iam regenerati sunt, non ex hoc generant quo filii Dei sunt, sed quo filii saeculi.”

23 quod] secundum (interlin.) quod (corr. ex quia) P 24 infra] om. P 35 anima] om. P
38 solutio ... mali] marg. (hom.) P 39 oriretur] orietur CP 41 adulterorum] adultera-
torum O; corr. ex adulterorum PR 50 generantur] generentur O

24 N. 2 (ed. Grottaferrata, 1:497) 28 Cap. 6, n. 1 (ed. Grottaferrata, 1:498) 32–33 Resp. Aug., *Contra Iulianum* 2.9 (PL 44, 694) || *Gen.* 1,31 37 Aug., *Contra Iulianum* 2.9 (PL 44, 694) 39–43 Aug., *De nupt. et concup.* 1.1 (CSEL 42, 212) 44–45 Aug., *Contra Iulianum* 2 (PL 44, 694) 48–51 Aug., *De nupt. et concup.* 1.18 (CSEL 42, 232)

Item Iulianus: “Si iustus est Deus, non potest in filiis peccata parentum dam-
nare (maxime aeternaliter), cum et ipsis parentibus dimittat propria.”

Solutio. Non damnat in filiis peccata parentum, sed propria filiorum, quae
tamen a parentibus originem ducunt. Et ideo ipsis facilius dimittuntur et quo- 55
dammodo loquendi, aliena non propria dicuntur. Unde Augustinus *Contra Iu-
lianum* lib. 1: “Cyprianus: Infans ad remissionem peccatorum recipiendam hoc
ipso facilius accedit, quod illi remittuntur non propria, sed aliena peccata.” Et
Augustinus *Retractationes* lib. 1: “In primis hominibus humana natura peccavit,
ac per hoc nulla naturae humanae nocuerunt peccata nisi sua.” Et Anselmus *De* 60
originali peccato: “Aliud fuit peccatum Adae, aliud infantum. Illud fuit causa,
hoc effectum. Adam caruit debita iustitia, non quia alius sed quia ipse deseruit;
infantes carent debita iustitia, non quia ipsi sed quia alius dereliquit.”

Item, Iulianus: Accidentia “non possunt esse sine eo in quo sunt.” Igitur cum
peccatum sit accidens, a parente in prolem non transit. 65

Solutio. Non transit peccatum ut idem numero quod est in parente sit de-
inde in prole. Sed transit caro corrupta a parente in prolem. Corruptio vero
carnis est causa non eiusdem peccati numero in prole, sed consimilis peccati;
et non dicitur transire peccatum, nisi quia peccati causa transit. Et est bonum
simile (Augustinus): si enim species corporales non deserentes suam materiam 70
transeunt in animam et eam afficiunt, quare non similiter peccata? Augustinus
De nuptiis et concupiscentia: “Magnum te aliquid dialectica docuit: ‘Rem quae
in subiecto est, sine eo esse non posse. Et ideo, putas, malum quod in paren-
te est, ut in subiecto, alii rei, id est proli, ad quam non pervenit, reatum non
posse transmittere’. ... Transeunt ergo quae sunt in aliquo, ut in subiecto, sed 75
afficiendo, non emigrando, velut Aethiopes, quia nigri sunt, nigros gignunt, non
colorem suum transferentes, sed sui corporis qualitate corpus quod de illis gi-
gnitur afficientes. Mirabilius autem est quomodo rerum corporalium qualitates
in res incorporeas transeunt. Formas enim visas corporum haurimus animo et
in memoria recondimus; nec illae recesserunt a corporibus suis, et tamen ab eis 80
mirabiliter affectis sensibus nostris transierunt. Quomodo autem de corpore ad
spiritum, sic transeunt de spiritu ad corpus. Colores enim virgarum quas varia-
vit Iacob, afficiendo transierunt in animas pecorum matrum, atque inde eadem
affectione transeundo apparuerunt in corpora filiorum. Tale vero aliquid in fe-

52 peccata] peccatum O 55 tamen] tantum C 62 debita] om. P 70 materiam]
naturam OP 74 rei] om. P 76 non¹] sed O 79 incorporeas] corporeas BCPRV
83 inde] in die C

52–53 Aug., *Contra Iulianum* 2 (PL 44, 694) 56–58 Ibid. 1 (PL 44, 644) 59–60 Aug.,
Retract. 1.10 (CCL 57, 32) 60–63 Anselmus, *De concep. virg. et de orig. pec.*, cap. 26
(ed. Schmitt, 2:169) 64 Aug., *Contra Iulianum* 5.14 (PL 44, 812) 64–65 Resp. ibid.
71–89 Potius Aug., *Contra Iulianum* 5.14 (PL 44, 812–13) 82–84 *Gen.* 30,37–42

85 tibus humanis posse contingere Solinus, medicinae auctor nobilissimus, scribit et exemplo confirmat. Dionysium enim narrat, eo quod ipse deformis esset, nec tales habere filios vellet, uxori suae in concubitu formosam solere picturam proponere, cuius pulchritudinem concupiscendo quodam modo raperet, et in prolem quam concupiebat afficiendo transmitteret.” Hucusque de rationibus Iuliani.

90 Item, ut dicit Apostolus: In Adam peccavimus. Sed pronior est Deus ad miserendum quam condemnandum. Ergo si per Dei iustitiam omnes in Adam peccante peccavimus, multo fortius in Adam satisfaciente satisfacimus per Dei misericordiam. Sicut enim in lumbis eius fuimus cum peccavit, similiter et cum satisfecit.

95 Solutio. Transfusio originalis non est nisi per transfusionem eius quod commune est gignenti et genito. Hoc autem non est nisi natura corporalis. Satisfactio autem non transfunditur per naturam corporalem communem. Iustitia autem reparata in Adam per satisfactionem non mundavit lumbos, sed animam.

Item, anima Adae in animam pueri peccatum efficere non potuit, quia habens 100 culpam est impotentior carente ea. Nec natura corporalis corrupta, quia et ipsa est anima ignobilior et impotentior. Et ideo in eam non aget. Igitur nulla ex parte habet originale.

Solutio. Anima contrahit originale ex unione sui cum corpore corrupto. Nec est corpus causa originalis efficiens proprie, sed potius occasionalis, sicut motus 105 aquae respectu motus radii: non enim agit aqua motum in radio, sed fit motus in radio ad motum aquae.

2 QUOD FUERIT ILLUD PECCATUM etc., ibi, scilicet cap. 3. QUIBUSDAM PLACUIT etc. ET QUARE DICATUR ORIGINALE, dist. 31, cap. IAM OSTENSUM EST. ET QUOMODO PERTRANSIERIT, dist. 31, in principio.

110 3 QUIBUSDAM PLACUIT, cap. 3.

ILLUD ACCIPE, scilicet quod dicit Apostolus supra, cap. 1: “Sicut per unum hominem” etc.

4.1 HOC AUTEM DICUNT, cap. 4.

115 NON TRADUCTIONE ORIGINIS, id est non quod transeat a natura generantis in naturam geniti, sed potius quod persona gignens reliquerit exemplum genito.

Sed contra hoc est quod exemplum non datur nisi animatis et non nisi adultis. Quomodo igitur dicitur Adam dedisse exemplum mihi, qui tunc omnino non fui?

87–88 proponere] ponere C 95 originalis] corporalis CR; corporis V 104 originalis] originale B 105 agit] magis R 114 originis] originalis C 115 gignens] gignentis R

85 Resp. Solinus, *Collectanea rerum memorabilium*, cap. 1, nn. 62–64 (ed. Mommsen, 19)

90 Resp. *Rom.* 5,12 107 Cap. 2 (ed. Grottaferrata, 1:496) 107–108 Cap. 3 (ibid.)

108–109 Cap. 7, n. 1 (ed. Grottaferrata, 1:509) 109 Cap. 1 (ed. Grottaferrata, 1:505)

111–112 *Rom.* 5,12

4.2 MORS INTRAVIT per diabolum occasionaliter, per hominem causaliter.

5 ET EST ILLUD PECCATUM, cap. 5.

VITIATAM CONCUPISCENTIALITER, *Iob* 14: “Quis potest facere mundum 120
de immundo conceptum semine?”

6 QUOD DILIGENTER, cap. 6.

7.1 SED QUOD ORIGINALE, cap. 7.

SUPER EXODUM, cap. 13. NOBIS CONTRAXIMUS, vel nobiscum traximus.
UNDE, id est ex qua culpa originali. 125

7.3 QUIA IN OMNIBUS concupiscentialiter generatis. NEMO ENIM NASCI-
TUR concupiscentialiter. ET MERITUM POENAE, id est culpam.

7.4 IMPIETATI, id est culpa, SUBDITUM, *Ioan.* 8: “Qui facit peccatum, servus
est peccati.” MORTIQUE, scilicet poenae. NISI PER FIDEM etc., *Act.* 15: “Fide
purificans corda eorum.” 130

8.1 NUNC SUPEREST VIDERE, cap. 8.

8.2 QUAE SUNT ARMA DIABOLI, de quibus *Eccli.* 9: “In medio laqueorum
ingredieris et super dolentium arma ambulabis.” Cum enim illas actuales con-
cupiscentias calcamus illaesis pedibus, dolent daemones. Sed quis hoc potest?
Tela enim haec ignea sunt; *Eph.* 6: Quo possimus “omnia tela nequissimi ignea 135
exstinguere.” Sed *Prov.* 6: “Numquid poterit homo ... ambulare super prunas, et
non comburentur plantae eius?” Utique hoc non potest nisi calceatus illis calce-
amentis, de quibus *Deut.* 33: “Ferrum et aes calceamentum eius,” id est Aser,
id est beato, ut scilicet inter ignita iacula et pedem affectus sit aliquid medium
durum et austerum, ut illi clavi de quibus canit Ecclesia: “Clavis, lancea mite 140
corpus perforatur.” I *Petri* 4: “Christo passo in carne, et vos eadem cogitatione
armamini.” Et tunc pes affectus his non laedetur; nec deformabitur, ut caro ad-
usta; sed ut dicitur in *Cant.* 7: “Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis,
filia principis!”

8.2 INIMICUM, diabolum; I *Petri* 5: “Adversarius vester diabolus.” NON OBOE- 145
DIAS etc., I *Petri* 2: “Obsecro vos tamquam advenas et peregrinos abstinere vos
a carnalibus desideriis, quae militant adversus animam.”

124 contraximus] traximus ed. 134 calcamus] calamus R 135 possimus] possumus P
136 prunas] prunam P 139 beato] beati BO; beatus P 142–143 adusta] adultera O
147 quae ... animam] etc. O

120–121 *Iob* 14,4 124 *Ex.* 13,13 128–129 *Ioan.* 8,34 129–130 *Act.* 15,9 132–133
Eccli. 9,20 135–136 *Eph.* 6,16 136–137 *Prov.* 6,27–28 138 *Deut.* 33,25 140–141
Crux fidelis, vers. 7, Missa praesantificatorum, *Liber usualis*, 711 141–142 I *Petri* 4,1
143–144 *Cant.* 7,1 145 I *Petri* 5,8 146–147 I *Petri* 2,11

9.1 IN NOMINE AUTEM CONUPISCENTIAE, cap. 9.

CUM EAM, concupiscentiam. DE VERBIS APOSTOLI, *Gal.* 5: “Caro concupiscit adversus spiritum.”

9.1 QUOTIDIE MINUI POTEST concupiscentia, FINIRI NON POTEST.

Quaeritur quomodo minuat et quare non potest in vita ista penitus auferri.

Solutio. Radius reflexus ab aqua super parietem mota aqua necessario movetur. Sed si posset parieti adhaerere, quanto firmitus adhaereret, tanto minus moveretur mota aqua. Similiter sicut radius ex una parte aquae mobili ex altera parieti immobili coniungitur, sic anima corpori et Deo. Et quo Deo adhaeret est amor spiritualis, scilicet caritas, quo carni amor naturalis vel post peccatum carnalis. Quanto igitur fuerit caritas maior, tanto fiet anima Deo immobili adhaerens immobilior. Caritas ergo est quo concupiscentia minuitur. Et quia caritas non habetur complete in via – ut enim dicit Augustinus: Hoc praeceptum, ‘Diliges Deum ex toto corde tuo’, non impletur in via – ideo omnino concupiscentia non vincitur et deletur.

10.1 EOSQUE COMMACULAVIT, *Iob* 14: “Quis potest facere mundum de immundo conceptum” etc. OMNES DE SUA STIRPE VENTUROS concupiscentialiter.

10.2 EX EO IGITUR, scilicet Adam vel peccato. ALIA ERGO SUNT PROPRIA PECCATA actualia, *Ps.*: “Ab occultis meis munda me et ab alienis parce servo tuo.” IN QUO OMNES PECCAVERUNT, *Rom.* 5. ID EST EX QUO, id est non actualiter.

11 HOC EST ORIGINALE, cap. 11.

QUOD, peccatum. EX ADAM SIVE EX EIUS INOBOEDIENTIA, id est ex Adam inoboediente.

11 ET IN POSTEROS DEMIGRAVIT.

Contra. Dicit Augustinus *De nuptiis et concupiscentia* quod “transeunt accidia non emigrando, sed afficiendo.”

Solutio. Dicitur peccatum originale emigrare hic non propter ipsum, sed propter carnis corruptionem, quae migrat simul cum semine a parente in prolem. CONSEQUENTER, scilicet post illud suprapositum, in quo omnes peccaverunt.

148 cap. 9] cap. 6 156 et²] ex *add.* C 172 inoboediente] non oboediente P 175 emigrando ... afficiendo] afficiendo non emigrando P 176 solutio] sed O

149–150 *Gal.* 5,17 160–161 *Resp. Aug., De perf. iust. hom.* 8.19 (CSEL 42, 17–18) 163–164 *Iob* 14,4 167–168 *Ps.* 18,13–14 168 *Rom.* 5,12 174–175 Potius Aug., *Contra Iulianum* 5.14 (PL 44, 812)

¹² QUOD ERGO AIT, cap. 12.

PER INOBOEDIENTIAM, *Rom.* 5. UT IN ILLO ESSET, id est illa necessitas ¹⁸⁰
concupiscendi. Igitur in uno facto duo incurrit peccata, scilicet actuale et origi-
nale. Sed in ipso actuale prius fuit natura quam originale; in nobis e contrario.

^{13.1} UNDE AUGUSTINUS IULIANO, cap. 13.

^{13.2} PECCATUM FINGIS INGRESSUM. Fateor peccatum natura non est quae
possit transire ab uno in aliud. Nec potest esse in illa natura quae transit a parente ¹⁸⁵
in prolem, scilicet in semine, in quo nihil est animae rationalis. Sed causa inest
semini, scilicet corruptio, ita quod si uniatur anima ei corrupto, accidet peccatum,
scilicet necessitas concupiscendi cum debito non concupiscendi in anima.

^{13.3} MALA EST VOLUNTAS etc. Sed non alia malitia quam eadem qua facit,
alioquin iretur in infinitum. EX VOLUNTATE ESSE, sed medietate, scilicet ¹⁹⁰
mediante actuali. Et est immediatius actuale voluntati quam originale.

^{14.1} AD HOC AUTEM QUOD DIXIMUS, cap. 14.

VERBORUM SECTATORES, de quibus *Prov.* 19: “Qui tantum verba sectatur,
nihil habebit.”

^{14.2} QUOD MATERIALITER ET CAUSALITER etc.: ‘materialiter’, quia sub- ¹⁹⁵
stantia materiae omnium hominum fuit in Adam; et ‘causaliter’, quia non tantum-
modo in potentia passiva sed in potentia activa. Sed cum dignior hominis pars sit
anima, quae nullo modo fuit in Adam, quomodo omnes homines dicuntur fuisse
in eo materialiter et causaliter?

Solutio. In Adam fuit potentia descendendi semen habens rationem semina- ²⁰⁰
lem respectu corporis humani et respectu etiam dispositionis nobilis, quae est
ultima dispositio corporis ad animam. Et non est intentio naturae stare in hac
dispositione, sed intendit ipsam animam rationalem, quae a solo Deo materiae
sic dispositae datur. Et ita quodammodo in illo semine est natura non intendens
partem hominis, sed totum hominem. Et hoc est quod dicitur quod tota natura ²⁰⁵
humana fuit in Adam.

^{14.2} QUOD IN HUMANIS CORPORIBUS NATURALITER EST: hoc dicit prop-
ter carnem ex alimento.

^{14.3} ITIDEM, id est iterum.

^{15.1} QUOD VERO NIHIL, cap. 15.

USQUE AD AETATEM TRIGINTA etc., *Eph.* 4: “Donec occurramus omnes in ²¹⁰
... virum perfectum in mensuram aetatis plenitudinis Christi.” NULLO VITIO,

187 accidet] accideret C 211 usque ... etc.] om. C

180 *Rom.* 5,12 183 Aug., *De nupt. et concup.* 2.27–28 (CSEL 42, 302sqq.) 193–194
Prov. 19,7 211–212 *Eph.* 4,13

id est infirmitate vel membrorum mutatione. SICUT PANES EVANGELICI, de quinque panibus in quinque milibus hominum: *Ioan.* 6, *Matt.* 14, de septem panibus in quattuor milibus: *Matt.* 15.

15.2 NON INFITIAMUR, id est non negamus. ALIARUMQUE RERUM FOMENTIS, Augustinus *De libero arbitrio* lib. 2: "Naribus alimentum capere docent medici." COALESCIT, id est nutritur et roboratur.

De originali peccato primo quaeratur an sit; deinde quid sit.

[UTRUM SIT PECCATUM ORIGINALE]

220 Quod autem peccatum originale sit sic videtur ratione et auctoritate. Ratione sic: puer in ortu, immo et in utero poenam patitur; *Sap.* 7: "Primam vocem similem omnibus emisi plorans." Sed poena non est sine culpa. Ergo tunc habet culpam, sed non actualement, quia nondum fuit motus liberi arbitrii. Ergo originale.

225 Sed forte dicis: culpa actualis praecessit poenam illam. Sed hoc potest esse dupliciter: vel quod ipsi animae infuerit poena prius alteri corpori coniunctae; vel separatim manentis. Si primum, erit secundum opinionem Pythagorae revolutio animarum, et tunc non erit generalis resurrectio – cui contradicit *Symbolum*. Si secundum, sequitur haeresis alia Platonis, qui posuit animas prius supra stellas, 230 deinde ibi peccasse, et propter peccatum in corpus tamquam in carcerem detrusam fuisse. Quod autem hoc sit falsum patet per hoc quod anima differt ab angelo per hoc quod habet affectionem ad corpus. Igitur si aliqua non peccaret, aeternaliter esset misera, eo quod aeternaliter careret suo appetibili; aut sine peccato uniretur corpori, et tunc nasceretur sine peccato omni et per consequens sine poena.

235 Item, alio modo potest obviari dictae rationi dicendo quod culpa praecedat poenam. Sed non oportet quod culpa praecedat poenam in eodem subiecto. Quippe poenam Christi praecessit culpa, sed in aliis, non in ipso; *Is.* 53: "Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra." Eodem: "Eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius."

240 Solutio. Quia peccato caruit quantum est, ex hoc forte fuit immortalis, sicut Adam in paradiso, id est potens non mori; et per consequens non pati, et sic

213 mutatione] mutilatione CO 213–214 de ... panibus] om. P 215 Matt.] om. C
 225 sed¹] om. BCOPR || dicis] quod add. marg. m. post. P 227 manentis] manenti P
 229 supra] super R 230 detrusam] detrusas P 236 sed ... poenam] marg. BO ||
 culpa] poena O || poenam] culpam O 240 est] om. P || forte] om. V

214 *Ioan.* 6,5–13 || *Matt.* 14,13–21 215 *Matt.* 15,34–39 217–218 Aug., *De lib. arb.* 2.7 (CCL 29, 249) 221–222 *Sap.* 7,3 228 *Symbolum Apostolicum* 1 (*DS* 1, n. 1) 229–231 Resp. Aug., *De civ. Dei* 10.30, 11.23, et 12.27 (CCL 48, 307–8; 341; et 382–84); cf. etiam Fishacre, *Super S. Aug. De haeres. adnot.* (ed. Long, 230) 237–238 *Is.* 53,5 238–239 *Is.* 53,9

quodammodo impassibilis secundum quod homo. Sed voluntarie accepit non tantum naturam sed et poenalitatem. Unde *Is.* 53: “Oblatus est quia ipse voluit.” Igitur cum in parvulis aliis non praecedat motus voluntatis, patet quod poena eorum non est voluntaria. Igitur non caret culpa.

245

Item, dices: in brutis praecessit poena culpam; quippe poena et mors inest eis, in quibus tamen non est possibilis culpa. Sed hoc habet natura brutalis in se quod sit corruptibilis, id est habens necessitatem ad corruptionem. Sed natura humana prius habuit in institutione sui impassibilitatem, id est potentiam non patiendi. Igitur si passibilitas inesset huic, id est necessitas patiendi, et non praecessisset culpa, iniuste ageretur cum eo. Igitur sequitur quod si in isto parvulo est necessitas patiendi et moriendi, vel it nolit quod in eo praecessit culpa.

250

Item, Anselmus: Sic natura humana debet iustitiam naturalem quam accepit. Et ipsa est in quolibet hominis individuo. Ergo natura humana in quolibet hominis individuo debet naturalem iustitiam et in nullo solvit eam. Ergo in quolibet individuo rea est.

255

Hoc idem patet auctoritate sic. *Ps.*: “Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea.” *Rom.* 3: “Non est distinctio, omnes enim peccaverunt et egent gloria Dei.” *Rom.* 5: “Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit ... in quo omnes peccaverunt.” Eodem: “Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adae.” *Eph.* 2: “Eramus natura filii irae.” *Iob* 14: “Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine?” *Sap.* 12: “Semen erat maledictum ab initio.” Et ante: “Nequam est natio eorum, et naturalis malitia ipsorum.” *I Cor.* 15: “Per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur.”

260

265

[QUID NON SIT ORIGINALE PECCATUM]

Consequenter investigandum quid sit originale peccatum. Et cum omne peccatum sit aversio ab incommutabili bono et conversio ad bonum commutabile, talis autem aversio vel conversio potest esse habitualis et actualis, quaeritur utrum horum sit. Quod non sit actualis patet, sicut ostendit Magister. Nondum enim est usus liberi arbitrii in parvulis, cum inest primo originalis culpa. Quod autem sit habitualis aestimant multi. Haec etiam fuit opinio Praepositini, qui dixit quod originalis culpa non est nisi habitus omnium mortalium. Ita enim dicit: Origi-

270

250 passibilitas] possibilitas C 251 ageretur] ageret C 256 rea] poena C 257 hoc] item V || in] om. O 263 semine] nonne etc. add. O

243 *Is.* 53,7 253 Resp. Anselmus, *De concep. virg. et de orig. pec.*, cap. 2 (ed. Schmitt, 2:141) 257–258 *Ps.* 50,7 258–259 *Rom.* 3,22–23 259–260 *Rom.* 5,12 260–262 *Rom.* 5,14 262 *Eph.* 2,3 262–263 *Iob* 14,4 263–264 *Sap.* 12,11 264 *Sap.* 12,10 265–266 *I Cor.* 15,21–22 273–276 Praepositinus, *Summa* 2 (Paris, B.N. lat. MS 14526, f. 86^v)

nale enim peccatum est “septem principalia vitia. Et sicut concupiscentia facit
 275 puerum concupiscibilem et adultum concupiscentem, sic superbia puerum facit
 superbilem et adultum superbientem.”

Sed contra. Cum in peccato sint aversio et conversio, aversioni respondet,
 ut poena, convenienter carentia visionis Dei, conversioni poena materialis. Igi-
 tur sicut actuali aversioni respondet carentia visionis Dei et similiter habituali,
 280 eadem ratione actuali conversioni ad bonum commutabile et similiter habituali
 conversioni respondebit poena materialis. Igitur si, ut dicunt, in puero est ha-
 bitualis conversio, punietur igne materiali et non tantum carentia visionis Dei.
 Sicut cum quis peccavit actualiter, cum actus transivit, remanet tamen habitus
 pro quo puniretur; si decederet, igne materiali.

285 Viso quid originalis culpa non sit, videamus nunc primo quid sit, et deinde
 quomodo nominanda sit.

[QUID SIT ORIGINALIS CULPA]

Et primo dicamus quid sit per exemplum. Secundo solvamus quod videtur
 contrarium. Exemplum sic est: radius aquae continguatus movetur mota aqua
 vel speculo et quiescente quiescit, habens tamen necessitatem movendi cum aqua
 290 moverit. Et hoc habet ex contiguatione sua cum aqua vel speculo mobili. Sed
 multo maior est unitas animae et carnis quam contiguationis; alioquin ex eis non
 fieret vere unum. Igitur si caro mutabilis est et mobilis ad concupiscendum,
 anima unita tali carni habet necessitatem movendi, scilicet concupiscendi, cum
 caro concupierit.

295 Igitur cum caro parvuli, cui infunditur anima, sit per peccatum primi hominis
 mobilis, patet quod anima parvuli ei unita. Licet insit ei privatio actuum inordi-
 natorum, inest tamen necessitas in ea respectu eorum, cum caro moverit se. Ante
 peccatum vero non fuit talis necessitas. Quippe licet caro posset concupiscere,
 non tamen hoc potuit nisi prius concupiscente spiritu et ei imperante ut concupi-
 300 sceret, quia tunc fuit omnino subiecta spiritui. Sicut ergo si radius posset retinere
 aquam ne ipsa moveretur vel modicum nisi ad imperium lucis sibi continguatae,
 non inesset ipsi radio necessitas movendi ex contiguatione cum aqua. Similiter
 nec tunc fuit in anima necessitas concupiscendi ex unione eius cum carne.

Nunc autem ex peccato primi hominis effectum est in tota carne humana iusto
 305 Dei iudicio, ut ipsa non sit subiecta rationi. Quia enim anima Adae noluit oboedi-

275 puerum facit] *om.* BORV; *marg. m. post.* C 276 superbilem] *superbibilem corr. ex*
superbilem P 278 ut ... convenienter] *om.* O || materialis] *item, in malis habitus*
derelinquitur ex actu in eodem; cum ergo iste parvulus non peccavit in actu, non habet habitum
peccati add. marg. m. post. C 280–281 eadem ... conversioni] *om.* O 281 respondebit]
respondet C 283 peccavit] *peccaverit O* 284 decederet] *descederet corr. ex decederet P*
 299–300 ut concupisceret] *om.* P

re Deo, scilicet suo superiori, iustum fuit ut nec suum inferius in eo oboediret suo superiori, scilicet caro spiritui. Unde in paradiso ante peccatum duo erant quorum contraria nunc sunt, scilicet potestas regendi carnem vel sensualitatem et insuper libertas ad concupiscendum vel non. Nunc autem caro non est subiecta spiritui, sed ei potius adversatur; *Gal. 5*: “Caro concupiscit adversus spiritum.” Et ideo non est in potestate spiritus ut caro non concupiscat. Et per consequens nec est in eius potestate quod ipse non concupiscat, sed habet necessitatem concupiscendi, cum caro concupierit. Igitur post peccatum primi hominis inest animae duplex necessitas: una non regendi sensualitatem; alia cupiendi, cum illa movebitur.

Et unum horum, scilicet primum, est necessitas non faciendi quod non debet; secundum est necessitas faciendi quod non debet. Et ita inest ei nuditas vel carentia utriusque partis iustitiae, quae sunt declinare a malo et facere bonum.

Et nunc quaeratur an neutrum sit originale peccatum an utrumque an alterum tantum. Quod neutrum videtur, quia utrumque manet in baptizatis, in quibus tamen culpa originalis non est. Igitur neutrum est originalis culpa. Quod autem utrumque videtur secundum Anselmum, qui ponit quod originalis culpa est nuditas debita iustitiae facta ex peccato Adae. Et hoc dicitur ad differentiam actualis in baptizatis. Igitur cum debita iustitia constet ex utroque horum, quae sunt partes iustitiae, patet quod secundum eum utrumque est unum originale.

Quod si alterum horum tantum est culpa originalis, hoc erit primum horum, ut videtur, quia ipsum est causa secundi; quia enim habet necessitatem non regendi sensualitatem, habet necessitatem concupiscendi.

[ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

Sed contra hoc sunt plura:

1. Unum est quod primum est tantum iusta poena, sicut dictum est. Quia enim noluit oboedire suo superiori, perdidit potestatem in suum inferius. Igitur poena tantum est, non culpa.
2. Item, dicit Augustinus: Originale est concupiscentia; et ita erit secundum, non primum.

[RESPONSIONES]

Ad primum dic quod si quolibet die deberes mihi servitium aliquod quod implere non posses sine pedibus, si aliquo peccato tuo perdidisses pedes, ita ut

311–312 et ... concupiscat] *om. (hom.) O* 313 animae] homini V 314 cupiendi] concupiscendi *corr. ex cupiendi P* 315 non²] *om. P* 316 secundum ... debet] *om. COP* || ita inest] vel C 318 neutrum] horum *add. V* 320 culpa¹] *om. O* 323 horum] eorum P 332 dicit] *om. P* 334 deberes] debes C

310 *Gal. 5,17* 321–322 Resp. Anselmus, *De conc. virg. et de orig. pec.*, cap. 27 (2:170)

332 Resp. Aug., *De Trin.* 13.18 (CCL 50A, 413) et *De nupt. et concup.* 1.32 (CSEL 42, 248)

esset in te necessitas non reddendi servitium debitum, cottidie peccares in me non reddendo quod debes. Sed si dimitterem tibi illud servitium debitum, iam post dimissum illa necessitas remaneret in te, sed tamen sine iniuria mei. Similiter in baptizato remanent istae necessitates. Sed remissa est per baptismum tentio
 340 illa qua tenetur anima et regere sensualitatem et non concupiscere. Nec tunc est nuditas iustitiae naturalis debitae, quia iam non debetur. Igitur nihil impedit haec esse peccata ante baptismum, cum sit debitum ad opposita; post vero non, cum remittitur debitum.

Ad secundum non audeo asserere. Videtur tamen mihi quod primum illorum
 345 est tantum poena; et ita tantum ultimum est originalis culpa. Et est primum poena culpa in parente et causa culpa in prole. Quod per hoc patet quod si habens necessitatem non regendi sensualitatem vitare posset concupiscere vel necessitatem concupiscendi, non iam haberet peccatum. Igitur non est culpabilis ex necessitate non regendi, sed potius ex necessitate concupiscendi. Et ideo bene
 350 dicitur originale concupiscentia ab Augustino, id est necessitas concupiscendi.

[ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

Sed contra hoc sunt plura.

1. Unum est: cum peccatum principaliter sit privatio – unde prius et principalius ponitur in eius definitione ‘aversio’, secundo ‘conversio’ – videtur quod originale peccatum principaliter debeat dici ‘privatio’, non ‘positio’. Primum autem,
 355 scilicet necessitas non regendi, privatio est. Et ideo ipsa potius videtur esse originale. Quomodo ergo per peccatum dicitur ‘concupiscentia’? Potius videtur quod sit nuditas iustitiae, ut dicit Anselmus.

2. Item, omne peccatum voluntarium. Sed necessitas repugnat voluntario. Ergo necessitas aliqua peccatum esse non potest.

360 3. Item, ut dicit Augustinus: Est malum duplex, scilicet quod agimus et quod patimur; et malum quod patitur poena est, et quod agimus culpa. Sed hanc necessitatem concupiscendi non egimus. Ergo ipsa, cum sit mala, est malum quod patimur. Igitur est tantum poena, non culpa.

4. Item, si impotentia regendi vel necessitas non regendi est poena a Deo inflicta,
 365 et haec est causa necessitatis concupiscendi in anima, igitur cum “quod est causa causae sit causa causati,” est Deus causa necessitatis concupiscendi. Sed non est causa culpa. Igitur necessitas concupiscendi non est originalis culpa.

337 debes] deberes CP 338 remaneret] remanet C 340 tunc] tamen *corr. ex* tunc P
 356 peccatum] positionem *corr. ex* peccatum P 366 est¹] et P 367 causa ... est] *om.*
(hom.) O

350 Ibid. 357 Resp. Anselmus, *De concep. virg. et de orig. pec.*, cap. 27 (2:170) 360–361
 Resp. Aug., *Contra Adimantum*: “Dupliciter enim appellatur malum; unum quod homo facit, alterum quod patitur: quod facit, peccatum est; quod patitur, poena,” cap. 26 (CSEL 25, 184)
 365–366 Resp. *Liber de causis* 1.16 (ed. Pattin, 49); cf. *Auctoritates Aristotelis*, n. 3 (ed. Hamesse, 231)

[RESPONSIONES]

Ad primum. Cum omne peccatum sit aversio et conversio, quia conversio ad bonum commutabile inordinate multipliciter est, quia bonum commutabile multiplex est, non unicum; aversio vero ab incommutabili est unica, sicut bonum incommutabile est unicum. Ideo peccata ex parte illa qua sunt aversio distinctionem non habent nec nomen, quia si secundum hoc daretur eis nomen, omnibus daretur nomen unicum et idem. Similiter cum originale sit aversio, in hoc communicat cum actualibus. Et ideo si ex hac parte daretur ei nomen, haberet unum nomen non proprium, sed commune sibi et omni peccato actuali. Igitur sicut si actualibus dentur nomina propria, hoc erit ex parte conversionis. Similiter si originali debet dari nomen proprium, dabitur ei non ex parte aversionis, sed conversionis. Et quia nulla est conversio, sed necessitas ad convertendum inordinate, et hoc non ad unum aliquod, sed ad omnia bona commutabilia, nominatur ‘concupiscentia’, id est necessitas concupiscendi generaliter, non necessitas luxuriandi specialiter.

Ad secundum. Dic quod haec necessitas aliquando non fuit necessitas, sed voluntaria et voluntate effecta est. Insuper cum sit necessitas coactionis et inevitabilitatis, patet quod necessitas coactionis non est cum peccato nec in voluntate. Sed necessitas inevitabilitatis bene est in voluntate et cum peccato, ut patet in daemonibus.

Ad tertium. Dici potest quod illa divisio Augustini non comprehendit omne malum, sed tantum malum poenae et malum culpae actualis. Vel potest dici quod culpa originalis reducitur ad illud membrum quod est malum quod agimus. Sub hac enim prima persona agimus, concipitur Adam, a quo agitur. Vel actum est hoc malum in nobis, non a nobis. Unde sic intelligatur divisio: malum aut est actum aut passum. Et sic originalis culpa est actum. Sed attende quod non est actum ab Adam hoc malum principaliter, sed consequenter. Non enim hoc intendebat Adam, sed principaliter actum fuit comedere vetitum, quod fuit non oboedire suo superiori. Ad quod sequebatur corruptio in omnibus vitiosa lege ab eo propagatis. Unde est sensualitatis ad rationem inoboedientia et per consequens necessitas concupiscendi in anima.

Ad quartum. Dubito an corruptio carnis, unde est ipsius inoboedientia ad spiritum, consecuta primum Adae peccatum sit vel poena inflicta ei pro peccato a iusto Iudice, an sit naturaliter consecuta peccatum. Si enim hoc ultimum est, tunc patet solutio per interemptionem poenae. Quod autem hoc sit non videtur longe a ratione. Quippe videmus corpus naturaliter imitari animae dispositiones,

369–370 quia ... est¹] *marg.* P || multiplex] multipliciter BCRV 371–372 distinctionem] *marg.* P; definitionem P; vel definitionem *al. lect.* B 373 aversio] id est necessitas avertendi *add.* P 378 et] sed P || sed] immo P 395 ad ... sequebatur] *om.* O 401 poenae] *om.* P

387–388 Resp. supra

ita ut in vultu se exserat mentis tristitia, quandoque immo et aegritudinem inferat corpori et mortem. Unde *Eccli.* 30: “Exultatio viri est longaevitas”; eodem:
 405 “Tristitiam longe expelle a te. Multos enim occidit tristitia et non est utilitas in ea.” *Eccli.* 13: “Cor hominis immutat faciem eius sive in bono sive in malo.”

Igitur cum inter haec duo mala, scilicet culpa et poenae, maius malum sit culpa quam poena supra modum, quia culpa est privatio melioris supra modum, scilicet gratiae. Si ad malum poenae in anima concomitatur aliquid mali in corpore coniuncto ei, multo fortius ad malum culpa in mente concomitabitur plus
 410 mali in corpore. Et etiam si primum peccatum in anima remotissima corpora et maxime incorruptibilia, utpote stellas, mutavit in peius, quanto magis corpus sibi unitum et magis mutabile, quia animale, mutavit in peius? *Iob* 25: “Stellae non sunt munda in conspectu eius: quanto magis homo!”

[CONTRA]

415 Sed dices: secundum hanc rationem continue nunc per peccata actualia fit amplior corruptio in corpore, sicut per actuale Adae.

[RESPONSIO]

Sed dicunt magistri quod non, quia natura humana recens hausit tantum de corruptione ex primo peccato quod nunc amplioris non est capax, sicut sponsa
 420 primo posita in aqua tantum traicit de aqua in se, ut deinde missa in aqua amplius traicere non possit. Sed forsitan de hoc posterius.

Quod si talis carnis corruptio et inoboedientia ad spiritum est poena a Deo inflicta et continetur sub illo verbo comminationis: “Morieris morte quocumque die comederis ex eo,” responderi potest quod cum quis a iusto Iudice punitur ad hoc quod poena insit huic, duo oportet concurrere, scilicet in isto culpam et
 425 iustitiam in Iudice. Uno enim quolibet horum non existente non erit poena in isto. Nec est distinguere in poena quid sit a Iudice, quid a delinquente, sicut in conclusione quae sequitur ex duabus praemissis non est distinguere in ea quid eius sit a maiore, quid a minore propositione.

Hinc est quod dicimus poenam esse aliquando a Iudice, aliquando a delinquente, sicut conclusio enthymematicae aliquando infertur ex maiore, aliquando
 430 ex minore. Tamen verius dicetur poenam esse a delinquente et delinquens causa poenae quam Iudicis iustitia. Quippe iustitia prior fuit quam culpa. Et tunc non fuit poena, sed addita culpa in delinquente cum iustitia praecedente in Deo Iudice primo ponitur poena. Igitur culpa est id quo primo posito ponitur poena et

404 eodem] *om.* O 406 *Eccli.* 13] *Eccli.* 30 P 409 si] *sed* R 412 magis] *ma-*
 ius P 416 corruptio] *modo add.* V 421 a Deo] *ade* P 422 quocumque] *quacumque* C
 425–426 in isto] *om.* O 426 quid¹ ... Iudice] *interlin.* C

404 *Eccli.* 30,23 405–406 *Eccli.* 30,24–25 406 *Eccli.* 13,31 413–414 *Iob* 25,5–6
 422–423 *Gen.* 2,17

quo remoto primo removetur. Et haec est ratio causae. Exemplum est: si erigas 435
corpus opacum in lumine solis, efficitur umbra; ad quam ut efficiatur, necessario
duo concurrunt: lux solis et erectio corporis opaci. Sed lux solis non est causa
umbrae. Absurdum enim est dicere lucem causam tenebrarum, scilicet lucem
causam privationis lucis. Non enim est lux id quo primo posito ponitur umbra,
sed erectio corporis opaci in luce solis praeexistente. Et sic non sol, sed tu 440
erigens es causa umbrae. Similiter delinquentis culpa, non iusti Iudicis iustitia,
causa est poenae inflictiae.

Item, si iustitia Dei esset causa propria poenae, cum illa semper similiter se
habeat, quia ipsa est Deus, patet quod semper fuisset poena aut numquam. Igitur
cum iustitia Dei semper eodem modo se habeat ad hominem quantum est in ipsa 445
iustitia – homo autem non semper eodem modo se habet ad ipsum – patet quod
si status hominis varietur, non est hoc a Dei iustitia, sed potius ab ipso homine,
sicut sol semper similiter se habet quantum est in se ad oculum. Tamen cum
oculus est sanus, non laeditur in praesentia solis, immo delectatur; *Eccle.* 11:
“Dulce lumen delectabile oculis videre solem.” Cum vero est infirmus, laeditur; 450
et causa laesionis non est in sole semper similiter se habente, sed potius in oculo
dissimiliter se habente. Igitur non Deus dicitur originalis culpa causa, sed potius
delinquens. Cuius delicto congruebat talis poena, scilicet inoboedientia carnis ad
spiritum.

[QUOMODO CULPA ORIGINALIS NOMINANDA SIT]

Et nota quod necessitas ista concupiscendi, quia infirmitas est incurabilis in 455
hac vita, nominari potest vel unde est infirmitas vel unde est incurabilis et du-
rabilis, et hoc ultimo modo dicitur ‘languor naturae’. Quia autem est infirmitas,
tria facit: virtutes naturales inficit, rationalem scilicet, et secundum hoc dicitur
‘originale peccatum’, scilicet in quantum est prima infectio spiritus rationalis et
origo aliarum infectionum; et quia inficit eam in origine sua. Item, sensibilem, et 460
secundum hoc dicitur ‘concupiscentia’, quae est proprie sensualitatis. Item, ve-
getabilem, et secundum hoc dicitur ‘fomes’, in quantum scilicet inficit nutritivam
et generativam, quae sunt vegetativae. Item, quia est infirmitas, opera debita im-
pedit ligando, et ideo dicitur ‘lex carnis vel membrorum’, quia ligat membra, quo
minus utatur eis ratio ad opera debita. Item, ad contraria stimulat vel compellit; 465

435 removetur] poena *add.* R || et] ad C 438 scilicet] sed C 439 id] illud P
446 quod] *om.* P 452 igitur] cum *add.* C 457 naturae] languor enim est infirmitas
incurabilis vel diu valde durans; unde et dicitur languor, id est longior *add. marg. m. post.* B
460 sua] vel quia etiam prima infectio spiritus rationalis; prius enim inficit eum originale
quam actuale *add. marg. m. post.* B 463–464 impedit] membra *add.* C 464 ligando]
om. R

449–450 *Eccle.* 11,7 455–467 *Resp. Alex. Hal., Glossa in 2 Sent.* 30.11 (ed. Quaracchi,
2:289) 457 *Cf. Aug., De civ. Dei* 15.6 (CCL 48, 458)

et in quantum stimulat dicitur ‘stimulus’; in quantum vehementer et violenter compellit contra imperium rationis dicitur ‘tyrannus’.

[QUALIS SIT VERITAS HUMANAЕ NATURAE]

Item, cap. 14 huius distinctionis infra, ibi SUIQUE MULTIPLICATIONE, SINE REI EXTRINSECAE ADIECTIONE, AUCTUM EST: quaeratur de veritate
 470 humanae naturae, et est super hoc quaestio difficilis. Sed supra, dist. 18, cap. 3, ibi: SINE OMNI EXTRINSECO ADDITAMENTO, PER DIVINAM POTENTIAM IN SEMET IPSA MULTIPLICATA etc., pro parte expeditum est. Primo tamen quae videntur Magistro contraria proponamus; secundo, quae pro ipso
 475 respondendum.

[QUAE SINT ARGUMENTA MAGISTRO CONTRARIA]

De primo. Contra Magistrum esse videtur tam auctoritas quam ratio. Et auctoritas tam ethnicorum maximorum inter philosophos quam Catholicorum doctorum praecipui, scilicet Augustini. Ille enim praecipuus ethnicorum magister, Aristoteles, in libro suo *De animalibus* plane vult quod semen unde fit proles sit
 480 ex alimento, scilicet ultimum, id est aliquid de ultimo ultimae digestionis, scilicet sanguis, cui non restat nisi ut in carnem convertatur, cui videntur omnes medicinae artis peritiores tamquam praecipuo suo magistro consentire. Aristoteles in libro *De animalibus*: “Manifestum est quod sperma est superfluum cibi quo indiget.” Et infra: “Sanguis est ultimus cibus in animalibus habentibus sanguinem aut ei
 485 conveniens in aliis. Et sperma non est nisi superfluitas cibi ultimi, et hoc erit aut sanguis aut ei conveniens; et cum sperma digeritur et decoquitur exhibit mutatum et alteratum neque in colore sanguinis, et si exierit non digestum, ut quando vir satagit nimium coire, exit tunc sperma sanguineum. Et per hoc manifestatur quod sperma est superfluum ultimi cibi sanguinei quod spargitur per membra.” Et parum supra: “Et nos dicemus in spermate contrarium
 490 sermoni antiquorum. Quando illi dicebant quod sperma est illud quod exit a toto corpore, nos autem ... quod habet naturam essendi conveniens toti, et illi dicebant quod sperma est dissolutio corporis, nos autem dicimus quod est superfluum quo indiget.” Et ad hoc ibidem inducit duo signa. Unum est quod “animalia

469 quaeratur] quaeritur P 471 divinam] dei O 474 videntur] videantur V 476–477 auctoritas] auctoritates R 477 ethnicorum] ennicorum (sic) P 478 ethnicorum] ennicorum (sic) P 481 sanguis] sanguinis P 488 exit] exhibit V 489 superfluum] superfluitas R

468–469 Cap. 14, n. 3 (ed. Grottaferrata, 1:504) 470–472 Cap. 4, n. 1 (ed. Grottaferrata, 1:417–18) 479–481 Resp. infra 482–484 Arist., *De gen. an.* 1.18 (726a 26); ed. van Oppenraaij, 40 484–490 Ibid. (726b 1–10); 40–41 490–494 Ibid. (725a 21–24); 36 494–497 Ibid. (725a 29–32)

magni corporis sunt paucae generationis et parvi corporis multae generationis; 495
et multum est dissolutum in animalibus magni corporis et modicum superfluum,
quoniam superfluum transit in magnitudinem corporis indigentis multo cibo.” Et
aliud signum est: “Dissolutum non habet locum in corpore, scilicet naturalem
locum, sed vagatur casualiter. Superflua vero habent loca naturalia, ut superflu-
um inferius intestinum, et superfluum humidi vesica, et locus spermatis matrix 500
et membra convenientia coitui, et locus lactis ubera.”

Sed, ut patet, hae rationes non cogunt. Sed sunt utraeque opiniones verae,
scilicet Aristotelis et aliorum quam hic ponit Aristoteles, quia pars spermatis est
superfluum et maior pars. Et ideo habet locum naturalem. Et pars est dissolutum.

Hinc insuper Augustinus, praecipuus inter Catholicos doctores, consentire vi- 505
detur in libro *De vera religione*, cuius sententia propter brevitatem non omnino
verbis suis sic excerpti: De cibo vel nutrimento quiddam faeculentissimum red-
ditur terrae ad alias formas assumendas, quiddam per totum corpus exhalatur,
quiddam totius animalis numeros latentes accipit et incohatur in prolem, quid-
dam in carnem mutatur. Igitur secundum Augustinum alimentum in quattuor 510
partitur, et pars tertia transit in prolem. Igitur proles est ex alimento.

Item, contra Magistrum ratio esse videtur, quia omne augmentum aut cremen-
tum uno duorum modorum fieri videtur, vel scilicet per appositionem alicuius
extrinseci conversi in naturam eius cui fit appositio aut per rarefactionem eius
quod prius fuit tantum. Et dico crementum vel augmentum maioris loci occu- 515
pationem. Igitur cum ex semine primi hominis habente quantitatem modicam,
et ideo contento loco modico provenerit tota hominum multitudo, ut non fuerint
tot atomi in illo semine quot homines inde processerint. *Eccle.* 1: “Stultorum
infinite est numerus.” *Apoc.* 7: “Audivi numerum signatorum 144,000 signati ex
omni tribu Israel.” Et sequitur: “Post haec vidi turbam magnam, quam dinume- 520
rare nemo poterat, ex omnibus gentibus et tribubus et populis et linguis stantes
ante thronum in conspectu Agni, amicti stolis albis et palmae in manibus eorum.”
Ergo salvandi sunt quasi infiniti. Patet quod quaelibet atomus illius seminis auc-
ta est; quippe occupavit locum maiorem. Igitur hoc fuit uno dictorum duorum
modorum. Sed non per rarefactionem solam. Quippe si unica atomus illius semi- 525
nis fuisset tota terra, per rarefactionem inde non fieret nisi decuplum aquae et
centuplum aeris; quanto magis si fuit atomus illa non tantum terra, sed quattuor
elementa, non fieret ex ea nisi centuplum aeris? Et eadem ratione de alia atomo
et per consequens de toto semine per rarefactionem non posset augeri nisi usque
ad decuplum, et tunc totum esset aqua vel ad centuplum aeris vel ad millenarium 530

507–508 redditur terrae] *om.* R 517 fuerint] fuerunt P 519 signati] *om.* CP 523 in-
finiti] ex quo *add.* B 524 dictorum] *om.* V 525 solam] *om.* C 530 vel² ... mille-
narium] et ad millesies C; vel millenarium *add. marg.* C

498–501 Ibid. (725a 34–b 3); 37 505–510 Resp. Aug., *De vera rel.*, cap. 40 (CCL 32,
235–36) 518–519 *Eccle.* 1,15 519–520 *Apoc.* 7,4 520–522 *Apoc.* 7,9

tantum ignis. Igitur cum illud semen unde fuit Seth non fuerit plus pugillo, si inde fieret habens quantitatem mille pugillorum per rarefactionem, iam totum esset ignis. Igitur quam cito ventum fuisset ad mille homines a Seth, ipsi fuissent totaliter ignis. Nec posset ulterius procedere generatio humana naturaliter, et ita
 535 dudum defecisset aut fuisset miraculosa non naturalis. Si vero hoc augmentum factum est per appositionem, scilicet alimenti, tunc alimentum transit in prolem, cui hic contradicit Magister.

[QUAE SINT ARGUMENTA PRO MAGISTRO]

Pro Magistro vero et contra Aristotelem et Augustinum sic videtur posse argui. Si ex alimento post ultimam digestionem, cum iam est sanguis purus, nondum
 540 tamen caro parentis fit proles, patet quod proles nihil de carne parentis habet omnino; nec sunt vel fuerunt aliquando caro una. Quomodo ergo verum est quod tam frequenter sibi mutuo dicunt ‘consanguinei’? Unde “os meum et caro mea es,” *Gen.* 26, Laban ad Iacob. *Eccli.* 33: “Omnes homines ex solo et ex terra, unde creatus est Adam.” *Iob* 33: “Me sicut et te fecit Deus, et de eodem luto
 545 ego quoque formatus sum,” dixit Eliu ad Iob. *Is.* 11: “Egredietur virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascendet.” Igitur in Christo aliquid fuit de radice Iesse; *Rom.* 1: “Factus ex semine David secundum carnem.” Igitur in Christo fuit aliquid de carne David; *Hebr.* 2: “Nusquam angelos apprehendit, sed semen Abrahae apprehendit.”

Item, si omnes peccavimus in Adam, omnes aliquo modo et secundum aliquid fuimus. Et hoc est quod frequenter dicunt sancti quod omnes fuimus in lumbis
 550 Adae et quod tota natura humana fuit in Adam. Sed ibi non fuimus secundum aliquid animae, quia anima non est ex traduce, etiam secundum Aristotelem. Igitur secundum corporis aliquid. Sed hoc esset falsum, si proles totaliter esset
 555 ex alimento.

Item, non transit accidens ab uno in aliud nisi cum substantia, quia accidens non mutat substantiam. Sed licet non culpa, tamen poena, scilicet corruptio carnis, transit a parente in prolem. Igitur et aliquid de substantia parentis transit in prolem – quod deferat illam corruptionem. Igitur proles non est omnino ex
 560 alimento. Si dicas quod corruptio transit a carne parentis in ultimum alimenti deciduum concupiscentialiter, sicut corruptio dicitur transire a vase corrupto in vinum contentum, et ibi similiter oportet dicere quod sapor ille insipidus, cum sit accidens, non transit a vase in vinum nisi cum aliqua substantia.

553 traduce] radice B 555 alimento] igitur proles non est ex alimento *add.* O, *add. marg.* C
 556–560 item ... alimento] *om. (hom.)* BPRV; *marg. m. post.* C 558–559 igitur ... prolem]
om. (hom.) O

542–543 Re vera *Gen.* 29,14 543–544 *Eccli.* 33,10 544–545 *Iob* 33,6 545–546 *Is.* 11,1
 547 *Rom.* 1,3 548–549 *Hebr.* 2,16 551–552 *Resp. Aug., Contra Iulianum (opus imperfectum)* 4.76 (CSEL 85.2, 79) et *Ambr., Expos. evang. Luc.* 15,24 (CCL 14, 295)

Item, nullus, ut aestimo, fidelium negabit quin maior aptitudo respectu glorificationis sit in corporibus humanis quam in brutalibus ex ipsa naturae institutione 565
prima. Aestimo enim quod aptitudo quaedam respectu tantae glorificationis insit corporibus humanis et seminaliter. Quae tamen ratio seminalis non potest educi in actum nisi virtute Divini Verbi, de qua dicit *Ps.*: “Dabit voci suae vocem virtutis,” et ita non nisi virtute supra naturam. Et ita glorificatio corporum pro parte est naturalis, pro parte miraculosa et supra naturam, scilicet resurrectio. Et 570
haec ratio seminalis non est indita corporibus brutalibus; alioquin resurgerent et glorificarentur, cum hoc non demeruerint.

Sed cum natura convertit carnem brutalem in carnem humanam, aut natura confert illi rationem illam seminalem quam prius non habuit aut non. Si confert, ergo natura potest in rationem seminalem — quod falsum est. Immo solus 575
Auctor naturae. Natura autem non potest nisi illarum rationum aliquas deducere in actum. Si non, tunc ista caro hominis ex alimento et carne brutali contracta non habet aptitudinem respectu resurrectionis et glorificationis. Sed semen, unde fit proles, habet istam rationem seminalem, quia proles. Igitur proles non est ex alimento. 580

Item, esto quod aliquis homo comederit totum corpus humanum. Hunc enim casum ponit ipse Augustinus in libro *De civitate Dei* lib. 22, cap. 10. Et secundum Augustinum et Aristotelem aliquid de alimento illo vel totum processu temporis descindat in proles plures. Quaeritur in resurrectione unde habebit anima illius corpus. Videtur enim quod aut aliqua anima carebit corpore vel toto vel parte aut 585
quod proles non est ex alimento.

[QUID MAGIS TENENDUM]

De tertio. Quid horum magis tenendum? Puto quod illud quod dicit Magister. Unde rationes pro Magistro inductas concedo.

[QUOMODO OBJECTIS RESPONDENDUM]

Ad rationes vero praepositas contra Magistrum, salvo maiorum praeiudicio, responderi potest sic. Ad auctoritatem Augustini et Aristotelis dicendum quod 590
cum parens descindit semen aptum respectu prolis, ibi est aliquid de veritate corporis parentis et aliquid de alimento, et ita aliquid de corpore Adae et aliquid de alimento; sicut in ovis avium patet quod ibi est duplex substantia sensibiliter

571 seminalis] seminalibus V 572 demeruerint] demeruerunt B; meruerunt P 574 habuit] habuerit P 579 seminalem] *om.* O 582 ipse] *om.* PV 583 processu] processum P 584 descindat] decindat BR; *corr.* ex decindat COP; decindat V 589 praeiudicio] iudicio V 590 auctoritatem] auctoritates C 591 descindit] decindit BOPR; *corr.* ex decindit C 592–593 et² ... alimento] *om.* (*hom.*) O 592 aliquid²] etiam *add.* P

568–569 *Ps.* 67,34 582 *Aug., De civ. Dei* 22.20 (CCL 48, 840)

distincta, scilicet album et citrinum, et pullus fit potius de albo, et citrinum est ei
 595 quasi pro nutrimento. Et in ovis piscium est utraque substantia, sed tamen non
 sensibiliter distincta; *Abac.* 1: “Facies homines quasi pisces maris.” Similiter et
 in semine humano est duplex substantia aestimo, licet non sensibiliter distinctae
 sint: scilicet aliquid de corpore paterno et aliquid de alimento. Et forte maior
 pars secundum quantitatem est de alimento et minor de corpore paterno, sicut
 600 in ovis avium maius est citrinum albo. Et ideo forte Augustinus et Aristoteles
 dicunt semen decisum esse substantiam alimenti potius quam de substantia paren-
 tis. Totum enim aliquod a maiori parte denominatur. Et sic non est contrarietas
 inter Magistrum et illos magistros maiores: pars enim seminis est de corpore
 paterno – et hoc intendit Magister – et maior eius pars est ex alimento – et hoc
 605 intendit forte Augustinus et Aristoteles. Et forte cum semen decisum totum est
 de alimento et nihil de corpore paterno, non fit ex eo proles. Et hoc forte inten-
 debat Augustinus, cum dixit quoddam alimenti “latentes numeros accipit,
 et incohatur in prolem,” quasi dicat nisi transiret aliquid de corpore paterno, in
 quo essent rationes seminales, non fieret ex illo semine proles.

610 Ad rationem vero contra Magistrum inductam responsum est supra, dist. 18,
 cap. 3 infra. Et dictum est ibi et persuasum quod est modus augmenti tertius,
 alius ab illo qui est per additionem et ab illo qui est per rarefactionem, scilicet
 ille modus quem Magister vocat ‘per multiplicationem’. Ibi enim persuasum est
 quod materia quae est in minimo aere sufficiens est ut ex eo fiat infinitum, non
 615 quidem alterius speciei, ut ignis, sed etiam eiusdem speciei, ut aeris.

Et eadem ratione cum semen Adae habuerit in se quattuor elementa in mini-
 mo terrae, in illo semine est materia sufficiens ad infinitam terram et in minimo
 aquae ad infinitam aquam; et similiter de aere et de igne. Et ita in illo unico
 semine est materia sufficiens – non dico nuda, sed cum rationibus seminalibus
 620 – ad infinitos homines. In isto enim semine modico est materia sufficiens re-
 spectu completi corporis humani. Quod cum completum fuerit – quod Magister
 dicit ‘multiplicatum’ – scilicet cum materia in semine, quae habuit potentiam ad
 extensionem multo maiorem,educta fuerit in aliquid sui actus, scilicet in quan-
 titatem debitam corpori humano – iterum ex eo descenditur et tunc deducitur id
 625 materiae de potentia in actum ulteriorem – et sic semper.

597 aestimo] *om.* BC 599–604 sicut ... alimento] *om.* R 606 de¹] ex V || nihil]
 est *add.* C 624 descenditur] descenditur BOPR; *corr. ex* descenditur C || et ... deducitur]
arg. m. post. P || deducitur] educitur CO; descenditur R; vel descenditur *add. interlin.* B

596 *Abac.* 1,14 607–608 Aug., *De vera rel.* 1.40 (CCL 32, 236) 610–611 Dist. 18,
 cap. 4.1 (ed. Grottaferrata, 1:417–18)

[UTRUM EDUCATIO POTENTIARUM ACTIVARUM
SIT A DEO TANTUM AN ET A NATURA]

Sed hic merito duo quaerantur, scilicet cum materia habeat in se potentiam ut maiorem locum occupet – et non tantum potentiam passivam sed et activam – potentiae autem activae in materia quaedam educuntur de potentia in actum a natura, quaedam a Deo tantum: utrum hae potentiae materiae educantur de potentia in actum a solo Deo, an et a natura.

630

^{1.} Quod enim a Deo educatur sine natura patet ex factione mulieris ex costa (in *Gen.* 2) et in pastione multorum milium ex paucis panibus et copia fragmentorum (*Ioan.* 6).

^{2.} Item, quaeri potest an talis potentia et educio potentiae in actum sit in omnibus aliis habentibus vim generativam, scilicet vegetabilibus et brutis, an in solis hominibus, scilicet ut sicut in ultimo homine est aliquid de primo homine, ita in ultima planta aliquid de prima planta eiusdem speciei; et similiter in ultimo bove aliquid de primo bove; et sic de singulis brutis et plantis.

635

Ad primum sine maiorum praeiudicio dici potest quod cum triplex sit augmentatio corpori possibilis, scilicet per appositionem – et in hanc potest etiam vilissimum corpus, scilicet corpus opacum, ut terra, quae augetur per appositionem; et per rarefactionem – et in hanc potest corpus diaphanum, scilicet aqua et etiam aer, quae augentur per rarefactionem sui; restat ut tertium non possit nisi lux et corpus luminosum, scilicet in augmentum per multiplicationem, et quod est corpore nobilius, scilicet natura spiritualis quaelibet.

640

Et ita videtur quod natura lucis possit educere materiam de potentia in actum talem, ut patet cum clausa est domus, nec intrat lux; deinde aperitur fenestra, lux occupat maiorem locum quam prius. Nec ei additum est aliquid; nec quae prius erat rarefacta est, sed potius multiplicata. Sed utrum possit educere materiam lux de potentia in actum talem in infinitum, nescio, ut scilicet si esset spatium infinitum, an lux extenderet suam materiam in tantum ut locum occuparet infinitum. Sed forte haec potest natura spiritualis ea potentior, ut anima vegetabilis et sensibilis et rationalis, et multo fortius Deus.

645

Ad secundum dico simpliciter sine praeiudicio nihil asserendo quod forte in ultimo bove est aliquid de aliquo primorum bovum. Et hoc dico quia non primo fuit unicum huius speciei a quo alia omnia, sicut in specie hominis. Et similiter in aliis tam vegetabilibus quam brutis, scilicet ut sit distinguere in quolibet bruto

650

626 quaerantur] quaeruntur BOP || potentiam] passivam *add.* OV 629 potentiae] activae *add. marg.* CO 635 scilicet] ut in C 637 planta¹] est *add. interlin.* O 642 et² ... diaphanum] *om.* C || hanc] hac B 646 quod] quia O || materiam] naturam P 647 nec] non O; *om.* V 649 materiam] naturam P 651 lux] vel excederet vel *add.* P 655 primorum] primo V 656 alia] talia C || omnia] omnino P

carnem duplicem, scilicet secundum materiam et secundum speciem, sicut in homine; et in plantis similiter duplicem substantiam. Cui videtur concordare
660 Augustinus *De vera religione*, dicens “de uno grano possunt secundum suam naturam vel segetes segetum vel silvae silvarum vel greges gregum vel populi populorum propagari, ut nullum folium sit vel nullus pilus per tam numerosam sucessionem, cuius non ratio in illo primo et in uno semine fuerit.”

662 pilus] pullus R

660–663 Aug., *De vera rel.*, cap. 42 (CCL 32, 240)

DISTINCTIO 31

¹ NUNC SUPEREST INVESTIGARE ... Dist. 31.

² SICUT ENIM IN GENERATIONE PROLIS, DE CARNE PATERNA TRAHITUR CARO, ITA ET DE GIGNENTIS ANIMA. De hoc supra dictum est, dist. 18, cap. 6, QUEMADMODUM. Super hoc enim, scilicet de anima, ibi quattuor dictae sunt opiniones. 5

[UTRUM ANIMA SIT EX TRADUCE]

Quod autem opinio quae hic dicitur falsa sit patet et rationibus et sanctorum auctoritatibus.

[RATIONES]

Rationibus sic. Quod partes non habet quantitativas descindi non potest. Sed anima simplex est, talibus carens partibus. Igitur sic scindi et dividi non potest.

Item, si posset anima ex anima esse, eadem ratione et omnes angeli ab uno angelo; et sic angeli redimi potuissent ut homines – quod ponitur haeresis Origenis. 10

Item, si anima esset ex anima, sicut corpus ex corpore, hoc fieret per operationem aut animae tantum aut corporis tantum aut coniuncti. Sed cum coniunctum et corpus sit naturaliter ignobilius quam anima rationalis, patet quod, si anima ex se produceret animam, hoc esset non operatione corporis vel coniuncti, sed ipsius animae tantum. Igitur in inferno posset anima animas multiplicare vel in caelo, cum iam carent corporibus – quod falsum est – et tunc angelus angelos multiplicare posset. 15

Item, si anima esset ex anima, ut corpus ex corpore, tunc sicut corpus perit per frequentem decisionem ab ipso, et ipsa perire posset per frequentem decisionem, et sic ipsa non esset incorruptibilis. Quod falsum est. 20

Item, si aliqua pars animae cum semine descinditur – cum frequenter multis de causis accidat, ut ex semine non fiat proles, sed pereat – periret illa pars animae decisa cum semine ipso semine pereunte. Sed anima eiusdem naturae 25

8 descindi] decindi OPR 9 simplex] simpliciter P || talibus ... partibus] non habens huiusmodi partes V 11 ponitur] ponit *add. marg. m. post.* P 23 descinditur] decinditur BPR

4 Cap. 7, n. 1 (ed. Grottaferrata, 1:420) 4–5 Ibid., nn. 1–3 (1:420–21) 11–12 Resp. *Canones adversus Origenem*, can. 7 et can. 9 (DS 97, nn. 209 et 211)

est in toto et in parte. Igitur et tota similiter perire posset. Et sic ipsa non est incorruptibilis.

Item, si essent omnia humana corpora tantum ex carne – quae est veritas humanae naturae, scilicet ex carne Adae tantum – fortassis essent omnia humana corpora naturaliter aequae bona, praecipue si decisio sic fieret ut omnium corporum semina ex aequae bona parte corporis Adae descenderentur. Igitur cum in anima non sit duplex substantia, ut in corporibus humanis nunc caro secundum speciem et secundum materiam, sed est tota anima unius naturae, patet quod si omnes animae essent ab una anima, et per consequens ab aequae bona parte una sicut alia – quia anima eiusdem bonitatis est in omnibus partibus – potest esse quod omnes animae in bonis naturalibus essent pares, et per consequens in gratuitis. Et sic non essent in eis gradus, ut in angelis. Quod falsum est.

Item, omnes rationes superius inductae ad hoc quod vegetabilis et sensibilis spiritus non sunt ex traduce probant multo fortius quod nec rationalis.

Item, ratio sumpta a Hieronymo in epistola quadam ad Augustinum: Anima prolis, si est ex anima, aut est ex anima maris aut feminae. Si maris, unde igitur anima Christi? Si ex femina, unde igitur anima primae feminae, quae corpus accepit a viro? Insuper tunc proles principaliter pertineret ad feminam quam ad marem. Si ex utraque, tunc una anima fit ex duabus.

[AUCTORITATES]

Auctoritatibus sic patet idem; ibidem enim in eadem epistola subiungit Hieronymus: Qui ergo animas ex una propagari asserunt – et non corpori iuxta exemplum primi hominis cottidie fieri – anathema sint. Ambrosius: “Inhonestum puto animas cum corporibus generari, ut anima nascatur ex anima, quod nec animae ipsi competit. ... Quia soli Deo hoc possibile fuit, ut simplex generaret.” Item, Hieronymus in dialogo eiusdem et Augustini: “Satis ridendi sunt qui putant animas cum corporibus seri et non a Deo, sed a parentum corpore generari.” Super hoc tamen Augustinus assertive dicere noluit, ut dictum est supra, dist. 18, cap. 6; sed in libro *De ecclesiasticis dogmatibus* hoc determinatur planius, cap. 13: “Animas hominum non esse ab initio inter ceteras intellectuales naturas nec insimul creatas, sicut Origenes fingit; neque cum corporibus per coi-

31 descenderentur] deciderentur BOPR 32 nunc] scilicet *add. interlin.* P; quidem *add.* R
38 vegetabilis] vectigalis (*sic*) P 40 quadam] quaedam V 46 corpori] corpora B; *corr.*
ex corpora P

40 Locum non inveni. De opinione Augustini quoad animae originem resp. *Epist.* 131 ad Hieronymum (CSEL 56, 202–25) et *Epist.* 144 ad Optatum (CSEL 56, 294–305); cf. etiam Hier., *Apologia adversus libros Rufini* 2 (PL 23, 443–52) 45–47 Resp. supra 47–50 Potius Ps.-Aug., *Quaestiones vet. et novi test.*, cap. 23 (CSEL 50, 49) 50–52 Hier., *Comm. in Eccle.* 12.8 (CCL 72, 357) 52–53 Resp. Aug., *De Gen. ad litt.* 7 et 10 (CSEL 28.1, 200sq.; 295sq.); coll. ex dist. 18, cap. 7, n. 1 (ed. Grottaferrata, 1:420) 53–58 Recte Gennadius, *De eccl. dogm.*, cap. 14 (PL 42, 1216)

tum seminantur, sicut Luciferiani et Cyrillus Latinorum praesumptores affirmant. Sed dicimus corpus tantum per coniugii copulam seminari, et creationem animae solum Creatorem omnium nosse.”

Sap. 15: “Vilior luto vita ipsius; quoniam ignoravit eum qui se finxit et qui inspiravit illi animam.” *Ps.*: “Qui finxit sigillatim corda eorum.” *Eccle.* 12: “Spi- 60 ritus redeat ad Deum, qui dedit illum.”

Contra esse videtur quod dicitur *Gen.* 12: “Tulit uxorem suam et Lot ... et animas quas fecerant in Haran.” *Gen.* 42: “Cunctae animae, quae ingressae sunt cum Iacob in Aegyptum, et egressae de femore illius ... sexaginta sex.”

Solutio. Cum homo constet ex carne et anima, aliquando nominatur totum 65 coniunctum per partem unam, aliquando per alteram. Unde sicut homo dicitur aliquando ‘caro’, sic et aliquando ‘anima’. Caro vero dicitur *Gen.* 6: “Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est.” Et *Ioan.* 1: “Verbum caro factum est,” id est homo. Illa eadem ratione aliquando dicitur totus ‘anima’, ut ponatur pars pro toto, ut in dictis auctoritatibus duabus. Si enim totum dicitur 70 per partem ignobiliorem, ut per carnem, quanto magis per nobiliorem, scilicet animam? Sunt tamen quidam qui ponunt quod homo vere est anima, utpote Avicenna et quidam theologorum etiam, scilicet Ricardus de Sancto Victore, ut videtur; et caro non est ei nisi sicut vestis – quod non concedimus, nisi hoc intelligatur de carne ex alimento. 75

2 AB HIS AESTIMATUR, scilicet a quibusdam – sed falso.

3.1 HOC AUTEM FIDES CATHOLICA, cap. 2.

TAMQUAM VERITATI ADVERSUS DAMNAT, quia Hieronymus dicit, ut diximus, qui hoc dicit anathema sit. SICUT SUPERIUS DIXIMUS, dist. 18, cap. QUEMADMODUM. 80

3.2 QUI MOVET ILLICITUM DESIDERIUM, ID EST CARNALEM CONCU- PISCENTIAM. Ergo concupiscentia movet concupiscentiam.

Solutio. Concupiscentia in carne movet concupiscentiam in anima rationali.

3.4 EX CUIUS CONTACTU ANIMA, CUM INFUNDITUR, MACULAM TRA- HIT etc. 85

Contra. Radius corporalis non contrahit maculam vel fetorem ex corpore per quod transit, quanto magis nec spiritus ex carne quam contingit? Si enim corpus ex corpore non contrahit maculam, quanto magis nec natura spiritus ex corpore?

70 pars] *om.* B 86–87 per ... transit] *om.* V

59–60 *Sap.* 15,10–11 60 *Ps.* 32,15 60–61 *Eccle.* 12,7 62–63 *Gen.* 12,5 63–64 *Gen.* 42,26 67–68 *Gen.* 6,3 68–69 *Ioan.* 1,14 72–73 Forsan coll. ex Guil. Alv., *De an.* 3.11 (ed. Paris, 2:101a); cf. e contrario Avicenna: “Igitur homo est anima et corpus et neutrum per se est homo,” *Liber de philosophia prima* 3.2 (ed. Van Riet, 1:110) 73 Rectius *Ps.*-Hugo de S. Victore: “Quid est homo nisi anima habens corpus?” *Summa sent.* 1.15 (PL 176, 71); codex Balliol 57 (A) quidem emendatur ad ‘Hugo’ 78–79 *Resp.* supra, cap. 1 79–80 *Cap.* 7, n. 1 (ed. Grottaferrata, 1:420)

Item, anima vegetabilis vel sensibilis ex corpore cui unitur non contrahit maculam, quanto magis nobilior natura, scilicet anima rationalis?

Solutio. Macula est universaliter quod exsistens in aliqua dedecet eius naturam. Sic cum non dedecet lucem alteri corpori contiguari, ita quod sua contiguatione eis non confert immobilitatem, non dedecet lucem moveri moto corpore cui contiguatur, sed infici dedecet. Similiter concupiscere semper praesente appetibili sensibili non dedecet sensualitatem, sed libertatem rationis dedecet necessitas concupiscendi, cum sua natura sit aliter instituta. Et ideo prae sua nobilitate, quod alia non dedecet, rationem dedecet – et hoc est in ea macula.

5.1 IDEOQUE IPSUM PECCATUM, cap. 3.

IDEOQUE, scilicet quia ex carne trahitur. NEC CULPAM HABET, id est habitalem culpam. NEC ACTUM CULPAE, id est actuale culpam. SED CAUSAM, id est certam occasionem. QUOD SEMINALITER, id est in semine, CORRUPTIO EST, *Iob* 14: “Quis potest facere mundum de immundo” etc. IN EO QUOD NASCITUR, id est in coniuncto; nascitur enim coniunctum.

5.2 DE VERBIS APOSTOLI, *Rom.* 7. CORRUPTIO PER CONDICIONEM OFFENSIONIS, id est per offensam contractam in condicione vel id est per propagationem libidinosam. DIVINAE SENTENTIAE etc., *Gen.* 2: “In quocumque die comederis” etc. CUIUS corruptionis ANIMA MACULATUR PECCATO. Fit in anima necessitas concupiscendi quod eam dedecet. QUOD FACTI, id est peccati. MANET, scilicet in carne. QUIA CARO prolis EST EX ORIGINE CARNIS PECCATI, id est oritur vel originem trahit ex carne primi parentis corrupta per peccatum.

5.3 ITA UT NON SIT IN CARNE BONUM, *Rom.* 7: “Non habitat in me, id est in carne mea, bonum.” Sed cave ne sic intelligas hoc sicut Manichaei, qui dicunt quod caro non est natura bona, sed mala et a malo Deo, et sic intelligunt quod dicitur *Ioan.* 8: “Vos ex patre diabolo estis,” scilicet secundum carnem.

Sed sic potius intelligatur ut sit non negativa universalis, sed indefinita, ut scilicet non sit sensus: ‘nullum bonum habitat in carne’, hoc enim falsum est, eo quod natura bona est. Sed bonum aliquod quod aliquando fuit in carne, scilicet immortalitas et incorruptio, non habitat modo in carne.

6.1 HIC QUAERI SOLET.

Hic duo quaerantur: quae scilicet sit carnis corruptio, et quomodo transeat in prolem.

97 quod] in *add. interlin.* B 99 id est] scilicet V 100 culpam¹] *om.* V 101 quod] quidem P 118 fuit] fuerit P 120 solet] cap. 4 *add. interlin.* C

102 *Iob* 14,4 104 *Rom.* 7,18 106–107 *Gen.* 2,17 112–113 *Rom.* 7,18 115 *Ioan.* 8,44

[QUAE SIT CARNIS CORRUPTIO]

De primo aestimant aliqui quod illa carnis corruptio non sit nisi quaedam eius foeditas, qua ipsa ante baptismum est fanum diaboli. Cum enim omne quod tetigerit immundus immundum sit secundum illud *Levit. 22*: “Quod tetigerit immundum ... immundum erit”; diabolus autem est et dicitur ‘spiritus immundus’ in evangelio frequenter. Igitur inhabitans carnem eam facit immundam; *Matt. 12*: “Adsumit septem alios spiritus nequiores se, et ingressi habitant ibi.”

Sed, ut videtur, qui sic dicunt quod quaeritur non absolvunt. Quippe novimus quod corpus corpus inficit, et infectio corporis in corpus transit. Sed infectio spiritus, quae sola peccatum est, in corpore esse non potest.

Quod si dicas quod ex infectione spiritus maligni inhabitantis corpus non eandem, sed aliam animam contrahit corpus infectionem, multo verius et fortius dici deberet quod anima habens peccatum et per consequens, sicut spiritus malignus, infecta corpus inficeret. Quippe cum verius sit anima corporis habitator, et verior eius unio cum corpore quam maligni spiritus, et ideo potius aestimo quod haec corruptio vel foeditas carnis sit potius quoquo modo ab ipsa anima primi hominis et eius peccati contractio quam a diabolo.

Quid autem ipsa sit non recolo me plane legisse in aliquo sanctorum expositorum libro. Et ideo super hoc nihil asserere ausus sum. Sicut mihi videtur sine praeiudicio, dico quod sicut aliquid vehementius decoctum vel alio modo quam deceat suam naturam necessario corrumpitur et degenerat a sua naturali habitudine, sic semen fervore libidinis decoctum et decisum corrumpitur. Qui fervor libidinis est maior et vehementior et innaturalior quam calor conveniens suae naturae, quo decoqueretur et digereretur et descinderetur, si homo non peccasset. Haec, ut aestimo, est illa corruptio et foeditas seminis de qua *Iob 14*: “Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine?”

[QUOMODO CARNIS CORRUPTIO IN PROLEM TRANSEAT]

De secundo variatur sententia similiter. Quidam enim magistrorum ponunt quod corrupta anima primi hominis corrupta est tota vera caro humana in eo existens. Ex qua corruptione necessario contingit quod anima cuicumque parti eius infusa contrahat originale peccatum, sicut vinum vasi corrupto infusum

125 tetigerit¹] contigerit C || tetigerit²] contigerit C 126 immundum²] immundus P || et] ut C 129 quod quaeritur] om. V || absolvunt] solvunt corr. ex absolvunt C 130 corpus²] om. O; del. P 137 ipsa] ipsius R 140 libro] librorum P || sum] sed add. P 145 descinderetur] decinderetur OPR

125–126 *Levit. 22,4–6* 127–128 *Matt. 12,45* 146–147 *Iob 14,4* 148–150 Resp. Petr. Lomb., 2 *Sent. 21.5* (ed. Grottaferrata, 1:507.1–3) 150–152 Resp. Hugo de S. Caro, *Comm. in 2 Sent. 32* (MS Vat. lat. 1098, f. 71^{vb})

contrahit corruptionem. Et quia secundum istos sufficiens causa originalis est in qualibet parte carnis, sequitur secundum eos quod libido in decisione seminis concupiscentialiter decisi nihil faciat ad originale. Quia secundum eos, si digito a
 155 corpore diviso per sectionem uniretur, anima ipsa ex carnis corruptione cui unitur contraheret originale.

[ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

Sed contra hoc sunt duo.

1. Unum quod dicit Augustinus hac eadem dist., cap. 5, IAM OSTENSUM, infra: “Peccatum non transmittit in parvulos propago, sed libido.”
- 160 2. Aliud est quod tunc et caro Christi hanc corruptionem contraxisset quam in eius carne ob hoc negamus fuisse, quia concupiscentialiter de Matre Virgine decisa non fuit.

[RESPONSIONES]

Ad primum respondent quod posuit Augustinus consequens pro antecedente et causatum pro causa. Cum enim dixit quod ‘non propago, sed libido transmittit
 165 originale’, sic intelligi debet quod corruptio carnis est causa libidinis in coitu; quae corruptio carnis est causa originalis in prole.

Ad secundum respondent quod caro Christi illam corruptionem non contraxit. Et huius causa non fuit hoc quod non fuit decisa concupiscentialiter, sed potius vel quia tota Beata Virgo, id est tota caro Matris, mundata est ab hac corruptione
 170 vel ante conceptionem Filii vel in ipsa conceptione Filii vel ad minus caro illa, scilicet portio illa corporis eius de qua fieret corpus Filii. Unde Anselmus *De originali peccato*, cap. 17: “Quamvis de mundissima Filius Dei Virgine verissime conceptus sit, non tamen hoc ea necessitate factum est, quasi de peccatrice parente iusta proles rationabiliter generari per huiusmodi propagationem nequiret, sed
 175 quia decebat ut illius conceptio de Virgine purissima fieret.”

Et infra: Licet in hac propagatione de carne corrupta “necessitas sit futuri peccati,” potuit tamen Deus illam tollere necessitatem, ut sic anima illius nullo vinculo obligata esset.

Alii vero aestimant quod foeditas seminis, quam habet ex hoc quod est pars
 180 corporis corrupti, non est causa originalis culpae in prole, sed potius foeditas seminis contracta ex hoc quod est fervore libidinis decisa. Cui consentire videtur Magister supra, praecedenti capitulo, scilicet tertio, in principio ibi CARO IGITUR QUAE IN CONCUPISCENTIA.

158 cap. 5] cap. 2 170 vel³] om. P

158–159 Potius Fulgentius Ruspensis, *De fide ad Petrum* 16 (CCL 91A, 721); coll. ex Petr. Lomb., cap. 7,2 (ed. Grottaferrata, 1:509) 171–175 Anselmus, *De concep. virg. et de orig. pec.*, cap. 18 (ed. Schmitt, 2:159) 176–178 Resp. *ibid.*, cap. 8 (149–50) 182–183 Cap. 5, n. 1 (ed. Grottaferrata, 1:507)

Sed mihi fateor quodammodo utrumque videri necessarium, scilicet corruptio carnis unde semen descinditur et vitiosa lex qua descinditur. Videmus enim aquam salsam, et per consequens quodammodo a sua natura degeneratam, ut aquam maris per collationem in venis terrae, et etiam per decoctionem depurari et similiter aquas foetidas et corruptas. Recole experimentum nautarum, in quo de mari navigantes faciunt sibi aquam dulcem et potabilem, scilicet sumendo ollam novam vel vas novum, cuius os obstruatur cera virginea, et vacuum mittatur in mari; et aqua quae colatur intrando per ceram dulcoratur. Similiter posset esse quod caro vel sanguis qui in corpore viri est corruptus per peccatum primi hominis tum per collationem unicam tum per convenientem suae naturae decoctionem purgaretur a sua foeditate, dummodo colaretur per corpus mundum et decoqueretur non calore nimio et innaturali. Sed quantum collatio et decoctio afferre deberent ad purgationem seminis, tantum libido valet ad eiusdem corruptionem.

Et ex hoc patet quod si digito tuo diviso daretur anima, ipsa contraheret originale, quia ipsa caro non est depurata. Insuper semini deciso concupiscentialiter unita anima contrahit originale, quia libido maculat quantum collatio et decoctio purificat. Et ideo quodammodo verum est dicere quod tota causa originalis culpa in prole est libido vel lex vitiosa in seminis decisione, sicut videtur dicere Magister, quia nisi libido esset in decisione, iam semen mundatum esset per collationem et decoctionem.

6.2 AD HOC DICI POTEST QUOD MULTIPLEX. Ut melius solutio praepositae quaestionis pateat, notandum, sicut dictum est, ex peccato primi hominis effecta est necessitas movendi consimilibus motibus in anima quam cito caro movebitur. Caro autem dupliciter movetur, scilicet vel a nocivo, et tunc patitur – et anima consimiliter movetur, quia compatitur – vel a voluptuoso, et tunc delectatur, et anima condelectatur. Necessitas igitur in anima est et compatiendi corpori et delectandi. Sed necessitas compatiendi poena tantum est et causatur a poenalitate corporis. Necessitas vero condelectandi originalis culpa est. Et causatur non a passibilitate carnis, sed potius a foeditate. Et forsitan illa passibilitas est poena primi peccati in vi sensibili. Et haec foeditas est poena eiusdem peccati in vi vegetabili. Et ita hic duplex defectus consequitur peccatum Adae in nobis: scilicet passibilitas in sensibili et foeditas in vegetabili.

6.2 MULTIPLEX DEFECTUS, scilicet corruptio et libido. QUAE RECTE, scilicet pollutio. ACESCIT, id est acidum fit; vel ACRESKIT, id est fit acre.

185 descinditur¹] decinditur BOCPR || descinditur²] decinditur BCOPR 188 in] om. P 190 novam] om. P 193 per¹ ... tum²] om. (hom.) V 196 deberent] deberet V 198 insuper] similiter C 217 acescit] accessit B; accessit CORV; a cessit P || acrescit] a cessit P; om. ed.

6.3 QUA DENUO NATI SUNT per baptismum; *Ioan.* 3: “Oportet vos nasci denuo.”

220 7.1 IAM OSTENSUM, cap. 5.

OPERATIONE SPIRITUS SANCTI, scilicet *Matt.* 1: “Quod in ea natum est de Spiritu Sancto est.”

7.1 ET IDEO NON SINE PECCATO. Hoc videtur falsum; nostra enim conceptio, si sine peccato non est, aut erit peccatum in concepto aut in parentibus. Non in concepto: cum enim semen descinditur, scilicet cum concipitur, nondum est in concepto anima rationalis et per consequens nec peccatum. Si in parentibus, hoc est falsum, quia potest excusari libido in coniugibus solum causa prolis convenientibus a peccato per bona coniugii.

230 Solutio. Peccatum hic dici potest causa peccati originalis, scilicet corruptio in semine deciso in conceptione.

7.2 FILII IRAE, *Eph.* 2. IN INIQUITATIBUS CONCEPTUS SUM. Nota est conceptio seminum, et haec est prima et haec est sine culpa concepti, eo quod nondum sit in concepto susceptibile culpa. Et est conceptio naturarum, et haec est secunda; et haec non est sine culpa originali, scilicet cum unitur anima corpori. 235 Prima ergo conceptio non est sine culpa parentum, nisi excusetur per coniugium. Nec forte sic excusat coniugium quin in multis sit culpa venialis, licet excuset a mortali, ut in illis qui non principaliter causa prolis, sed potius voluptatis coeunt. Quia autem raro contingit quin aliquid de causa coitus sit voluptas et non tota causa sit prolis procreatio, rarissime contingit conceptionem primam esse sine 240 peccato parentum; secunda vero numquam sine peccato prolis. Et ideo de prima conceptione dici potest: “In iniquitatibus conceptus sum,” scilicet parentum; “et in peccatis concepit me mater mea,” de secunda conceptione, quae fit tantum in matre sine patre.

7.2 EX LEGE vitiosa CONCEPTIONIS, id est ex libidine in conceptione prima.

245 7.3 SED IAM EFFIGIATO, id est figurato et membratim distincto. CORRUMPITUR, quod est 45 diebus post conceptionem primam, quae est ipsius seminis in matrice infusio. Sic enim dicit Augustinus ad Hieronymum: “Dicitur conceptio humana sic procedere: primis sex diebus quasi lactis habet similitudinem; sequentibus novem diebus convertitur in sanguinem; deinde duodecim diebus solidatur; reliquis decem et octo formatur usque ad perfecta lineamenta omnium membrorum. Et hinc iam reliquo tempore usque ad tempus partus magnitudine augetur.” Unde versus: “Conceptum semen sex primis, Petre, diebus / fit quo-

225 descinditur] decinditur BPR 232 concepti] om. O 242 fit tantum] fuit C 244 ex libidine] libidinis P 245–246 corrumpitur] del. C; om. ed. 247 infusio] effusio V 252–253 quoque] quasi P

218–219 *Ioan.* 3,6–7 221–222 *Matt.* 1,20 231 *Eph.* 2,3 241–242 *Ps.* 50,7 247–252 Aug., *De 83 quaestionibus*, q. 56 (CCL 44A, 95) 252–254 Alex. Hal., *Glossa in 2 Sent.* 31.13 (ed. Quaracchi, 2:304n)

que lac, reliquis novem fit sanguis; ac inde / consolidat duodena dies; bis nona
deinceps / effigiat tempusque sequens producit in ortum.”

7.3 REDDAT ANIMAM etc., id est moriatur. PROPRIA ANIMA, id est anima ²⁵⁵
rationali.

7.4 IN ILLO CONCEPTU seminum. ET CUM CARO PROPAGATUR, conceptio
prima.

253 fit] *om.* V || nona] *om.* V 254 in] ad O || ortum] in exo. c. 21 *add.*
marg. C

DISTINCTIO 32

^{1.1} QUONIAM SUPRA DICTUM EST ORIGINALE ... Dist. 32.

^{1.2} QUIPPE, UT AIT AUGUSTINUS in libro *De nuptiis et concupiscentia*: VITI-
TIOSIS DESIDERIIS NON OBOEDIRE etc., *Ex.* 20: “Non concupisces domum
proximi tui; non desiderabis uxorem eius, non servum, non ancillam, non bovem,
non asinum nec omnia quae illius sunt.” *Eccli.* 5: “Non sequaris in fortitudine tua
concupiscentiam cordis tui.” *Eccli.* 18: “Post concupiscentias tuas non eas.” ET
REGNAT, *Rom.* 6: “Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut oboediatis
concupiscentiis eius.” VIRES HOSTI EUNDO etc., *Rom.* 6: “Neque exhibeatis
membra vestra arma iniquitatis peccato.” ANTE BAPTISMUM. Sic ergo baptis-
mus aufert omnino reatum et minuit actum.

^{1.4} CRUCIFIGATUR, *Rom.* 6: “Vetus homo noster simul crucifixus est, ut de-
struatur corpus peccati.” ET CORPUS, id est congeries. SED NE OBSIT MOR-
TUO, id est post mortem corporis quando quod meruimus recipimus; vel loqui-
tur de morte mystica, qua mortui sumus peccato post baptismum. De qua morte
Rom. 6: “Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo?” Et
eodem: “Qui enim mortuus est iustificatus est a peccato.”

^{1.4} IN VACUUM GRATIAM etc., *II Cor.* 6. NISI FORTE MIRACULO, ut in
Matre Christi. UT LEX PECCATI, *Rom.* 7: “Captivantem me in lege peccati,
quae est in membris meis,” PRORSUS EXSTINGUATUR. Exstinctio fomitis fit
tripliciter, scilicet respectu venialis peccati vel mortalis vel pronitatis ad utrum-
que. Sic videtur exstinctus in beata Virgine in Filii Dei conceptione. Unde
Anselmus *De conceptu virginali*: “Decebat ut illius hominis conceptio de carne
purissima fieret. Ea autem puritate, qua maior sub Deo nequit intelligi, Virgo
niteret.” Ergo cum talis pronitas non sit cum summa puritate, non remansit in
Virgine.

^{1.4} ET NON SIT. Sed supple ‘hoc praestatur in baptismo’. UT QUIDQUID etc.
DIABOLUS ANIMAM RETINEBAT, *II Tim.* 2: “Resipiscant a diaboli laqueis,

14 baptismum] peccatum V 15 *Rom.* 6] *Rom.* 5 C 18 Matre] mente R 20 scilicet]
vel CP 26 ut ... etc.] om. V

2–3 Aug., *De nupt. et concup.* 1.25 (CSEL 42, 241) 3–5 *Ex.* 20,17 5–6 *Eccli.* 5,2
6 *Eccli.* 18,30 7–8 *Rom.* 6,12 8–9 *Rom.* 6,13 11–12 *Rom.* 6,6 15 *Rom.* 6,2
16 *Rom.* 6,7 17 *II Cor.* 6,1 18–19 *Rom.* 7,23 22–24 Anselmus, *De concep. virg. et*
de orig. pec., cap. 18 (ed. Schmitt, 2:159) 26 N. 4 (ed. Grottaferrata, 1:512) 27–28 *II Tim.*
2,26

a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem,” A SUO CREATORE etc., *Is.* 59: “Peccata vestra diviserunt inter vos et Deum.” IN CERTAMINE, *Iob* 7: “Militia
 30 est vita hominis super terram.” *Gal.* 4: “Quomodo tunc is qui secundum carnem
 natus fuerat persequabatur eum qui secundum spiritum, ita et nunc.” *Gal.* 5:
 “Caro concupiscit adversus spiritum.”

1.5 EO MODO ETIAM DIMITTI etc., id est quod alio modo potest dici peccatum
 dimitti, scilicet QUIA BAPTISMI etc. REMISSIO, id est debilitatio. TAM-
 35 QUAM SUPERANT in proficientibus ET PEREMPTUM in perfectis vel in beata
 Virgine. REVIVISCAT effectum. ET IN REGNUM PROPRIUM, id est ut sit sui
 iuris, ut prius. EX QUO baptismo vel a tempore baptismi.

1.6 QUEM REMISSIONIS MODUM, id est quo peccatum remittitur in baptismo.
 PER GRATIAM, id est per Spiritum Sanctum, REGENERATIONIS etc., id est
 40 per aquam. PROLES NASCITUR concupiscentialiter.

2.1 SOLET AUTEM HIC QUAERI, cap. 2.

2.2 SCILICET AQUA ET SPIRITU, *Ioan.* 3: “Nisi quis renatus fuerit ex aqua
 et Spiritu” etc. ET CARO AB ILLA CONTAGIONE: si illa carnis corruptio est
 causa necessitatis concupiscendi, ut dictum est, sicut manet causatum, necesse
 45 est similiter causam manere. Sed necessitas concupiscendi in baptismo diminui-
 tur et non omnino diluitur. Ergo nec illa carnis corruptio omnino diluitur, sed
 diminuitur.

2.2 ET IN CONCUPISCENTIA CONCIPIATUR et ita iterum foedetur. UNDE
 SEMINALITER HABUIT, et hoc forte propter collationem et decoctionem in
 50 decisione. VERITATI, id est contra veritatem, scilicet aequitatem. ANIMA MA-
 GIS INFICITUR, quippe illa infectio non est nisi necessitas concupiscendi, quae
 contrahitur ex carne corrupta. Sed inter simpliciter necessaria non est aliud alio
 magis necessarium. Et ita necessitas non suscipit magis et minus, et ita nec illa
 animae infectio. Quippe unus gradus est possibilitas concupiscendi; alius maior
 55 est pronitas ad concupiscendum; tertius, maximus quo nullus maior: necessitas
 ad concupiscendum.

3 PRAETEREA QUAERI SOLET, cap. 3.

QUIA IN QUANTUM POENA EST, DEUM HABET AUCTOREM. Sed hoc
 videtur mirum, cum ipsa deformitas culpa sit, et poena sit et culpa, et per con-
 60 sequens id ipsum a Deo et a diabolo, praecipue cum dicat Apostolus II *Cor.* 6:
 “Quae participatio iustitiae cum iniquitate? aut quae societas lucis ad tenebras?
 aut quae conventio Christi ad Belial?”

35 superant] superatum ed. 40 per] om. BCOPR 45–46 diminuitur] dimittitur P 50
 veritati] veritatis ed. 55–56 tertius ... concupiscendum] om. O 59 sit²] om. RV

28–29 *Is.* 59,2 29–30 *Iob* 7,1 30–31 *Gal.* 4,29 31–32 *Gal.* 5,17 42–43 *Ioan.* 3,5
 60–62 II *Cor.* 6,14–15

Sed an idem ipsum in essentia sit poena et culpa quaestio est: an ibi sint duo, quorum unum est culpa et a diabolo et homine, et aliud sit poena et a Deo. De quo quaerere locus est, cum de peccato agetur.

65

Potest tamen sic dici exemplo. Esto aliquis tenetur tibi domino in duobus: unum est quod tenetur non tangere pomum tale de pomerio tuo – et poena est, si fecerit, quod perdat pedem; aliud est quod tenetur tibi servire de potu, cuius poena, nisi fecerit, erit incarcerari in tenebroso carcere. Peccet contra primum et incurrat primam poenam, perdere scilicet pedem. Nec erit iniustus dominus, si auferat pedem. Ad hanc autem ablationem sequitur necessitas non reddendi debitum ministerium, et ita culpa pro qua meretur carcerem. Igitur necessitas non reddendi debitum ministerium culpa est concomitans iustam poenam, scilicet amissionem pedis. Et poena a iusto domino est; culpa autem a servo.

70

Similiter tenebatur Adam Deo in duobus: unum non gustare de ligno scientiae; alterum non concupiscere illicitum, scilicet originalis iustitia. Et poena primi conveniens fuit quod sicut ipse Adam non oboedivit suo superiori, sic nec suum inferius, scilicet caro sibi. Igitur poena est carnis inoboedientia spiritui, ita ut caro concupiscat etiam spiritu invito; et per consequens spiritus trahitur invitatus ad concupiscendum, sicut mota aqua movetur radius. Et ita fit ex poena illa necessitas concupiscendi in anima, et ita necessitas non solvendi originalem iustitiam, et ita culpa. Igitur necessitas concupiscendi in natura libera naturaliter a necessitate poena est iusta, ad quam tamen concomitatur culpa, scilicet necessitas non reddendi debitum. Et haec est non punientis domini, sed servi.

75

80

4.1 SOLET ETIAM QUAERI, cap. 4.

85

4.3 POTIUS ERGO RECTE DICHI POTEST etc. Solutio Magistri non videtur alia esse quam haec: quia anima prius carnem maculavit, iustum est ut animam, ubicumque ei obviaverit, caro maculet. Sed minus videtur sufficere haec solutio. Qua enim iustitia maculabit haec caro animam hanc parvuli, quia ipsa maculata est ab alia anima, scilicet anima Adae? Nisi forte dicas quod quia anima Adae deliquit contra carnem maculando eam, ideo iustum sit eandem carnem suam iniuriam vindicare, non tantum in anima Adae, sed in omnes alias eo quod eiusdem generis sunt cum anima Adae. Sed hac ratione posset Deus unius angeli apostatae peccatum in omnes angelos vindicare eo quod omnes angeli consimiliter forte unius generis, immo unius speciei sint, sicut omnes animae.

95

63 idem] id CP 65 agetur] agitur P 67 tale] tali *transp. post* de P 68 perdat pedem] dat pedem et perdat V 71 hanc] *om.* C 71–72 reddendi] reddere O 72 culpa] culpam P 77 suo superiori] *om.* O 91 sit] fuit C 92–93 sed ... Adae] *om. (hom.)* O 95 immo] forte *add. interlin.* P

[QUARE DEUS PUNIAT ANIMAM PRO EO QUOD VITARE NON POTUIT]

Cum ergo quaeritur quaestio Magistri, scilicet quare Deus punit animam pro eo quod vitare non potuit, scilicet pro originali culpa, responde: illa poena non est nisi carentia visionis Dei, quae non est poena sensus, sed damni, scilicet carentia boni, ad quod habendum creata est. Illud tamen habere non potuit sine
 100 gratia et misericordia Dei; *Rom.* 6: “Gratia Dei vita aeterna.” Et ideo si ei non datur, nulla propter hoc fit ei iniuria. Illud enim ex gratia fieri dicitur, quod si non fiat, nulla fit iniuria. Exemplum est de figulo, qui ex eadem massa facit quaedam vasa in honorem, quaedam in contumeliam. Et ista sunt necessaria in suo ordine et officio. Nec potest dicere vas contumeliae figulo: ‘Quare me
 105 fecisti ita?’ Facit enim ipsum rationabili causa. Sic Deus ex eodem luto corporis Adae facit quosdam damnandos poena sensibili, quosdam poena damni, ut sua misericordia melius in electis appareat. Unde *Rom.* 9: “Quid si volens Deus ostendere iram suam et notam facere potentiam suam sustinuit in multa patientia vasa irae apta in interitum; ut ostendat divitias gloriae suae in vasa misericordiae,
 110 quae praeparavit in gloriam.” Et ipse est figulus, et nos lutum; *Is.* 64: “Nunc, Domine, pater noster es tu, nos vero lutum; et fictor noster, et opera manuum tuarum omnes nos.” Immo et hoc est misericordiae quod damnandis dedit esse; melius enim est eis pessime esse quam omnino non esse.

Item, ut Deus inculpabilis magis appareat, videamus exemplum: sit quod
 115 paterfamilias plures habens servos optimum eis fontem daret quo sitis eorum peroptime extinguere posset, ut post refectionem ex fonte quilibet opus domino debitum persolveret, et post opus dignam mercedem a domino quilibet eorum reciperet. Et esto quod princeps vel primus servorum hauriens de illo fonte propria malitia fontem inficeret veneno mortifero, ita quod alii postea haurientes
 120 fierent infirmi, et imponentes etiam ad opus debitum domino. Tamen sit illud necesse de illo fonte haurire, cum non sit alius, et vehementer sitiant.

Numquid igitur paterfamilias iniustus est, si patitur eos de fonte haurire? Patet quod non. Immo potius misericors, quia vehementer appetunt. Et maxima poena eis esset aeternaliter suo appetibili carere. Numquid iterum iniustus est paterfamilias,
 125 si patitur eos post haustum infirmari et cruciari? Patet quod non, quia fontem optimum eis dederat. Numquid iterum iniustus, si eos non remuneret? Patet quod non. Non enim tenetur remunerare, nisi persolvant opus debitum. Sic Deus tamquam fontem purum corpus humanum hauriendum dedit. Sed primus hauriens, scilicet anima primi hominis, ipsum maculavit, de quo fonte omnes
 130 animae naturaliter appetunt haurire. Appetunt enim naturaliter regere corpus.

96 quare] quia V 99 quod] bonum *add.* V || non] *rep.* V 101 ei] *om.* R
 118 princeps ... primus] est primus princeps C; princeps vel *om.* V || servorum] eorum P
 125 cruciari] carcerari C

100 *Rom.* 6,23 102–103 *Resp. Rom.* 9,21 107–110 *Rom.* 9,22–23 110–112 *Is.* 64,8

Numquid igitur Deus est iniustus, si patitur animam incorporari? Immo potius misericors est; alioquin ipsa aeternaliter carens corpore, scilicet suo appetibili, aeternaliter esset misera. Numquid insuper iniustus est, quia patitur animam in tali corpore infirmari et cruciari et per consequens impotentem esse ad opus debitum, scilicet originalem iustitiam persolvendam? Patet quod non, quia corpus incorruptum dedit. Numquid insuper iniustus, si non reddentes opus debitum, non remunerat dando eis visionem sui? Patet quod non.

Igitur nihil in Deum dici potest quamvis habentes originale puniat per carentiam suae visionis. Haec enim poena non est aliud quam non remunerare.

5.1 ILLUD ETIAM NON IMMERITO, cap. 5.

140

6.1 SI VERO QUAERITUR CUR DEUS, cap. 6.

EX ALTITUDINE IUDICIORUM DEI, *Rom.* 11: “O altitudo” etc. INTERCESSERIT, id est intervenerit. SINE IMMUTATIONE, id est non mutat. Sed sicut tunc, sic et nunc homines ex anima et corpore componi vult. DE MATERIA vel DE MASSA FINGENS nunc, sicut et primi hominis corpus finxit; II *Macch.* 7: “Nescio qualiter in utero meo apparuistis, neque enim ego spiritum et animam donavi vobis et vitam et singulorum membra non ego ipsa compegi; sed mundi creator, qui formavit hominis nativitatem”; *Iob* 10: “Pelle et carnibus” etc. UTRAQUE NATURA, scilicet corporea et spiritualis. LICET A SE, id est ab homine. NON IDEO MUTABILIS, “Ego Dominus, et non mutor.” LEGEM PRIMARIAM, quae est animam carni uniri. HOMINUM MULTIPLICATIONE, *Ps.*: “Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.”

150

7.1 HIC A QUIBUSDAM, cap. 7.

UTRUM ANIMA TALIS SIT ANTE BAPTISMUM, QUALIS A DEO CREATUR. Sic quaeri potest in forma difficiliore: aut creat animam qualis ipsa est in creatione aut qualis non est. Qualis non est: haec pars videtur impossibilis. Si qualis est: sed immunda est tunc, quia numquam fuit nisi immunda. Igitur creavit eam immundam.

155

Hanc autem concedunt aliqui, distinguentes quod li ‘creare’ potest transire in hoc totum animam immundam, et sic falsa est; tunc enim significat quod Deus et animam et eius immunditiam creavit.

160

Vel tantum in hoc quod dico ‘animam’, et sic vera est. Et est sensus quod Deus creavit animam, quae in creatione habuit immunditiam non tamen a Deo, sed potius a corpore.

138 in] contra P 141 cur] cum P 142–143 intercesserit] intercesserint ed. 145 de massa] om. ed. 150 mutabilis] immutabilis ed. 156 est¹] si add. P 162 vel] si C

142 *Rom.* 11,33 146–148 II *Macch.* 7,22–23 148 *Iob* 10,11 150 *Malach.* 3,6 152 *Ps.* 11,9

165 Sed hanc nullo modo recipiunt: Deus creavit animam mundam. Quod tamen concedit Magister infra isto eodem cap. ibi DEUS ENIM BONAM EAM FECIT. Et dicunt quod non est simile de pomo, quia pomum prius fuit quam esset immundum; non sic anima.

Pro hac autem opinione contra Magistrum sic potest argui: creavit animam 170 mundam. Ergo ipsa fuit munda, sicut feci statuam nigram. Ergo fuit nigra. Sed in primo instanti suae creationis fuit immunda. Probatio: simul infuit corpori et fuit immunda – sed simul tempore, scilicet in primo instanti suae creationis fuit et infuit corpori. Ergo in primo instanti suae creationis fuit immunda. Aut igitur 175 in eodem instanti fuit munda aut in alio praecedenti. Non in alio praecedenti, quia nec fuit. Igitur in eodem instanti fuit munda et immunda.

Contra autem hanc opinionem et pro Magistro sic potest argui. Prius natura est animam esse quam inesse corpori, quia prius natura est a quo non convertitur consequentia. Sed sequitur: si inest corpori, est, et non e contrario. Ergo prius natura est quam insit corpori. Sed simul natura inest corpori et est immunda. 180 Ergo prius natura est quam sit immunda. Sed si prius natura est, igitur aut munda aut immunda. Non prius natura est immunda quam munda. Ergo prius natura est munda quam immunda.

Solutio. Concedo rationem quae facit pro hac opinione, quae videtur contra Magistrum. Ad hanc ultimam rationem respondendum quod haec est vera: ‘prius 185 natura est anima quam sit immunda’. Et cum quaeritur: tunc aut est munda aut immunda, dicendum neutrum, sicut Sortes prius natura est animal quam homo. Igitur aut animal rationale aut irrationale. Non rationale, quia simul est animal rationale et homo. Ergo fuit prius animal irrationale quam homo. Quod falsum est.

190 Unde dicendum quod cum dicitur ‘prius fuisse animal quam homo’: si quaeritur utrum animal rationale vel irrationale, in hac quaestione quaeritur de animali quod est prius natura quam rationale et irrationale. Utrum sit aliquod eorum respectu quorum est prius natura, patet quod non. Similiter in proposito.

Ad hoc autem quod Magistro videtur contrarium respondeo quod aliud est animam esse bonam et aliud esse mundam. Quippe ‘ipsam esse mundam’ significat 195 nihil immunditiae ei inesse, sed ‘ipsam esse bonam’ non significat nihil malitiae ei inesse. Immo simul est bona et habet aliquid malitiae, quia ut dicit Magister: malitia non potest esse nisi in re bona. Et ideo quod dictum est de immunditia et munditia non est contra Magistrum, qui loquitur de bonitate et malitia.

165 mundam] immundam C 166 isto] aliquo C 172–173 fuit² ... creationis] om. (hom.) C; marg. O 175 nec] dum add. P 181 immunda²] munda O || munda²] immunda OR 184 est] om. ORV; interlin. C 192 sit] fit PR 198 nisi] om. P

166–167 N. 2 (ed. Grottaferrata, 1:517) 197–198 Resp. cap. 7.2 (ed. Grottaferrata, 1:517)

Quod autem dicitur infra eodem capitulo: ‘creatur innocens’, exponatur per negativam, id est ‘non creatur nocens’, id est ex creatione non habet contrarium innocentiae. 200

7.2 SINE CORRUPTIONE INDIDIT, id est non indidit corruptionem, licet tunc habuerit eam. SINE VITIO FECIT, ita quod non fecit vitium, tamen facta non fuit sine vitio. UT POST DICETUR, dist. 34, cap. OSTENSA. 205

8 ILLUD QUOQUE NON, cap. 8.

ALIAE, animae.

8 PAREM POENAM etc.

Contra. Haec poena non est nisi poena damni. Sed maius damnum habet qui plus erat habiturus de gloria, scilicet ille qui habet meliora naturalia. 210

Solutio. Si poena illa, scilicet carentia visionis Dei, in se consideretur, vere dicitur eadem poena, et per consequens par poena inesse omnibus parvulis non baptizatis. Si vero consideratur carentia visionis Dei non in se, sed respectu eorum qui ea carent, sic quidem variatur poena haec. Et est in quibusdam maior et in quibusdam minor. Sicut enim videre Deum suscipit magis et minus in diversis, similiter carere visione divina suscipit magis et minus. Non quidem unde est carentia – sic enim sunt paria – sed unde est carentia visionis maioris vel minoris. 215

[UTRUM ANIMAE OMNES AEQUALEM CORONAM SORTIANTUR]

Sed de hoc quod subiungitur AEQUALEM CORONAM quaestio est gravior. Quippe proportionalia sunt naturalia gratuita et gloria. Igitur cum baptizatis conferatur gratia diversimode secundum diversitatem eorum in bonis naturalibus, patet quod parvuli baptizati quidam habent meliora naturalia, et per consequens maiora gratuita quam alii. Igitur si moriantur statim, habituri sunt isti plus de gloria quam illi. Si enim dat Deus gratiam unicuique secundum suam virtutem, omne enim quod recipitur recipitur secundum possibilitatem recipientis, non dantis; et hoc est quod dicitur *Matt. 25*: “Dedit ... unicuique secundum propriam virtutem.” Cum iste habeat meliora naturalia, quomodo in baptismo non haurit plus de caritate et statim mortuus plus de gloria, quae datur secundum quantitatem caritatis? 220 225

Sed contra. Si enim hoc esset verum, tunc videtur quod puer qui, si vixisset et multa bona fecisset et futurus erat de Seraphim, iam sine operibus idem 230

201 negativam] negationem V 209 maius] magis C 211–213 in ... Dei] *marg. m. post. (hom.) P* 213 consideratur] consideretur CP 216 similiter] sic V

200 Cap. 7, n. 1 (ed. Grottaferrata, 1:516) 205 Resp. dist. 34, cap. 4 (ed. Grottaferrata, 1:526) 226–227 *Matt. 25,15*

habiturus est. Quod non conceditur. Tunc enim melius fuisset unicuique statim post baptismum mori quam vivere et benefacere. Et tunc non esset a statu tali proficere, sed ad plus statum illum conservare vel deficere.

235 Solutio. In baptismo concupiscentia non aufertur omnino, sed minuitur. Quod autem residuum est de concupiscentia in proficientibus et exercentibus se in bonis operibus adhuc minuitur amplius. Quanto autem concupiscentia minuitur, tanto caritas augetur. Et ideo parvulus baptizatus in baptismo recipit gratuita et caritatem non secundum summum sibi possibile, quia adhuc minus aptus est propter
240 magnitudinem residui concupiscentiae.

Item, licet ponamus quod ex habitibus generantur actus, non e contrario, ut ponit Aristoteles, tamen concedimus quod ex multitudine actuum augentur habitus. Igitur pueri in baptismo habent virtutem in infimo gradu et minimo. Quicumque enim plus usus est virtute, etiam semel, plus habet quam baptizatus statim habuit.
245 Igitur cum proportionaliter gratuitis datur gloria, videtur quod parvuli baptizati habebunt gradum infimum in caelo et locum separatum ab omnibus, sicut habent in inferno et erunt in caelo sub infimo ordine angelorum, tamen habentes gradus inter se secundum quod habent gradus in naturalibus et gratuitis.

An ergo sic sit et an ex eis sit, quasi decimus ordo in caelo, nescio. Discutiat
250 qui potest. Forsitan hoc est de secretis illis de quibus *Is.* 24: “Secretum meum mihi,” et *Is.* 40: “Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint.” Et ideo forsitan non expedit haec scrutari.

Posset tamen dici quod sicut post omnia merita adhuc est gratia Dei vita aeterna et non debitum. Potest ex gratia sua quibusdam parvulis dare gloriam maiorem quam quibusdam adultis. Nec debent adulti remurmurare, ne dicatur
255 eis: Numquid “oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?” Et est exemplum de figulo satis bonum: qui quaedam vasa facit ad usum gloriosiore, quaedam ad minus gloriosum ex voluntate sua. Et hoc videtur secundum Anselmum, qui videtur ponere quod casus angelorum reparabitur per virgines et forte non adultas.
260 Et ita erunt parvuli in singulis ordinibus.


Dic ergo: AEQUALEM CORONAM SORTIUNTUR. Verum est ex communi gratia, nisi ex speciali quibusdam plus conferatur. VEL TARDITAS sine usu. NON COLLOCAT, id est non meretur.

236 exercentibus] exercitantibus V 246 infimum] *om.* P 251 mihi] secretum meum mihi *rep.* B 253 Dei] *om.* O 254 gloriam] gratiam O; *om.* V 257 quaedam²] quae R

242 Resp. Arist., *Eth. Nic.* 3.5 (1114b 26–29) 250–251 *Is.* 24,16 251 *Is.* 40,23 256 *Matt.* 20,15 256–258 Resp. *Sap.* 15,7 258–259 Resp. Anselmus, *Cur Deus homo?* 1.19

DISTINCTIO 33

1.1 PRAEDICTIS ADICIENDUM VIDETUR ... Dist. 33. Huius distinctionis divisionem ad modum arboris ramificatae sic depingo.



1 videtur] *om.* O 1–2 huius ... depingo] *om.* V

[UTRUM ACTUALIA PARENTUM PECCATA TRANSEANT IN FILIOS]

Quaerit hic Magister an actualia parentum peccata transeant in filios, et determinat quod non. Sed qua ratione non videtur dicere. Si enim haec est sufficiens
 5 causa originalis in parvulis, scilicet quod in lumbis Adae fuerunt et vitiosa lege procreati, quare non similiter transirent actualia aliorum parentum, sicut actuale Adae? Pueri enim in proximis parentibus fuerunt et inde vitiosa lege procreati.

[SOLUTIO]

Dico quod haec est causa, scilicet quia primo peccato Adae actuali tantum inflicta est illa poena, scilicet corruptio carnis, non aliis actualibus vel Adae vel
 10 aliorum. Igitur si haec corruptio aliquod peccatum inducit in posteros, non aliud introducet quam illud cuius est poena, scilicet primum peccatum Adae.

Item, actualia peccata parentum proximorum non possunt transire in prolem nisi per carnem. Sed actualia peccata eorum non corrumpunt tali corruptione quae est causa peccati; talis enim carnis corruptio fuit tantum poena primi peccati.
 15 Ergo non transeunt.

Item, primum peccatum fuit causa corruptionis carnis, quae causat originale in prole, scilicet non actuale vel habituale peccatum, sed potius necessitatem concupiscendi. Igitur si peccata parentum transirent in prolem, quid aliud pos-
 20 sent facere nisi necessitatem concupiscendi? Sed factum facere non possunt, nec etiam factum augere. Necessitas enim non suscipit magis et minus. Ergo non transeunt, etiam quamvis carnem magis corrumpere. Ideo ad rationem suprapositam respondendum quod, licet in singulis parentibus peccaverimus, non tamen unde sunt singuli, sed potius unde sunt unus Adam peccator.

1.1 CARNALITER GENITOS, id est concupiscentialiter.

25 1.3 SED ETIAM ALIA delicta proximorum parentum. NON MODO, id est tantummodo, MAIORES, scilicet adulti.

2.1 QUOD VERO IN ACTUALI, cap. 2.

[UTRUM QUI HABET UNUM MORTALE PECCATUM HABEAT OMNIA]

2.1 SI IN SUA QUASI MEMBRA DIVIDATUR, hac eadem ratione in quolibet mortali multa sunt, et quodlibet est omnia mortalia. Et sic est verum quod qui
 30 habet unum peccatum habet omnia, sicut qui habet unam virtutem habet omnes. Quod autem hoc sit verum videtur tum ex hoc loco, tum quia qui habet caritatem habet omnem virtutem; *Gal. 5*: “Omnis lex in uno sermone impletur:

13 corrumpunt] carnem *add. marg.* O 20 magis] maius O || et] vel P 27 actuali] actualiter P 29 est¹] et RV; *om.* C

Diliges proximum tuum sicut te ipsum.” *Rom.* 13: “Qui diligit proximum legem implevit.” Sed qui habet quamcumque virtutem habet caritatem. Igitur qui habet quamcumque virtutem habet omnes. Igitur qui caret unica virtute caret omnibus. Si quis enim aliqua una virtute caret et aliam habet, eo quod aliam habet, ut dictum est, omnem habet. Igitur falsum est eum aliqua carere. Sed qui est in mortali caret caritate. Igitur et omni virtute. Igitur habet opposita omnium virtutum. Sed haec sunt omnia vitia. Ergo habet omnia vitia. Unde *Iac.* 2: “Quicumque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.” 40 ‘Omnium’ inquit.

Sed contra. Uni virtuti plura vitia opponuntur, ut largitati avaritia et prodigalitas, quae sunt vitia opposita. Quippe dare danda et non danda, retinere retinenda et non retinenda opponuntur. Igitur quilibet malus haberet in se vitia opposita, cum tamen opposita non possunt esse simul in eodem. 45

Solutio. Fateor nondum clare vidi quomodo qui habet unum vitium non habeat omnia, ut li ‘omnia’ distribuat pro generibus singulorum, etiam opposita vitia, scilicet avaritiam et prodigalitem. Unde ipsa mens vitiosa simul habet affectiones vel habitus oppositos. Et est mens talis contra se divisa secundum illud *Osee* 10: “Divisum est cor eorum, nunc interibunt.” Et illud *Prov.* 15: “Cor 50 stultorum dissimile erit.” Et illud *Prov.* 13: “Vult, et non vult piger.” Verumtamen non sunt affectiones istae oppositae respectu eiusdem; et ideo non sunt omnino oppositae. Sed qui est prodigus argenti est cupidus vel avarus laudis, et similiter in aliis.

Sed contra iam dicta duo esse videntur: unum scilicet quod tunc non sunt multa peccata, sed unicum – quippe quodlibet est reliquum – et aliud quod tunc omnibus peccatoribus aequalis poena deberetur. Quippe omnes sic essent pares in culpa, quia qui minimus est peccator habet omnia, et qui maximus est peccata plura omnibus habere non potest. Et ita omnes mali sunt pares in culpa, et per consequens erunt pares in poena. 60

Solutio. Ad primum dic quod unum peccatum non est omnia, sed ad unum concomitantur omnia. Et est unum principale et reliqua ex consequente. Sicut dicit Aristoteles, quod qui dicit unum dicit multa, ut qui dicit Sortem esse hominem dicit ipsum esse animal et corpus et substantiam.

38 caritate] aliqua *add. marg. m. post.* P 39 ergo ... vitia²] *om. (hom.)* P 45 esse] stare P 46 clare] dare O || habet] habeat R 46–47 habeat] habet CP 54 aliis] Augustinus, *De civitate Dei*: “Laudis avidi, pecuniae liberales erant” [*De civ. Dei* 5.12; CCL 41, 154] *add. marg. m. post.* P 57 deberetur] debetur P 58–60 quia ... poena] *om.* V 58 minimus] minus BCPRV, vel minimus *add. marg. m. post.* V || peccator] peccandum P || est²] *om.* P

33–34 *Rom.* 13,8 39–40 *Iac.* 2,10 50 *Osee* 10,2 50–51 *Prov.* 15,7 51 *Prov.* 13,4 63–64 *Resp. Arist.*, *Categ.* 3 (1b 10–15); cf. *Auctoritates Aristotelis*, n. 8 (ed. Hamesse, 302)

65 Ad secundum dici potest quod non sunt omnes pares in culpa, licet quilibet habeat omnia peccata. Quippe paritatem non facit idem numerus tantum, sed et modus habendi. Quia igitur principaliter aliqui habent multa peccata, aliqui pauciora principaliter, ideo impares sunt in peccatis et ex consequente in poenis. Illud autem peccatum quis habet principaliter cuius actum specialem specialiter
70 exercuit, et tot individua illius peccati habet quotiens actum eius exercuit.

2.1 NAM ET SUPERBIA, scilicet amor propriae excellentiae, POTIUS QUAM DEI POTESTATE etc., cum consensit dicenti, “eritis sicut dii.” ET SACRILEGIUM, quia ‘sacrum’ a ‘sacro’ abstulit, scilicet fidem a Deo et in sacro loco, scilicet in paradiso. QUIA DEO NON CREDIDIT, cum credidit dicenti: “Nequaquam morte moriemini.” ET HOMICIDIUM spirituale, quia *Sap.* 16: “Homo per malitiam occidit animam suam,” et corporale, quia *Rom.* 8: “Corpus mortuum est propter peccatum.” QUIA SE IN MORTEM etc., quod est pessimum homicidium. SERPENTINA SUASIONE CORRUPTA EST, II *Cor.* 11: “Timeo ne, sicut serpens Evam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri.” ET
80 FURTUM, quia contrectatio rei alienae invito domino. QUIA PLUS QUAM SUFFICERET et de scientia et de esca.

2.2 HOMINUM PRIMORUM, scilicet Adae et Evae. UT EO MUTARETUR a bono in malum.

2.3 QUIA IRAM SUAM, scilicet poenam. PENDERE, id est solvere.

85 2.4 IN EODEM LIBRO, scilicet in *Enchiridion*. MITISSIMA SANE EORUM POENA ERIT etc.

[ARGUMENTA EX AUCTORITATE]

Contra. Auctoritates sic. *Deut.* 31: “Abscondam faciem meam ab eis” etc. *Glossa* Rabani: “Nihil gravius quam visione Dei privari.” Unde “ne proicias me a facie” etc.

90 Item, Chrysostomus *De reparatione lapsi*, hom. 15: “Nonnulli imperitorum putant sibi satis optabile videri esse, si gehennam tantummodo exeant. Ego autem multo graviores quam gehenna est dico esse cruciatus removeri et abici ab illa gloria, nec puto ita acerba esse gehennae supplicia, ut sint illa quibus torquetur

66 habeat] habeant C || idem] om. P 68 ex consequente] per consequens R 70 et] tunc add. P 77 quia] propter R 80 rei] om. C 81 sufficeret] sufficere ed. || esca] osa (sic) C 87 *Deut.* 31] *Deut.* 23 C 93 puto] puta O || gehennae] gehennam BP || sint] sunt O

72 *Gen.* 3,5 74–75 *Gen.* 3,4 75–76 *Sap.* 16,14 76–77 *Rom.* 8,10 78–79 II *Cor.* 11,3 85–86 Aug., *Enchiridion*, cap. 93 (CCL 46, 99) 87 *Deut.* 31,17 88 *Glossa ordin.* in *Deut.* 32,20 (ed. princeps, 1:421a) 88–89 *Ps.* 50,13 90–94 Re vera Rabanus, *De vid. Deum, de pur. cord., et de modo poen.* 3.13 (PL 112, 1319)

is qui arcetur a conspectu Christi. Hoc, crede mihi, poenis omnibus gravius est.”
Hoc est solum quod superat et gehennam.

95

Item, Chrysostomus *Super Matthaeum*, hom. 23: “Intolerabilis est gehenna et poena illa. Verum decem mille quis ponat gehennas, nihil dicet quale est a beata illa gloria excidere.”

[ARGUMENTA EX RATIONE]

Ratione sic: malum est defectus et privatio boni; et malum poenae est privatio boni passive, malum culpae active, ut dicitur infra, dist. 35, cap. ultimo, ibi
QUAERI AUTEM SOLET UTRUM ET POENA etc. Igitur maius malum poenae
est maioris boni privatio, et minus malum poenae minoris boni privatio. Sed vita
aeterna est maximum bonum, et haec est visio Dei; *Ioan.* 17: “Haec est autem
vita aeterna, ut cognoscant te solum verum Deum.” Igitur carentia visionis Dei
est maximum malum poenae.

105

[RESPONSIO]

Et dici potest quod haec poena est gravissima quoad damnum, levissima tamen
quoad sensum et mitissima.

Vel potest dici: si haec poena comparetur ad quamlibet poenam aliam, ut ad
poenam ignis, supra modum est maior. Si vero comparemus poenam parvulorum
ad poenam aliorum damnatorum, horum poena est levissima. Quippe omnes alii
hanc habent et insuper alias, scilicet ignis, vermis, et huiusmodi.

110

Vel sic: quamvis parvuli mortui ante baptismum resurrecturi sint in statu cor-
poris debito aetati 30 annorum, tamen forsitan animae eorum in eodem statu
perseverabunt, in quo fuerunt cum ultimo fuerunt in corpore. Et cum primo
separabantur a corpore, tunc autem nullo intuitu rationis vel motu voluntatis ute-
bantur. Et ideo nec tunc, sed mortui adulti aliter. Et tunc erit differentia inter
damnatos adultos et parvulos consimilis differentiae inter natum caecum et obcae-
catum post usum virtutis visivae. Qui autem natus est caecus multo levius fert
carentiam visionis lucis quam post visionem obcaecatus. Et si sic est, tunc poena
quae est carentia visionis Dei in damnatis parvulis est multo minor quam eadem
in damnatis adultis.

115

120

2.5 PRO EO, id est ‘et ideo’.

94 crede] credo B || poenis] om. P 97 a beata] ab aeterna V 102 poenae] est
add. O 104 verum] om. C 111 hanc] om. (spat.) P 117 damnatos] damnandos P
118 natus] om. C

96–98 Ioan. Chrys., *Hom. in Matt.*, hom. 23 (PG 57, 317) 100–101 Dist. 35, cap. 6 (ed.
Grottaferrata, 1:536) 103–104 *Ioan.* 17,3 112–113 Resp. Aug., *De civ. Dei* 22.14–15
(CCL 48, 833–34)

[UTRUM PARVULI ANTE BAPTISMUM MORTUI IGNE PUNIANTUR]

2.5 NULLAM ALIAM IGNIS etc.

[ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

Contra. Videtur plane quod parvuli ante baptismum mortui igne punientur.

- 125 1. Augustinus *De fide ad Petrum*: “Firmissime tene et nullatenus dubites, non solum homines ratione utentes, verum etiam parvulos, qui sive in uteris matrum vivere incipiunt et ibi moriuntur, sive iam de matribus nati sine sacramento sancti baptismatis quod datur in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, de hoc saeculo transeunt, ignis aeterni sempiterno supplicio puniendos.”
- 130 2. Item, in eodem: “Qualitas malae vitae ab infidelitate incipit, quae ab originalis peccati reatu initium sumit. In quo quisque ita vivere incipit, ut ante finiat vitam, quam ab eius obligatione solvatur, si unius diei vel unius horae spatio anima illa vixit in corpore, necesse est in eodem interminabilia gehennae supplicia sustinere, ubi diabolus cum angelis suis in aeternum arsurus est, qui et primus
- 135 peccavit, et peccatum primis parentibus persuasit; ubi cum eo etiam fornicarii, idolis servientes, adulteri ... et omnes qui opera carnis agunt cruciabuntur.”
3. Item, *Matt.* 25: “Congregabuntur ad eum omnes gentes, et separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab haedis, et statuet oves quidem a dextris, haedos autem a sinistris.” Hinc patet quod omnium hominum tantum duo ordines
- 140 erunt, unus a dextris et alius a sinistris. Igitur parvuli defuncti ante baptismum erunt aut de ovibus a dextris aut de haedis a sinistris. Sed patet quod non de ovibus a dextris. Quippe his qui a dextris sunt dicetur, ut ibidem dicitur: “Venite, benedicti” etc. Igitur erunt de haedis a sinistris. Sed illis dicetur: “Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo.” Igitur cruciabuntur
- 145 igne parvuli.
4. Item, *Matt.* 7: “Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur.” Sed tales sunt parvuli non-baptizati. Ergo etc.
5. Item, venialibus debetur poena ignis. Sed originalis culpa est gravior quam quaelibet venialia. Igitur et originali debetur ignis multo fortius.
- 150 6. Item, antiqui patres in quibus solutum fuit vinculum culpae originalis caruerunt visione Dei. Igitur amplior poena debetur his qui nondum ab originali sunt soluti.

127 vivere] venire BCPRV || sancti] sacri O 130 item] Augustinus *add.* O 135 parentibus] hominibus BCP 140 unus] scilicet *add.* O 141–143 patet ... sinistris] *om.* (*hom.*) B 149 venialia] venialis C

125–129 Recte Fulgentius Ruspensis, *De fide ad Petrum*, cap. 69 (CCL 91A, 753) 130–136 Ibid., cap. 36 (734–35) 137–139 *Matt.* 25,32–33 142–143 *Matt.* 25,34 143–144 *Matt.* 25,41 146–147 *Matt.* 7,19

[RESPENSIONES]

Solutio. Ad auctoritates Augustini dicendum quod in loco forte communicabunt cum aliis damnatis, qui locus est igne plenus. Et ita *in* igne puniuntur, non tamen *ex* igne, sed potius carentia visionis divinae. Vel cum ille ignis sit calidus et obscurus, alii puniuntur ab igne dupliciter, scilicet tum calido ignis, tum tenebroso; sed parvuli tantum tenebroso. Et secundum hoc dici potest quod puniuntur etiam ab igne. 155

Similiter responderi potest duplici auctoritati Matthaei, scilicet tertio et quarto.

Ad quantum autem et sextum dici potest quod minima poena aeterna est maior qualibet temporali. Et ideo poena parvulorum aeterna est gravior supra modum poena purgatorii et poena patrum ante mortem Christi in limbo inferni. 160

Item, quaeritur sic.

1. In non renato quodlibet concupiscere fine voluptatis imputatur in peccatum; adhuc enim debitor est non concupiscendi quod non est in baptizatis. Igitur parvulus nondum renatus concupiscens lac vel iratus matri subtrahenti ubera addit actuale mortale originali. Igitur quomodo pro his non igne punietur? 165

2. Et parvulus baptizatus cum huiusmodi concupiscentiae consentiat. Consentire autem concupiscentiae facit actuale peccatum vel veniale vel mortale. Quaeritur an punietur, si moriatur, pro huiusmodi. 170

Solutio. Dici posset quod haec opera sunt sensualitatis tantum et est in eis in minore aetate constitutis ratio ligata, sicut in freneticis vel ebriis.

Ad secundum dici potest similiter, et ideo non puniuntur. Unde Augustinus *De civitate Dei* lib. 13, cap. 15: “Tanta est Dei misericordia, ut prima aetas, id est infantia, quae sine ullo renisu subiacet carni, et secunda, id est pueritia, ubi nondum ratio suscipit hanc pugnam et fere omnibus vitiosis subiacet delectationibus. ... si sacramenta mediatoris acceperit, si hanc in eis annis vitam finierit, non solum poenis non praeparatur aeternis, sed nec ulla post mortem purgatoria tormenta patietur. Sufficit sola spiritualis regeneratio, ne post mortem obsit quod carnalis generatio cum morte contraxit.” 180

26 UT IBI, *Num.* 21. A NOBIS SERPENTEM, littera nostra habet ‘serpentes’. UT IN EVANGELIO, *Matt.* 2. ET IN EXODO, cap. 32.

153 auctoritates] auctoritatem C || dicendum] *om.* C 153–154 communicabunt] *om.* V 155 potius] *ex add.* O 156 tum] *a add.* R 164 voluptatis] voluntatis P 167 punietur] punitur C 170 pro] per P 173 non] nec O; *om.* P 180 carnalis] carnis P 181 21] *marg.* O

159 Resp. *Matt.* 25,32–33 et 7,19 173–180 Aug., *De civ. Dei* 21.16 (CCL 48, 782) 181 *Num.* 21,7 182 *Matt.* 2,20 || *Ex.* 32,4

3.1 HIC QUAERI SOLET UTRUM PECCATUM, cap. 3.
UTRUM PECCATUM TRANSGRESSIONIS ADAE etc.

185 Item, Augustinus *De civitate Dei* lib. 14: “Sicut Abrahae magna oboedientia praedicatur, quia ut occideret filium, res difficillima imperata est: ita et in paradiso tanto maior inoboedientia fuit, quanto id quod praeceptum est nullius difficultatis fuit. Et sicut oboedientia secundi hominis sit ... inoboedientia primi hominis eo detestabilior, quo factus est inoboediens usque ad mortem. Ubi enim
190 est magna inoboedientiae proposita poena et res a Creatore facilis imperata, quis non satis explicet, quantum malum sit non oboedire in re facili et tantae potestatis imperio et tanto interesse supplicio?”

3.2 QUANTO FACILIORI etc., quia mandatum fuit breve ad retinendum, leve ad implendum, et ipse pollens naturalibus roboratus gratuitis. QUOD DE POENA,
195 scilicet resistere.

3.3 MORTI UTRIQUE corporis et animae SUBDIDIT: QUOD NULLO ALIO PECCATO FACTUM EST, quasi dicat cum malum non sit malum, nisi quia nocet, quod magis nocuit peius fuit.

Item, *Matt. 7*: “In mensura qua mensi fueritis remetietur vobis.” *Glossa*: Secundum quantitatem peccatorum redditur quantitas poenarum. Sed poena huic
200 peccato reddita fuit maxima, quia extensa in omnes et tam in corporibus quam in animabus.

Solutio. Peccatum dicitur ‘maximum’ multipliciter: causalitate, sic peccatum Luciferi; generalitate, sic peccatum Adae; deformitate, sic peccatum Iudae; inseparabilitate vel duratione, sic peccatum in Spiritum Sanctum; periculo maiore,
205 sic peccatum ignorantiae: unde super *Rom. 7*: “Gravissime peccat qui ignorat.”

3.4 VERITAS AIT, *Matt. 12*.

3.4 SI VERO QUAERITUR AN ILLUD, cap. 4.
PER DOMINI SANGUINEM, fusum in cruce.

210 5.1 ET LICET PECCATIS, cap. 5.
DOMINUS IN EXODO, cap. 20.

184 utrum] videtur C 190 proposita] praeposita BCPRV 193 retinendum] nitendum V
196 utrique] scilicet add. P || subdidit] om. V 198 magis] maius P

185–192 Aug., *De civ. Dei* 14.15 (CCL 48, 437), “nam” loco “non” (l. 191) et “terrente” loco “interesse” (l. 192) 199 *Matt. 7,2* 199–200 Resp. *Glossa interlin.* in h.l. (ed. princeps, 4:29a); cf. Hugo de S. Caro: “Id est, secundum quantitatem culpae quam habuisti iudicando erit quantitas poenae quando iudicaberis a Deo,” *Post. in bibl.* super h.l. (ed. Basel, 5:25^{rb}) 203–206 Resp. Alex. Hal., *Glossa in 2 Sent.* 2.33.10 (ed. Quaracchi, 2:318) 206 Resp. *Glossa ordin.* in h.l. (ed. princeps, 4:277b) || Rectius *Rom. 2,4–5* 207 *Matt. 12,32* 211 *Ex. 20,5*

5.2 IN EZECHIELE, cap. 18. ET PATER NON PORTABIT INIQUITATEM etc.

Contra. I *Reg.* 2 et 4: Heli punitus est pro peccatis filiorum.

Solutio. Immo pro peccato proprio, scilicet quia non castigavit filios, cum teneretur.

215

[UTRUM FILII PRO PARENTIBUS PUNIENDI SINT]

5.3 SED UT AIT HIERONYMUS, NE “LEX ET PROPHETAE” etc.

1. Quidquid dicat et quamvis probabiliter respondeat, tamen adhuc videtur quod filii puniuntur pro patribus, id est pro patrum peccatis, sicut parvuli decedentes cito post baptismum; interim poenalitates, utpote infirmitates, frigus, famem, sitim sentiunt, cum nullam culpam habeant. Quare hoc nisi propter peccata parentum? 220

2. Item, parvuli Sodomorum: aut iniuste puniti sunt igne sulphureo aut pro peccatis parentum, *Gen.* 19; et Iudaei nunc pro occisione Christi a patribus eorum.

3. Item, patre committente crimen laesae maiestatis filii post nati privantur haereditate vel etiam fiunt servi secundum ius soli. Numquid et hoc iniustum est secundum ius poli? 225

4. Item, Gregorius super illud *Iob* 9, “Multiplicabit vulnera mea, etiam sine causa”: Non pro hominum sensu humana aestimatione, sed apud Deum iudicem iustum est ut rami sentiant amaritudinem quam ex radice contraxerunt.

[SOLUTIO]

Solutio. Ad primum dici potest quod licet parvulos puniat Deus pro peccatis parentum, nulla tamen parvulis iniuria fit, sicut filium Bersabeae parvulum occidit Deus pro peccato patris, II *Reg.* 12. Quippe ut dicit Augustinus *De libero arbitrio* lib. 2 quod bonum contingit parvulis et parentibus etiam ex poenis parvulorum. Quippe propter poenas quas hic patiuntur in caelo remunerantur, et insuper ex poenis eorum parvulorum parentes ad poenitentiam provocantur de peccatis. Aut si poenituerunt prius parentes, poena purgatoria, scilicet maior, 235 in modernam, scilicet minorem, quae est dolor parentum de afflictione parvuli, commutatur. Cum enim parentes laboraverunt ut parvuli essent, quid iniustum si parvuli laborent temporaliter ut parentes habeant bene esse aeternum? Et ideo dicit Augustinus: “Non in futurum, sed in praesens mala parentum filios invenerunt.” Puniuntur ergo pro peccatis parentum, non quidem puniendis, sed potius 240

228 contraxerunt] traxerunt V 234 poenitentiam] poenam P 240 quidem] pro peccatis add. B

212 *Ezech.* 18,2–4 213 I *Reg.* 2,29–34 || I *Reg.* 4,11–18 222 *Gen.* 19,24–25
226–228 Resp. *Glossa ordin.* in h.l. (ed. princeps, 2:395b); resp. Greg. Magnus, *Moralia*
9.21.32 (CCL 143, 479–80) 226–227 *Iob* 9,17 231 II *Reg.* 12,13–18 231–233 Forte
Aug., *De lib. arb.* 3.23 (CCL 29, 314–15) 239–240 Aug., *Quaest. in Hept.* 6.8 (CCL 33,
315–16); cf. Alex. Hal., *Glossa in 2 Sent.* 23 (ed. Quaracchi, 2:323)

emendandis. Quod autem dixit *Ezech.* 18: “Filius non portabit iniquitatem patris,” intellige: id est non portabit poenam pro iniquitate patris puniendam, sed potius emendanda vel et vitanda alias.

Ad secundum dici potest quod pueri Sodomorum non sunt puniti per iustitiam, nec illa poena in eis fuit ex iustitia, sed potius ex misericordia, ne viventes et patres imitantes aeterno igne punirentur. Unde Augustinus *Super Genesim* 18: “Nonne provisum est pueris Sodomorum, ne diu viventes sequerentur exempla patrum.” De Iudeis dic quod puniuntur pro eo quod imitantur malos parentes odiendo Christum. Unde super *Gen.* 20 *Glossa*: “Quoniam similiter patribus peccaverunt et similem sententiam meruerunt.”

Et ex dictis patet quod tripliciter dici potest quod filii pro peccatis parentum puniuntur: primo, ut parentes emendantur, ut de parvulo Bersabeae et David, *II Reg.* 12; secundo, ne parvuli peccata parentum imitentur, sicut parvuli Sodomorum (*Sap.* 4: “Raptus est, ne malitia mutaret intellectum illius”); tertio, quia parentum peccata imitantur, sic Iudaei modo puniuntur captivitate. Unde *Ex.* 20: “Ego sum Deus fortis, zelotes, visitans iniquitates patrum in filios usque in tertiam et quartam generationem his qui oderunt me,” id est in imitatoribus malorum parentum. Primi duo modi sunt in parvulis, tertius in adultis. Primi duo modi sunt de poena temporali; tertius de aeterna.

Ad tertium dicendum quod multae poenae temporales sic inferuntur his qui non eas meruerunt. Et secundum ius soli et secundum ius poli non quidem ex iustitia, sed potius ex misericordia. Quippe cum sic punitur filius pro crimine laesae maiestatis in patre, hoc fit ad illius criminis detestationem, ut magis abhorreant alii facere consimilia. Nec debet dici quod tali filio, cum sic punitur, fit iniuria, quia iuste ab eo exigere potest poena temporalis, ut commembra eius in Christo evadant poenam aeternam. Secundum legem enim caritatis quod minus est in me pro eo quod maius est in proximo dare debeo et quod dare debeo a me exigere potest sine iniuria. Quippe si oculus tuus infirmus usque ad obcaecationem curari nequeat nisi per sanguinem parvum de minimo digito, si laedatur minimus digitus ut sanguine eius curetur oculus, numquid conqueri poterit digitus de iniuria? Patet quod non. Plus enim vult digitus et magis expedit ei sanitas oculi quam noceat modica laesio sui. Similiter in nobis, cum omnes simus unum cor-

244 puniti] punite B 248 puniuntur] punientur P 251 ex] iam *add.* P 252 emendantur] emendantur O 253 secundo] item V 254 tertio] item V 257 me] *om.* P 258–259 tertius ... sunt] *del.* V 261 soli ... secundum²] *om.* (*hom.*) P 268 exigi] egi B; cogi R 269 parvum] parum et P 270 digitus²] oculus BRV; *corr.* ex oculus C 272 similiter] igitur C

241–242 *Ezech.* 18,19 242–243 *Resp. Glossa ordin.* in h.l. (ed. princeps, 3:257a–b) 246–248 *Glossa ordin.* in *Gen.* 19,25 (ed. princeps, 1:55b) 249–250 *Potius Glossa ordin.* in *Ezech.* 20,18 (ed. princeps, 3:260a); proxime coll. ex Alex. Hal., *Glossa in 2 Sent.* 2.33.15 (ed. Quaracchi, 2:321) 253 *II Reg.* 12,13–20 254 *Sap.* 4,11 255–257 *Ex.* 20,5

pus ecclesiae, quod est vehementius unitum quam corpus tuum quod unit natura. Corpus enim ecclesiae caritas unit, quae est supra naturam. Verumtamen tale iudicium melius relinquitur Deo quam feratur ab homine, quia solus Deus novit, 275 si sic puniri filium pro crimine patris sit aliis commembris profuturum.

Ad quartum dic quod loquitur Gregorius de poena originalis culpae in parvulis quae est pro peccato ipsorum parvulorum, tamen a parente contracto.

5.4 ET QUARE PATRES COMMEMORAVIT potius quam fratres vel non consanguineos. IDEO PATRES SPECIALITER NOMINAVIT, tamen legimus hoc 280 aliquando factum in his qui consanguinitatem non habuerunt, sicut pro Achan peccante puniti sunt filii Israel, *Ios.* 7.

5.5 SUGGESTIONIS a diabolo VEL COGITATIONIS a se ipso; surgunt enim primi motus aliquando ex diaboli suggestione, aliquando ex carne. SI COGITATIO, id est delectatio in inferiori parte rationis. NEPOTEM, id est filium filii. 285 COMPLEVERIS agendo saltem VEL COMPLERE DECREVERIS consentiendo. PRONEPOTEM, id est filium nepotis. SED IN EO GLORIERIS, *Prov.* 2: “Laetantur cum malefecerint, et exultant in rebus pessimis.” *Iac.* 4: “Omnis talis exultatio maligna est.” *Ps.*: “Quid gloriaris in malitia” etc. *Ps.*: “Usquequo peccatores, Domine, usquequo peccatores gloriabuntur.” NON QUIA TRES 290 generationes PRAECESSERINT, quia non praecesserunt nisi duae generationes, et tres quasi personae. A PRIMO MOTU, scilicet a primo generante. PRIMOS STIMULOS, scilicet sensualitatis. ET SECUNDOS, scilicet inferioris partis rationis. PROPATHEIS vel PROPATHEON, id est primas passiones. NON PUNIET AETERNALITER, si morosi non fuerint; immo delectatio in inferiori parte ratio- 295 nis potest esse tam morosa ut faciat mortale peccatum, sicut supra dixit Magister. SED, supple ‘tunc aeternaliter puniretur’, SI COGITATA etc.


5.6 PRIMUS PULSUS, id est primus motus.


273 tuum] carni *add.* B 277 Gregorius] *om.* P 279 non] *interlin.* O; *om.* P 284 ex²] a BCP 294 propatheis] propatheias ed. 296 faciat] facias P

282 *Ios.* 7,18–26 287–288 *Prov.* 2,14 288–289 *Iac.* 4,16 289 *Ps.* 51,3 289–290 *Ps.* 93,3

DISTINCTIO 34

¹ POST PRAEDICTA, DE PECCATO etc. Dist. 34. Huius distinctionis divisio sic depingitur.





¹ SCILICET QUAE FUERIT ORIGO etc., id est causa efficiens, scilicet a quo fuit peccatum, de quo agit cap. 2. CAUSA AUTEM, postea in qua re sit peccatum, scilicet bona vel mala, de quo ibi cap. 4, ibi OSTENSA etc. DEINDE ⁵ QUID SIT PECCATUM, dist. 35. ET QUOT MODIS FIAT: dist. 35, cap. 2, infra ibi SANE DICI POTEST. DE DIFFERENTIA IPSORUM PECCATORUM, dist. 42, cap. MODI AUTEM.

Investigat igitur de peccato primo causam efficientem; secundo materialem, scilicet subiectum in quo est; tertio formalem, scilicet quidditatem; sed non finale, quia peccatum non est nisi per hoc quod caret actus vel voluntas fine debito. ¹⁰

Sed hic ordo quaestionum quem hic enumerat Magister videtur perversus. Primo enim quaerendum esset quid sit. Unde Augustinus *De natura boni*: “Cum quaeritur unde sit malum, primo quaerendum est quid sit malum.” ¹⁵

Item, in libro *Contra epistolam Fundamenti* dicit quod Manichaeus ideo fuit deceptus, quia prius voluit scire unde sit malum quam scivisset quid est malum.

Solutio. Differt quaerere et docere, et ideo non oportet quod idem sit ordo in docendo qui est in inquirendo. Augustinus autem in utraque auctoritate loquitur de ordine in inquirendo. Cui tamen ordinem contrarium tenet Magister in docendo. ²⁰ Hi sunt enim duo modi oppositi veniendi in cognitionem alicuius, scilicet inventio et doctrina. Et ideo nec mirum si oppositos ordines teneant.

²¹ CAUSA ET ORIGO, cap. 2.

NON EX DEO ORTUM EST MALUM, *Gen.* 1: “Vidit Deus cuncta quae fecerat, et erant valde bona.” ²⁵

²² SI POTEST, RESPONDEAT Iulianus. MALA VOLUNTAS, id est malum velle. HIC APERTE DICITUR PRIMAM CAUSAM ET ORIGINEM MALI BONAM etc.

[UTRUM SIT SUMMUM MALUM A QUO ORIGO OMNIS MALI]

Dicunt Manichaei aliquod esse summum malum a quo origo omnis mali, sicut est summum bonum a quo omnis boni origo. ³⁰

¹. Quod et sic videtur. Voluntas est causa mali: aut ergo in quantum bona aut in quantum mala. Si in quantum bona, contra: aliquid in quantum est tale non

4 autem] SATIS DILIGENTER add. P 5 quo] ibi add. O 6 et ... 35²] om. (hom.) B 8 cap.] secundo add. O 15 sit²] est P 24 malum] quia add. V 26 respondeat] scilicet add. OP

5 N. 1 (ed. Grottaferrata, 1:526) 6–7 N. 3 (ed. Grottaferrata, 1:531) 8 Dist. 42, cap. 4, n. 1 (ed. Grottaferrata, 1:569) 14–15 Aug., *De natura boni* 4 (CSEL 25, 857); forsan coll. ex Hugo de S. Caro, *In 2 Sent.* 34 (MS Vat. lat. 1098, f. 74^{ra}) 16–17 Resp. Aug., *Contra epist. fundamenti* 6 (CSEL 25, 241); coll. ex Hugo, ibid. 24–25 *Gen.* 1, 31

potest esse causa sui oppositi. Si in quantum mala, ergo cum causa sit naturaliter prius causato, voluntas in quantum mala est prior natura quam hoc malum causatum; et de hac malitia quae ponitur in causa similiter quaerendum, et sic in infinitum. Aut stabitur in aliquo summe malo, scilicet quod est malum se ipso et totum malum.

² Item, quod dicitur secundum magis et minus dicitur et maxime. Sed est unum malum maius malum alio. Ergo est aliquod malum maxime. Alioquin pessimum esset nomen non-entis, sicut chimera.

Solutio. Ad primum dicendum quod voluntas est causa mali. Neque enim infima natura bona est causa mali culpae, nec summa natura, scilicet Deus, sed natura media. In quantum autem media est deficit quodammodo a summa bonitate. Cum ergo quaeritur aut in quantum bona voluntas aut in quantum mala est causa mali, dic quod neutro modo, sed potius voluntas unde est bonum deficiens a summo bono medio modo, non ultimo, ut corpus. Bonum enim ultimum, scilicet natura corporalis, deficit a Deo in eo quod ex nihilo est et in multis aliis. Medium vero bonum, scilicet voluntas creata, proprie deficit a Deo in hoc quod ex nihilo est. In intelligere enim et in velle et in aliis quodammodo convenit cum Deo. Unde voluntas inde est causa mali, unde est ex nihilo. Unde Augustinus *Contra epistolam Fundamenti*: Cum dicitur ‘Deus fecit omnia ex nihilo’, non unum dicitur, sed plura dicuntur. Similiter cum dicitur ‘natura corruptibilis’, non unum sed plura dicuntur. Quod enim dicitur ‘natura’ pertinet ad Deum. Quod autem dicitur ‘corruptibilis’ pertinet ad nihilum.

Ad secundum magis et minus dicitur dupliciter, scilicet vel secundum recessum a termino vel secundum accessum ad terminum. Igitur cum dicitur aliquid ‘maius malum’, non hoc dicitur ob hoc quod sit ad maximum malum accessus, quod non est omnino, sed potius quod sit a summo bono maior recessus. Et in tali dicto secundum maius et minus non oportet esse maximum ad quod sit accessus, sed oppositum a quo sit recessus.

Quod autem nihil sit summe malum probatio. Omne malum est boni corruptio. Sed corruptio esse non potest nisi sit corruptibile. Hoc autem non est omnino malum, sed aliquod bonum. Ergo non deficit omnino a bono. Igitur nihil est omnino vel summe malum. Haec est ratio Augustini in libro *De moribus ecclesiae*.

33 potest esse] est P 34–35 causatum] tantum B 39 malum²] om. V 40 esset] omne add. P 42 summa] suprema C 45 dic] dicit B 49 enim] est add. B 50 mali] malius B || nihilo] id est si non esset ex nihilo non posset ad malum; sed praecisa causa est defectio eius voluntaria sive per electionem a summo bono; aliter enim debet assignari causa propria mali voluntarii et aliter non voluntarii add. marg. C 52–53 similiter ... dicuntur] om. (hom.) P 57 maius] magis B 59 maius] magis B

50–54 Resp. Aug., *Contra epist. fundamenti*, cap. 38 (CSEL 25, 244); coll. ex Hugo de S. Caro, *Comm. in 2 Sent.* 34 (MS Vat. lat. 1098, f. 73^{va}) 64 Resp. Aug., *De moribus eccl.* 5–6 (CSEL 90, 93–95)

Item, esse est tantum bonum ut ab omnibus appetatur. Immo tantum bonum 65
est esse ut forsitan melius sit pessime esse quam omnino non esse. Insuper esse
est in summo bono in quo nihil mali esse posset. Nunc autem proprium sibi quasi
esse retinuit; *Ex.* 3: “Ego sum qui sum.” Igitur esse non est nullum bonum.

Quaero ergo summum malum: aut est aut non est. Si non est, hoc volui. Si 70
est, ergo habet esse. Ergo aliquod bonum habet. Ergo non est summe malum.

2.2 MALAE VOLUNTATIS, id est mali velle.

3 MALA AUTEM VOLUNTAS, cap. 3.

RERUM BONARUM naturalium vel gratuitarum. QUAE AD NOS PERTI-
NENT. Quare hoc dicit? Suntne res aliquae bonae quae ad nos non pertineant?
Non, ut videtur; dicitur enim I *Cor.* 3: “Omnia vestra sunt.” Ideo sic legatur: 75
RERUM BONARUM CAUSAM NON ESSE NISI BONITATEM DEI, quae res
bonae omnes ad nos pertinent. NISI BONITATEM, non potentiam vel sapienti-
am. MALARUM VERO causam esse.

4.1 OSTENSA ORIGINE, cap. 4.

4.2 MALUM ENIM EST CORRUPTIO etc. Augustinus *De 83 quaestionibus*: 80
Malum est privatio boni. Anselmus: “Malum est absentia boni, ubi debet esse.”
NECESSE EST UT ALIQUID REMANEAT. Est enim bonum gratiae, ut quanti-
tas discreta, potens crescere in infinitum; et bonum naturae, ut quantitas continua,
potens diminui in infinitum, ut dicunt. CUM VERO CORRUMPITUR. Hoc dicit
Augustinus in *Enchiridion*, cap. 14. 85

4.2 MALUM NON POSSE ESSE NISI IN RE BONA.

Contra. *Matt.* 7: “Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor
mala fructus bonos facere.” Igitur si bonum est, sicut arbor bona, non potest ei
inesse malum.

Solutio. Hoc solvit Augustinus in *Enchiridion*, cap. 19, sic: Fructus oritur ab 90
arbore et arbor de terra. Et utique de mala arbore fructus bonus non nascitur. Sed
certe de bona terra arbor bona et mala oriri potest. Similiter de anima vel spiritu
rationali bono voluntas bona vel mala oriri potest, ut ratio sit terra, voluntas
arbor. Sed de mala voluntate bona operatio, quae est fructus, oriri non potest nec
e contrario. 95

5.1 IDEOQUE IN HIS, cap. 5.

84 dicit] dicto C 90 solutio] ergo B

68 *Ex.* 3,14 75 I *Cor.* 3,22 80–81 Resp. Aug., *De 83 quaestionibus*, q. 6 (CCL 44A, 14)

81 Anselmus, *Epist.* 97 (ed. Schmitt, 3:228) 85 Aug., *Enchiridion*, cap. 12 (CCL 46, 54)

87–88 *Matt.* 7,18 90–95 Resp. Aug., *Enchiridion*, cap. 4.15 (CCL 46, 56)

[UTRUM MALI ET BONI CONTRARIETAS
SIT AN MALUM SIT IN BONO]

5.1 ILLA DIALECTICORUM REGULA DEFICIT, QUA DICUNT NULLI REI
DUO SIMUL INESSE CONTRARIA.

Contra. Peccatum est non quodlibet malum, sed malum culpa. Sed malum
100 culpa contrariatur non cuilibet bono, sed bono gratiae, quia tam bono gratiae
quam naturae contrariari non potest. “Tantum enim unum uni est contrarium.”
Igitur peccatum non est contrarium bono naturae. Igitur licet malum culpa sit
in aliquo cum bono naturae, non propterea sunt contraria in eodem.

Item, sequitur: si est album, non est nigrum per locum a contrariis. Igitur
105 similiter si est bonum, non est malum. Igitur si istae essent simul verae: ‘est
bonum, est malum’, tunc contradictoriae essent simul verae, scilicet ‘est bonum,
non est bonum’, et ita non de quolibet affirmatio vel negatio.

[ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

Econtra videtur, quia quod corrumpitur ab alio non corrumpitur nisi a con-
trario. Sed bonum naturae vitatur et corrumpitur a malo culpa. Ideo enim
110 ‘vitium’ dicitur, ut dicit Augustinus, quia naturam vitiat. Et hoc est quod dici-
mus quod spoliatur gratis et vulnerat in naturalibus. Igitur peccatum contrariatur
bono naturae et sunt in eodem. Igitur simul contraria.

Item, ad minus aliqua culpa est et poena et culpa, quia omnes culpa inter
primam culpam et ultimam poenam, scilicet inferni. Unde super illud *Rom.* 1:
115 “Mercedem erroris sui, quam oportuit, in semet ipsis recipientes,” *Glossa*: “Inter
primum peccatum apostasiae et ultimam poenam ignis aeterni, media quae sunt,
et peccata sunt et poenae.” Sed sicut malum culpa contrariatur bono gratiae, sic
malum poenae bono naturae. Igitur cum culpa est in aliquo cum bono naturae,
contraria sunt in eodem.

[DUAE QUAESTIONES]

120 Hic igitur duo essent inquirenda. Primo, cui malum culpa contrarietur: an
tantum bono gratiae, an et bono naturae, sicut videtur velle Augustinus. Et tunc
fallat regula Aristotelis: “Unum uni est contrarium.” Secundo an regula dialec-
torum fallat.

97 qua dicunt] *om.* C 99 contra] prima B 103 propterea] *om.* V; propter hoc C
104 igitur] *om.* C 108 videtur] *om.* C 109 corrumpitur] corrumpuntur B 110–111
dicimus] dicitur V 120 contrarietur] contrariatur V 122 fallat] fallit OV

101 Arist., *Metaph.* 10.5 (1055b 30); cf. *Auctoritates Aristotelis*, n. 245 (ed. Hamesse, 136)
110 Resp. Aug., *De civ. Dei* 12.3 (CCL 48, 357) 114–115 *Rom.* 1,27 115–117 *Glossa*
ordin. in h.l. (ed. princeps, 4:217a); cf. Petr. Lomb., *Collect. in epist. ad Rom.* in h.l. (PL 191,
1334) 121 Resp. Aug., *De moribus eccl.* 2.5 (CSEL 90, 93) 122 Arist., *Metaph.* 10.5
(1055b 30)

[RESPONSIONES]

Ad primum videamus exemplum: diaphanum, utpote aer vel oculus, cum illuminatur a sole, duplicem habet lucem, scilicet lucem datam ab extrinseco 125 et lucem sibi connaturalem, quae est sua vera forma qua est quod est. Omnis enim forma lux est. Tenebra vero adveniens diaphano privat in eo lucem datam omnino. Et diminuit connaturalem in aliquo, sed ex consequente. Lux quippe in diaphano et diaphanum illuminavit et in sua natura conservavit. Sed quia tenebra privat lucem datam, ex consequenti diaphanum condensatur per carentiam lucis 130 datae rarefacientis vel in naturali rarefactione conservantis. Et sic per carentiam lucis datae, ex consequente fit diaphanum peius, quia vilissimo corpori, scilicet terrae, vicinius. Primo ergo et per se tenebra opponitur luci datae et illam privat per se. Ex consequente autem et per accidens diminuit lucem connaturalem. Similiter peccatum, scilicet malum culpa, per se contrariatur bono gratiae, et 135 illud privat omnino quod est bonum datum. Et quia gratia, cum aderat, conservavit bonum naturae, restat ut ex consequente, cum culpa privat bonum gratiae, diminuat bonum naturae, et ideo non opponitur ei nisi per accidens.

Ad secundum sciendum quod duo sunt genera contrariorum sive privationum. Quoddam enim est completa privatio vel corruptio sui oppositi, utpote album 140 nigri, iustitiae iniustitia; quoddam diminuta. In illis autem contrariis vel privative oppositis – quae pro eisdem reputo, quia contrarietas omnis ad privative opposita reducitur, in quibus est completa corruptio sui oppositi – impossibile est esse opposita in eodem, utpote album et nigrum in eodem sunt, vel sanum et aegrum, vel iustum et iniustum. In aliis vero est possibile opposita esse in eodem: malum 145 autem opponitur bono, ut diminuta privatio, non ut completa. Quippe si malum privaret bonum complete, iam ibi nihil boni relinqueretur, et per consequens nihil entitatis. Eodem enim est et est bonum; et ita iam nec malum esset.

Si igitur regula dialecticorum intelligatur de omnibus contrariis universaliter, fallit sic intelligentes. Si vero tantum intelligatur de talibus in quibus est completa 150 privatio vel corruptio contrarii, vera est et non fallit. Nec est maior oppositio cum dico ‘bonum malum’ quam cum dico ‘bonum diminutum’. Quippe cum malum non possit esse in toto malum, patet quod malum non est nisi bonum diminutum.

Sed quaeres: non conceditur pallidum esse album, et tamen pallidum est album diminutum. Eadem ratione nec concedetur malum esse bonum. 155

Solutio. Causa huius est quiddam quod in his oppositis bonum et malum est singulare. ‘Pallidum’ enim significat lucem aliquantam, ita quod non quamlibet partem illius aliquanti. Similiter album significat lucem maiorem totam, ita quod

126 vera] natura C; vel vera *add. marg.* C; *om.* P 129 et¹] illud C 133 terrae] *om.* C
136–137 conservavit] conservabat V 139 sciendum] dicendum BO 140 quoddam]
quaedam C || vel corruptio] et corrumpitur B 141 quoddam diminuta] *om.* C 144 eo-
dem²] non *add.* O 150 intelligentes] malignantes C || in] *om.* P 155 conceditur]
conceditur BP

160 nullam tamen partem eius. Et ideo non dicitur aliquid simul album et pallidum,
sicut non dicitur simul tantum hoc et amplius. Sed ‘bonum’ imponitur non ad
significandum bonum in tanta quantitate vel in tali gradu ita quod non quamlibet
eius partem, sed significat potius minimum bonum et sine exclusione maioris.

5.4 HOC AUTEM AUGUSTINUS IN EODEM LIBRO, scilicet *Enchiridion*, cap.
16. ID QUOD DICTUM EST IN PROPHETIA etc. Solutio Magistri est: cum
165 dico ‘malum’ et ‘bonum’, li ‘malum’ et li ‘bonum’, si sunt adiectiva, vera est, et
est sensus: ‘substantia bona est substantia mala’. Et est ac si diceretur ‘substantia
aliqua bona est res diminutae bonitatis’. Si vero utrumque tenetur substantive,
sic falsa est. Et est sensus: ‘bonitas est malitia’. Et hoc dicens incidit in pro-
pheticam maledictionem. Vel aliter: quidam sunt qui bonis detrahunt, ut Iudaei
170 Christo, et malos commendant, ut Iudaei Barrabam; *Ps.*: “Laudatur peccator in
desideriis animae suae, et iniquus benedicitur.” Et hi maledictionem prophetae
incurrunt; *Prov.* 17: “Qui iustificat impium et qui condemnat iustum abominabilis
est uterque apud Deum.”

5.4 MALUM EST HOMINEM, scilicet naturam. BONUM ESSE INIQUUM, id
175 est iniquitatem.

161 non] *om.* C 164 in] *om.* P 168 sic] circa V || malitia] mala P 169 Iudaei]
om. C 171 hi] *om.* B || prophetae] proprie BCPRV

163–164 Aug., *Enchiridion*, cap. 16 (CCL 46, 55) 170–171 *Ps.* 10,3 172–173 *Prov.*
17,15

DISTINCTIO 35

1.1 POST HAEC VIDENDUM EST QUID ... Dist. 35.

1.1 PECCATUM EST, UT AIT AUGUSTINUS, OMNE DICTUM, sermone, VEL FACTUM, opere, VEL CONCUPIITUM, cogitatione.

[UTRUM HAEC DEFINITIO AUGUSTINI OMNI PECCATO CONVENIAT]

1.1 QUOD FIT CONTRA LEGEM DEI, id est contra decem praecepta.

Contra. Videtur haec definitio non convenire omni peccato actuali, quia non 5
omissioni nec desperationi nec invidiae nec discredentiae nec timori nec tristitiae
saeculi.

Solutio. De omissione dupliciter respondetur. Secundum enim quosdam est
sola privatio. Et ideo dicunt quod ‘factum’ in definitione complectitur et factum
et non factum, sicut dicit Augustinus: Operor et non operor partes sunt ad operor. 10
Et super illud *Rom. 7*: “Quod nolo hoc ago,” dicit Haimo: “Dimittere bonum et
facere malum partes sunt ad operari malum.”

Alii dicunt et forte verius quod ommissio non consistit tantum in privatione actus
debiti, immo ponit actum interiorem impeditivum actus debiti. Et secundum hoc
patet quod ommissio est actus aliquis. Et sic ‘dictum vel factum’, etc. 15

Alia autem omnia sunt concupitum contra legem Dei. ‘Concupitum’ enim
positum in definitione dicitur a concupiscentia, a qua omne malum. De qua Au-
gustinus super *Rom. 7*: “Concupiscentiam nesciebam” etc. Augustinus: “Bona
est lex quae per concupiscentiam prohibet omne malum.” Qui enim discred- 20
aliqui malo assentit, quod assentire non est sine aliquo concupiscere. Similiter
timor humanus est etiam ex nimio amore pellis suae; tristitia saeculi, ex nimio
amore rerum suarum; et invidia, ex nimio amore alicuius boni temporalis, quod
pluribus non est idem; et desperatio, ex nimio amore peccati; et discredentia, ex
nimio amore oppositi eius, quod est credendum.

1 quid] *om. P* 6 nec desperationi] *om. V* 9 dicunt] dictum *V* 15 aliquis] *om. C*
16 concupitum] concupita *O* 21 est] et *B*; *om. R* || etiam] *om. BCV* || nimio¹] *minimo P* ||
saeculi] *om. C*

10 Resp. *Glossa ordin.* in *Rom. 7,15* (ed. princeps, 4:288b); proxime coll. ex Hugo de S. Caro, *Comm. in 2 Sent.* 34 (MS Vat. lat. 1098, f. 73^{ra}) 11 *Rom. 7,19* 11–12 Re vera Petr. Lomb., *Collect. in epist. ad Rom. 7,14* (PL 191, 1422); coll. ex Hugo de S. Caro, *ibid.* 13–14 Resp. Hugo, *ibid.* 18 *Rom. 7,7* 18–19 *Glossa ordin.* in h.l. (ed. princeps, 4:288a)

[UTRUM SIT PECCATUM QUIA PROHIBITUM AN E CONTRARIO]

25 1.1 CONTRA LEGEM DEI. Ex hoc videtur quod ideo peccatum sit malum vel
 peccatum, quia est contra legem Dei. Quaeritur ergo an ideo sit peccatum, quia
 est prohibitum; an e contrario: ideo sit prohibitum, quia est peccatum vel malum.
 Videtur quod quia prohibitum, ideo sit peccatum. Prohibitum enim prius fuit
 quam factum, quia prius dixit ut non fieret quam fieret. Sed non prius fuit malum
 30 quam fuit factum. Ergo prius fuit prohibitum quam esset malum. Ergo non quia
 malum, ideo prohibitum. Ergo e contrario: quia prohibitum, ideo fuit malum.

Item, si prius fuit malum quam prohibitum, tunc ex quo fuit prohibitum fuit
 duplex malum, et ita quodlibet unicum peccatum fuisset peccatum duplex.

[OBIECTA]

1. Contra. Bonum: non quia praeceptum, ideo bonum est. Ergo nec malum:
 35 quia prohibitum, ideo malum.

2. Item, si ideo est peccatum, quia prohibitum, quae aequaliter sunt prohibita
 aequaliter sunt peccata. Sed *Ex. 20*: “Non moechaberis,” ibi nomine ‘moechiae’
 omnis coitus illicitus intelligitur. Ergo omnis coitus illicitus ibi prohibetur. Ergo
 sunt aequaliter peccata. Quod falsum est.

[SOLUTIO]

40 Solutio. Aestimo quod unumquodque ideo fit peccatum, quia prohibitum.
 Ideo enim est peccatum vel malum, quia a Deo nolitum, sicut ideo est bonum,
 quia a Deo volitum. Et quid est esse volitum a Deo aliud quam in regulis veritatis
 esse tamquam veritas aeterna? Ideo igitur est malum, quia a Deo nolitum; et hoc
 est, quia legi illi aeternae contrarium.

45 Dico ergo ad primum quod prius fuit peccatum quam esset factum, quia prius
 a Deo fuit nolitum quam factum.

Similiter responde ad secundum. Prius enim natura, non tempore, fuit prohibi-
 tum quam malum; aut simul natura et tempore, et tunc idem est esse prohibitum et
 esse malum. Sic ergo concedantur duae primae rationes eo quod pro me faciunt.

[AD ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

50 Ad obiecta contra dicendum. Ad primum sic. Ideo unumquodque est bonum,
 quia a Deo volitum. Sed esse volitum est hac lege esse statutum. Igitur quia
 praeceptum in hac lege, ideo est bonum. Responde ergo per interemptionem.

Ad secundum. Licet aequaliter sint prohibita in lege scripta, non tamen aequa-
 liter in lege aeterna. Sed illa sunt magis prohibita quae sunt magis a Deo nolita;

28 sit] est O 33 unicum] unum V 37 peccata] peccatum C; prohibita V || ibi]
 om. P 40 fit] sit OV 43 tamquam ... aeterna] sanilitum tamquam lex aeterna vel veri-
 tas O 51 statutum] stantium R

et cum sit lex aeterna in mente divina, et lex naturalis, scilicet eius exemplum in 55
mente creata, cuius exemplum adhuc est lex scripta, licet quodlibet peccatum hac
trina lege sit prohibitum, non est tamen triplex peccatum eo quod lex in mente
et in codice non sunt nisi legis quae est in mente divina promulgatio. Et nota
quod duae dictae definitiones sunt materiales, scilicet accidentis per suum per se
subiectum. 60

1.1 PECCATUM EST VOLUNTAS, id est velle. ACTUS INTERIOR, id est vo-
luntas. EXTERIOR, id est locutio et operatio. ACTUS ERGO, id est voluntas.

1.2 QUID EST PECCATUM NISI PRAEVARICATIO. Haec definitio est forma-
lis. Peccatum enim est aut privatio actus debiti aut privatio modi actus. Privatio 65
actus, hoc est in originali peccato et omissione; privatio modi actus, hoc est in
aliis actualibus. Actus est velle: modus actus est bene; privatio modi est male.

1.2 NON ENIM CONSISTERET PECCATUM, Adae scilicet, SI INTERDICTIO
ligni vetiti NON FUISSET, nec tamen sequitur quod ideo sit peccatum, quia
interdictum, sicut non sequitur: non est homo, si non est animal; ergo quia est
animal, est homo. SED ETIAM VIRTUS FORTASSE NON ESSET, supple 70
'declinare a malo'. Vel generaliter virtus non esset secundum quod est medietas
inter extrema, quae sunt in excessu et diminutione, quae attingit prohibitio. Vel
NON ESSET: virtus secundum rationem nominis, scilicet 'virus tollens' peccati.
Vel 'vi tueris': vi enim tuente non est necessarium, ubi non est aliqua impugnatio.
QUAE virtus FUISSET SEMINA, scilicet possibilitas cadendi, quae radicitur in 75
hoc quod est ex nihilo, ut persuasio diaboli. DEFINIT AMBROSIUS, id est
definite dicit.

2.1 QUO CIRCA DIVERSITATIS, cap. 2.

ALII ENIM, scilicet innitentes secundae definitioni. ALII VOLUNTATEM, sci-
licet innitentes primae definitioni. 80

2.2 SUPRA ENIM DIXIT AUGUSTINUS, dist. 34. cap. OSTENSA ibi CUM
VERO CORRUMPITUR. PRIVATIO gratuitorum. CORRUPTIO naturalium.
SUMMUM MALUM, id est peccatum, quo nihil est peius. Malum quidem ali-
quod est poena. Sed maius malum est culpa venialis. Maximum et summum
malum est culpa mortalis. SUMMUM MALUM NULLUM MODUM HABET. 85
Creatura rationalis terminum vel modum habet quem non potest excedere. De
quo modo Augustinus *De civitate Dei* lib. 12: Anima "subsistens Deo modifica-
tur." Igitur cum creatura rationalis superbiendo supra Deum quantum in ipsa est

57 trina] aeterna P 61–62 interior ... actus] *om. (hom.)* BCPRV 68 vetiti] *om.* R
73 virus] virtus R || peccati] peccatum CR; peccato B; *om.* P 74 impugnatio] pu-
gnatio C 75 fuisset] fuissent P, ed. 79–82 alii ... corrumpitur] *om.* C 84 maius]
magis B 85 nullum] nullumque P 88 in] se *add.* O

81–82 Cap. 4, n. 2 (ed. Grottaferrata, 1:527) 87–88 Aug., *De civ. Dei* 11.24 (CCL 48, 344)

extollit se, quod facit peccando, scilicet praeponendo suam voluntatem divinae
 90 voluntati, patet quod modo caret. Et sic peccatum caret modo, quia suprapo-
 nit infinito, scilicet Deo. Vel ideo modo carere dicitur, quia numquam satiatur
 peccator, ut luxuriosus vel gulosus, scilicet carnalis, non satiatur; *Prov.* 30: “San-
 guisugae duae sunt filiae, dicentes: Affer, affer”; *Is.* 56: “Canes impudentissi-
 mi nescientes saturitatem.” Concupiscentia oculorum, scilicet avaritia; *Eccle.* 1:
 95 “Non saturatur oculus visu”; *Eccle.* 5: “Avaris non implebitur pecunia.” Super-
 bia; *Ps.*: “Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.” De omnibus tribus;
Prov. 30: “Tria sunt insaturabilia.”

2.2 CARET OMNI BONO, scilicet modo, specie, et ordine. DE SPECIEI PRI-
 VATIONE REPERTUM EST. Propter hoc ponitur auctoritas: MALITIAM NON
 100 ESSE A DEO, et ideo ratio nihil est, quia “omnia per ipsum facta sunt.” IN HAC
 TANTA VARIETATE definitionum peccati et opinionum.

2.3 PECCATUM ESSE ACTUM MALUM, supradixit quod peccatum est nihil.

Solutio. Sicut tenebra aliquando dicitur ‘privatio lucis’ et ita nihil est, ali-
 quando aer luce privatus et sic aliquid est. Et sic sumitur *Dan.* 3: “Benedicite
 105 lux et tenebrae Domino.” Similiter peccatum quandoque est privatio finis debiti
 et sic nihil est; quandoque actus privatus debito fine et sic aliquid est.

[QUID SIT PRIMUM SUBIECTUM PECCATI]

2.3 PRAECIPUE TAMEN IN VOLUNTATE PECCATUM CONSISTIT. Hic me-
 rito inquirendum quid sit primum peccati subiectum. Et hic dicitur quod voluntas.

[ARGUMENTA CONTRA]

1. Contra. Quia velle est malum, ideo voluntas est mala. Non enim est velle
 110 malum a mala voluntate primo, sed potius e contrario. Voluntas primo dicitur
 mala propter malum velle. Igitur primum subiectum mali non est voluntas, sed
 velle; sicut si ideo corpus album, quia superficies est alba, tunc primum subiectum
 albedinis non est corpus, sed superficies.

Quod concedo. Sed quia velle est in voluntate, ideo consequenter et peccatum
 115 in voluntate est. Quod ergo hic dicit Magister ‘praecipue esse in voluntate’
 non intelligendum ‘praecipue’ ita quod non in actu sit magis ‘praecipue’, sed
 ‘praecipue’ respectu aliarum animae potentiarum; vel ‘praecipue’ respectu oris,
 in quo est dictum, et manus, in qua est factum. Sed si est ita, merito quaeritur

89 extollit] extollat R; extulit V || quod] fecit et *add.* V 90–91 supraponit] su-
 prapositum BCP 95 saturatur] satiatur BCP 95–96 superbia¹] *om.* P 109 quia] eo
 quod P 118 qua] quo BRV || merito] *om.* C

92–93 *Prov.* 30,15 93–94 *Is.* 56,11 94–95 *Eccle.* 1,8 95 *Eccle.* 5,9 96 *Ps.* 73,23
 97 *Prov.* 30,15 100 *Ioan.* 1,3 104–105 *Dan.* 3,72 112–113 *Resp. Arist., Categ.* 5
 (2a 31–33)

quomodo tunc dictum et factum contra legem Dei sint peccata vel mala. Unum enim aliquid non denominatur ab accidente in alio, sed in se ipso. 120

2. Item, tunc sufficienter dictum esset supra in definitione: peccatum est concupitum contra legem Dei, et tunc superflue addidit Augustinus “dictum et factum.”

3. Item, si dictum et factum sunt mala et peccatum, quaeritur an idem peccatum cum concupito vel aliud.

4. Item, si primum subiectum peccati est velle, et accidens non maneat sine suo 125 per se subiecto, transeunte ipso velle transit et peccatum. Sed velle transit in multum post actum exterius completum. Ergo et peccatum. Quod falsum est. Manet enim usque ad contritionem.

5. Item, cum peccatum sit actus et habitus, quare definitur per actus diversos potius quam per habitus? Concupitum enim actum dicere videtur. 130

6. Item, quaeritur an actus et habitus sint idem peccatum vel duo.

[RESPONSIONES]

Solutio ad primum. Omnis essentia una unam habet per se actionem, ut sol lucere. Illa autem actio ex diversis effectibus diversas sortitur nominationes, ut actio solis quae est lucere quandoque dicitur ‘constringere’, ut in luto, quandoque 135 ‘liquefacere’, ut in glacie. Et tunc posset proprietas actus per se, scilicet eius quod est lucere, attribui aliis nominationibus eiusdem. Quippe in constringere vel liquefacere est lucere; immo quidquid actionis est in constringere et liquefacere non est nisi lucere vel calefacere. Similiter creaturae rationalis per se actio et essentialis est velle, et per loqui vel agere exterius, ut percutere, nihil actionis dicitur nisi velle. Et quod amplius dicitur: est diversus effectus, et ideo a malitia 140 vel bonitate ipsius velle denominari potest ‘dictum vel factum’.

Ad secundum dici potest quod suffecisset dixisse concupitum contra legem Dei. Sed addidit tamen ‘dictum vel factum’ ad expressionem. Quandoque enim est velle tantum, quandoque vero ipsum velle exserit se in verbo, quandoque in exteriori facto. Ut ergo exprimeret quod et velle, cum est solum vel cum etiam 145 exserit se in verbo vel in facto contra legem Dei, peccatum esset. Ideo addidit expresse ‘dictum vel factum’, in quo etiam expressit quod maius peccatum est, cum velle se exserit in verbo vel facto quam cum est solum. Sic ergo definitur peccatum sicut per se accidens per suum per se subiectum.

119 et] vel P 122 addidit] addit P 123 mala] malum C 131 item ... duo] om. CP RV; marg. B 132 solutio] om. V 136 lucere] quandoque add. O || in] om. CP 137 est¹ ... liquefacere²] om. (hom.) R || et] vel BCP 139 per] om. P 143 addidit] addit PR 145 vel] om. R 146 Dei] domini P || addidit] om. C; addit P 147 expresse] expressit C || maius] magis B

122 Resp. Aug., *Contra Faustum* 22.27 (CSEL 25, 621); coll. ex Petr. Lomb., 2 *Sent.* 35.1 (ed. Grottaferrata, 1:529) 142–143 Resp. Petr. Lomb., 2 *Sent.* 35.1 (ed. Grottaferrata, 1:529)

150 Ad tertium iam patet. Cum enim non multiplicetur accidens numeraliter nisi per multiplicationem per se subiecti, patet tunc solum esse multa peccata, cum sunt multa velle. Igitur si unicum velle exserat se in verbo et deinde in facto vel e contrario, patet quod est unicum peccatum et non tria. Et quotiens habet velle contra legem Dei, totiens peccat. Unde velle interpolatum facit multa peccata,
155 sicut multa velle. Et velle unum continuum facit unicum peccatum aequae grave forte, sicut illa multa.

Ad quartum dico sine praeiudicio maiorum quod velle non transit omnino, sed manet secundum aliquid quamdiu manet peccatum. Dum enim manet peccatum, manet velle habituale vel actuale, quia si omnino nollet, iam hoc esset
160 contritio pro peccato, et ita peccatum non maneret. Transeunte ergo actuali velle manet habituale velle. Nec sunt haec duo omnino diversa, scilicet velle actuale et habituale. Quod patet, quia 'cursor' et 'currere' idem accidens significant, ad quod denotandum hae duae dictiones similiter incipiunt. Identitas enim principii in dictione denotat identitatem significati, sicut diversitas terminationis diversita-
165 tem consignificati. Sed 'cursor' dicit habitum, 'currere' vero actum. Ergo actus et habitus sunt idem accidens. Cuius etiam signum est quod unico verbo utrumque significatur, ut 'amare' actu vel habitu; similiter 'legere'.

Item, ut vult Aristoteles in *Philosophia prima*: Non est aliud cum est actu et cum est potentia. Sed inter actum et potentiam est habitus tamquam medium,
170 et ideo actui magis idem quam potentia. Ergo multo fortius non est aliud cum est actu et cum est habitu. Habitus enim est partim in actu, partim in potentia. Quia ergo non est aliud accidens cum est actu et cum est habitu, ut velle actu et habitu, patet quod in aliquo conveniunt. Id ergo in quo convenit actio cum habitu dicamus 'actum', et tunc actus communis huic actioni velle et huic habitui velle
175 est subiectum peccati. Quod subiectum, licet non maneat sub hac ratione actio, manet tamen sub ratione habitus, et ita peccatum manet; sicut eadem actio solis est constrictio et dissolutio, et potest manere ut est constrictio, licet non maneat ut est dissolutio. Hinc est forte quod dicit Augustinus: Peccatum esse non concupiscere vel dicere vel facere, sed concupitum etc., ut dicat commune
180 habitui et actioni. Et ex hoc patet solutio quinti.

Et ex supra probatis patet solutio sexti.

Sed potest quaeri sic: in peccatis ita est quod actus praecedat habitum – actus dico exterior – cum e contrario sit in virtutibus. Igitur actuale malum velle praecedat habituale, et ab habitu illo deinde exeunt actualia velle alia. Igitur si actuale

152 sunt] sint O || exserat] exserit BV 155 unicum] unum V 161 nec] enim
add. O 164 terminationis] termini C 175 ratione] manet add. P 175–176 actio¹
actionis corr. ex actio B 176 manet tamen] marg. m. post. P || tamen] om. CORV

168–169 Resp. Arist., *Metaph.* 9.8 (1049b 8–10) 178–179 Resp. Aug., *Contra Faustum* 22.27 (CSEL 25, 621)

velle primum et habitus sequens sunt idem peccatum numero, ut dictum est, tunc 185
eadem ratione et actuale velle sequens habitum cum ipso habitu erit idem pecca-
tum numero. Sed quaecumque uni et eidem sunt eadem numero sibi invicem sunt
eadem. Igitur velle actuale praecedens et sequens sunt idem peccatum numero.
Et similiter de quolibet actuali velle, quod est contra praedicta.

Solutio. Dic quod cuilibet actuali velle respondet suum velle habituale. Alio- 190
quin primum velle, cum transit actu et manet habitu, et similiter secundum velle
iam habituale velle utriusque non esset nisi unicum; et tunc multiplicatio actuum
non esset multiplicatio peccatorum. Et actuale velle secundum non egreditur ab
habitu actualis velle primi, sed potius ab eodem a quo actuale velle primum.

Sed tunc quaeres: quid est ergo quod dicitur quod actus egrediuntur ab habi- 195
tibus?

Solutio. Aestimo quod est habitus dupliciter: ex frequenti enim agere causatur
habitus, id est habilitas quaedam agendi. A qua habilitate disponente voluntatem
exeunt actiones, sicut ex frequenti pugnare fit habitus quidam sive habilitas, ut
ars pugnandi, a qua deinde exeunt alii actus. Similiter in peccatis ex frequenti 200
luxuriari fit quaedam habilitas ad luxuriandum. Et a tali habitu egrediuntur actus.
Sed talis habitus non est, ut aestimo, culpa, sed poena actuum malorum ante
multiplicatorum, sicut pronitas ad peccandum poena est, non culpa. Est et habitus
alio modo parum distans ab actu, sicut supra dixi, et multiplicatur secundum
multiplicationem actuum. Et ut mihi videtur, non est nisi actio diminuta. Si quis 205
enim nunc actu vult fornicari, velle est intensum, quia tota voluntas hanc actionem
exserit. Hanc autem actionem transire et habitum manere aliud non aestimo esse
quam voluntatem aliis intentam, minus esse ad hoc velle quam prius, tamen ali-
quid. Et hoc est quod supra dictum est, scilicet quod talis habitus habet aliquid
de actu et aliquid de potentia. Et velle sic diminutum diximus actum, scilicet 210
quiddam commune actioni et habitui.

Sed ex hoc sequi videtur quod multiplicatio actuum exteriorum, ut fornicari
multiplicatum, non interveniente poenitentia, non faciat multiplicationem pecca-
torum. Quippe continue manet velle, quia vel actu vel habitu. Et talis habitus est
pars actus. Unum autem continuum non est multa. Igitur subiectum peccati est 215
unum continuum. Igitur peccatum non erit nisi unicum.

185 velle] *om.* V || peccatum] *om.* C 185–187 ut ... numero¹] *om.* (*hom.*) R
187 numero²] *om.* V 192 utriusque] *vertusque* B 195 quaeres] *quaeris* O 197 fre-
quenti] *frequenter* R 199 frequenti] *frequenter* R; *actione add.* O || habilitas] *corr. ex*
humilitas O 200 frequenti] *frequenter* R 201 habilitas] *corr. ex* *humilitas* OP 206
quia] *quod* B 207 exserit... actionem] *om.* (*hom.*) B 208 tamen] *et non* BO 208–209
aliquid¹] *esse ad hoc add.* O, *add. interlin.* C 209 scilicet] *om.* BCRV, *del.* O 211 ac-
tioni] *actui marg.* C 216 unum] *interlin.* O

187–188 Resp. Arist., *Top.* 7.1 (152a 31–32); cf. *Auctoritates Aristotelis*, n. 110 (ed. Hamesse, 330)

Solutio. Dico super hoc, tamen nihil asserendo, quod forsitan talis multiplicatio actus exterioris sine multiplicatione actus interioris quaelibet unitas illius actus multiplicati exterius est circumstantia aggravans peccatum, et sunt omnia
 220 unum peccatum grave. Et sic numerus est circumstantia aggravans peccatum, sicut diuturna mansio eiusdem velle est temporis circumstantia aggravans peccatum, et sic omnia sunt unum peccatum grave. Si autem interveniret poenitentia, iam essent duo peccata. Et ut dicit Augustinus: Et luxuriosi experti inter quoslibet duos actus luxuriae, scilicet concubitus, intercidit poenitentia aliqua.

225 2.6 SED EX VITIO, id est ex deformitate. QUOD VITIUM, scilicet deformitas.
 2.7 QUOD VITIUM LONGE ABEST etc. Pro hoc ponitur auctoritas. ITA ET ACTIO, scilicet exterior peccatum est. EX MALO, id est voluntate. AD MALUM TENDIT, id est fine debito caret.

2.10 QUOD HOMICIDIA ET ADULTERIA etc. Sed si verum est dicere de ipsis deformitatibus quod sunt, tunc in quantum sunt bona sunt et a Deo sunt; hoc
 230 solvetur infra, cap. 4 huius distinctionis: SED CUM NIHIL SIT.

2.11 QUIA PER NEGATIONEM DICUNTUR, VERE ALIQUA PONI: secundum veritatem 'non credere' potest esse negatio vel privatio. Cum est negatio pura, peccatum non est, ut cum dicitur 'lapis non credit vel asinus'. Sed tunc solum
 235 peccatum est, cum haec negatio est in debente habere fidem. Et tunc est privatio. Nec sequitur: homo non credit, negative, ergo homo peccat. Prima enim negativa est, et ideo ex ea non sequitur affirmativa. Et prima vera est nullo homine existente; conclusio tamen falsa est.

Sed numquid 'non credere' privatio est natura aliqua bona et aliquid ponit?
 240 Certe non. Sed debet malum distinguere. Est enim malum facere quod non debet, et in hoc est natura bona, quod est peccatum commissionis. Et est malum non facere quod debet, quod est peccatum omissionis, ubi nulla natura ponitur. Et tale est 'non credere'. Et cum non fit quod debet fieri, tum sic arguitur: malum non est nisi natura bona. Sed 'non credere' est malum. Ergo 'non credere' est
 245 natura bona.

Responde quod 'malum' in prima si tenetur substantive, tunc idem est quod malitia – et tunc prima falsa. Si adiective, vera. 'Malum' vero in assumptione: si tenetur adiective, falsa; si substantive, vera. Et ideo maior et minor non inferunt conclusionem secundum quod sunt verae.

223–224 ut ... aliqua] *marg. m. post.* C 224 intercidit] incidit P || poenitentia] vel poena *add. marg. m. post.* P 225 id ... ex²] *om.* P || ex²] *om.* C 227 est¹] et ut dicit Augustinus et luxuriosi experti inter quoslibet duos actus luxuriae, scilicet concubitus, includit? poenitentia aliqua *add.* C 228 caret] carent R 236 negative] negatione B 239 privatio] privato C 243 non¹] *om.* C 247 adiective] adiectiva B 248 substantive] tunc *add.* P

223–224 Locum non inveni 231 Cap. 4, n. 1 (ed. Grottaferrata, 1:535)

3.1 POTEST ETIAM QUAERI, cap. 3.

CORRUPTIO BONI est active. VEL PRIVATIO BONI passive, non active. ET A DEO ESSE, sic ergo videtur velle quod omnis poena a Deo. CUM NON SIT NISI BONUM PRAETERQUAM PECCATUM EST, id est excepto eo quod peccatum est. VEL PRIVATIO BONI EST, et tunc bonum esset bono contrarium.

3.2 SED IN QUANTUM PECCATUM EST; NON TAMEN etc. Vult ergo dicere quod peccatum est privatio et corruptio boni active. Et corruptio passiva est poena, non activa. Ex hoc argue quod poena est de genere passionis, non actionis. Et non est sensus doloris, sed potius dolor in sentiente. EX VERBIS AUGUSTINI PRAEMISSIS, dist. 34, cap. OSTENSA ibi: CUM VERO CORRUMPITUR.

4.1 SED CUM NIHIL SIT IN QUANTUM, cap. 4.

[UTRUM PECCATUM SIT ALIQUID AN NIHIL]

4.1 CUM NIHIL SIT IN QUANTUM PECCATUM EST.

[ARGUMENTA CONTRA]

1. Contra. Punitur pro peccato. Et peccatum nihil est. Ergo punitur pro nihilo.

2. Item, omnino nihil non suscipit magis et minus. Sed peccatum suscipit magis et minus. Ergo non est omnino nihil.

3. Item, peccatum nocet et adimit bonum et corrumpit active, ut dictum est supra, cap. proximo. Sed quod omnino nihil est non agit. Actio enim vel corruptio active non est nisi naturae. Igitur peccatum non est omnino nihil.

4. Item, supra dixit Augustinus hac eadem distinctione, cap. QUOD AUTEM VOLUNTAS, infra, quod “omne quod est, in quantum est, bonum est,” et ideo aliquid. Sed peccatum, scilicet ipsa deformitas, est. Ergo bonum et aliquid est. Et ita non est omnino nihil.

[RESPONSIONES]

Solutio. Ad primum dicendum quod peccatum essentialiter privatio est. Et ideo, sicut omnis privatio, est negatio determinata in subiecto aliquo. In hoc enim differt privatio a negatione quod privatio hoc habet plus quam negatio quod subiectum determinat, ut ‘iniustitia’ plus significat quam ‘non iustitia’. In hoc quod dicit ‘non iustitiam’ in subiecto tali quod debet habere ‘iustitiam’, sicut ‘simum’ plus dicit quam ‘curvum’ in hoc quod dicit curvitatem in naso. Unde sicut principaliter significatio simi est curvitas, nasus autem non cadit in eius significatione

256 et corruptio¹] *om.* P 273 est negatio] *del.* P 278 curvitas] hoc nomen *add.* O; *interlin.* P

259 Cap. 4, n. 2 (ed. Grottaferrata, 1:527) 266 Cap. 3 (1:534–35) 268–269 Aug., *De 83 quaestionibus*, q. 24 (CCL 44A, 29); coll. ex cap. 2, n. 5 (ed. Grottaferrata, 1:532) || Cap. 2, n. 5 (ed. Grottaferrata, 1:531–32)

principaliter, sed oblique. Similiter peccatum est negatio in subiecto quod est
 280 voluntas creata, et negatio est significatio cui imponitur principaliter hoc nomen
 ‘peccatum’, et subiectum, scilicet voluntas, non est de eius significatione nisi
 secundo.

Ut autem expressius dicamus, attende quod peccatum est non-conformitas vel-
 le ad voluntatem Creatoris. Sed haec negatio nimis est generalis. Est enim in
 285 brutis, quae non peccant. Et ideo, ut dicam, totam essentiam peccati oportet
 addere subiectum, quo coartetur generalis negatio. Dicatur ergo quod peccatum
 est non-conformitas velle cum Deo in debente habere conformitatem. Peccatum
 vero habet pro principali significato illam negationem. Nec cadit debitum vel
 tentio in eius significato nisi oblique et secundo. Sicut ergo negatio nihil est,
 290 sic peccatum nihil est, id est principale significatum huius dictionis ‘peccatum’.
 Sic ergo vera est assumptio, scilicet peccatum nihil est, quia peccatum stat ibi
 pro principali significato, sicut ‘homo’ cum dicitur ‘homo est species’. In prima
 vero, scilicet cum dicitur ‘punitur pro peccato’, hoc nomen ‘peccato’ non stat hic
 pro principali significato tantum, sed potius pro duobus, scilicet pro negatione
 cum tentione ad oppositum, quod est de ratione subiecti. Quippe cum dico ‘pro
 295 peccato’, li ‘pro’ notat causam poenae in suo casuali. Sed certe sola negatio
 non est causa sufficiens quare punitur, alioquin lapis, lignum, et alia haberent
 poenam illam, quia habent negationem illam. Sed sufficiens causa poenae est
 negatio talis in subiecto, quod tenetur ad oppositum illius negationis. Et sic patet
 300 quod medium non est idem, sicut si diceretur ‘negatio quae est in peccato nihil
 est’, sed punitur quis pro negatione illa et tentione ad oppositum; ergo punitur pro
 nihilo. Simile est hic: caecitas nihil est; sed iste punitur caecitate; ergo punitur
 nihilo.

Ad secundum dicunt aliqui quod peccatum est completa privatio gratuitorum,
 305 et aliqua naturalium. In quantum est privatio gratuitorum non suscipit magis et
 minus, sed est completa. Sed quia peccatum est aliqua privatio naturalium, id
 est deterioratio, quae potest esse maior et minor, suscipit magis et minus. Sed
 hoc nihil est: non enim quia amplius corrumpit naturalia, ideo est peccatum
 maius, sed potius e contrario: quia est peccatum maius, magis corrumpit. Igitur
 310 prius natura suscipit magis quam corrumpat magis. Ideo dicendum quod licet
 significatio principalis huius nominis ‘peccatum’ sit negatio, et nihil quod non
 suscipit magis et minus, tamen secundo in eius significatione cadit subiectum,
 cuius propria dispositio est tentio ad oppositum negationis illius. Et ideo talis
 tentio cadit oblique in significatione peccati; et ideo peccatum suscipit magis et

283–284 velle] creaturae add. O 285 totam] om. P 295 quod] quid B 299 quod]
 quae B 301 pro¹] om. C 302 punitur²] pro add. P, add. sed del. C 306 peccatum]
 om. P || naturalium] gratuitum BRV 309 maius¹] magis B 310 corrumpat]
 corrumpit P || ideo] propterea COPR 311 peccatum] peccati P 314 suscipit]
 significat P || magis] maius P

minus, quia tentio est maior et minor. Magis enim teneor ad id quod Deus magis vult et minus ad id quod minus vult. 315

Ad tertium fateor huiusmodi sermones: 'peccatum adimit gratuita', 'corrumpit naturalia', veri quidem sunt aliquo modo, sed proprii non sunt. Cum enim peccatum nihil sit, nihil agit. Sed hic est ordo: peccatum essentialiter est disconformitas voluntatis creaturae a voluntate Creatoris. Et talis disconformitas translative dicitur 'aversio a Deo', ac si voluntas faciem suam averteret a Deo, ad quam aversionem concomitatur tenebra, quae est privatio gratuitorum; et hoc forsitan duplici de causa: tum quia avertens faciem a luce privat eam luce quantum in se est; tum quia forsitan pro ingratitudine desinit Deus lux lucem influere in eum; sicut si aliquis clauderet fenestram, et sic in quantum in se esset privaret lucem in domo, et simul cum clausione sol subtraheret influentiam radiorum. 320 325

Et quia gratuita conservabant naturalia, ad talem tenebram, id est privationem gratuitorum, concomitatur corruptio naturalium, quod est nocere. Igitur proprie loquendo peccatum nec aufert gratuita nec corrumpit naturalia neque nocet, sed potius ad peccatum haec concomitantur. Usus tamen loquendi habet, ut dicatur aliquid facere ea quae se concomitantur. Sic enim dicimus 'ictus occidit', quia ictum concomitatur vulnus, et vulnus mortem, cum nec ictus agat nec vulnus. Similiter intellige quod dixit Magister quod peccatum est corruptio active, non quia agat vere, sed quia agere dicitur usualiter ea quae concomitantur ipsum. 330 335

Ad quartum aestimo quod haec 'peccatum est', licet affirmativa sit superficialiter, tamen negativa est secundum rem. Nec affirmatur hic aliquid de aliquo, sed potius negatur aliquid ab aliquo. Significat enim illa propositio quod conformitas cum voluntate Dei non est in eo in quo debet esse. Quippe cum esse bonum magnum sit, si esset in ipsa deformitate peccati, aliquid bonum in ipsa deformitate esset. Quod falsum est. Sicut appellet *a* Sortem non currere, *a* est verum; haec secundum rem est negativa, licet secundum sermonis superficiem sit affirmativa. 340

^{4.1} **LANGUESCIT** quantum ad singulorum membrorum debilitationem. **FRANGITUR** quantum ad compaginis membrorum dissolutionem, id est haec concomitantur abstinentiam. **EO TAMEN NATURA** etc., id est ad peccatum concomitatur corruptio. 345

^{4.2} **CULPA PROPRIE ANIMAE CORRUPTIO EST.**

Contra. Diximus hoc esse falsum, immo improprie, et secundum quemdam modum loquendi.

321 averteret] avertit C 323 faciem] suam *add.* O || privat ... luce²] *om.* (*hom.*) V
329 loquendo] loquendi P 331 se] *om.* B || concomitantur] concomitatur BOPR
334 agat] agit C 335 haec] hoc OP 339 bonum²] boni V 340 appellet] *om.* V; ap-
pellent B; appelleret C; *corr. ex* appellat P 343 debilitationem] debilitatem O 344 haec]
om. C

350 Solutio. Li 'propria' est adiectivum, non adverbium, id est corrumpit animam in qua est, non aliam.

4.2 ET SIC PER PECCATUM etc. Ecce non vult peccatum haec efficere, sed haec concomitari peccatum. INTELLECTUS quoad receptionem. MEMORIA quoad retentionem. ET INGENIUM quoad inventionem. OBTENEBRANTUR memoria et intellectus. VITIANTUR quoad ingenium. VEL OBTENEBRANTUR 355 in aspectu. VITIANTUR in affectu. ILLO BONO, scilicet Deo. ELONGAT peccando, non spatiis (*Ier.* 23: "Caelum et terram ego impleo"), sed affectibus.

5.1 AB EO AUTEM, cap. 5.

QUIA UBIQUE TOTUS, *Ier.* 23: "Caelum et terram ego impleo". ANIMA 360 MUNDA INTELLIGITUR, II *Cor.* 6: "Vos estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus: quoniam inhabitabo in illis et inambulabo". SIMILITUDO PATRIS, *Col.* 1: "Qui est imago Dei invisibilis". NIHIL AUTEM EST QUOD HOMINEM ADEO DEO DISSIMILEM etc., cuius signum est quod Filius summe Patri similis potuit habere poenam, factus passibilis, sed non culpam, ut fieret culpabilis. 365

Item, Deus est summum bonum. Et ideo quanto malum fuerit maius, tanto facit Deo dissimilius illud in quo est. Sed culpa est summum malum, scilicet culpa mortalis. Igitur facit Deo summe dissimile.

Item, visio Creatoris facit videntem viso similem; I *Ioan.* 3: "Cum autem apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est." Sed prae omnibus 370 culpa obcaecat oculum et visione Dei privat; *Ps.*: "Supercecidit ignis, et non viderunt solem"; *Sap.* 5: "Erravimus a via veritatis, (ecce culpa) et iustitiae lumen non luxit nobis, et sol intelligentiae non est ortus nobis." Unde dicunt: 'non est Deus'. Poena vero, ut collyrium oculum, non obcaecat, sed turbat, ut 375 postea clarius videat; *Is.* 28: "Vexatio dabit intellectum."

5.2 EST ENIM PRIVATIO etc., id est peccatum; haec concomitantur.

6 QUAERI AUTEM SOLET, cap. 6.

DIXIMUS ENIM SUPRA, cap. 3: POTEST ETIAM QUAERI. SECUNDUM EFFICIENTIAM active. VEL EFFECTUM passive. QUIA PECCATUM SE- 380 CUNDUM EFFICIENTIAM etc., quia licet improprie, tamen secundum usum loquendi dicitur 'efficere' ea quae concomitantur.


352 sic] tunc *add. interlin.* C, ed. 355 obtenebrantur] tenebrantur P 356 elongat] scilicet *add.* P 361 inhabitabo] inhabitaculo C 366 quanto] quantum P || maius] magis B 377 quaeri ... cap. 6] *om.* BCPRV

357 *Ier.* 23,24 359 *Ibid.* 360–361 II *Cor.* 6,16 362 *Col.* 1,15 369–370 I *Ioan.* 3,2 371–372 *Ps.* 57,9 372–373 *Sap.* 5,6 375 *Is.* 28,19 378 *Cap.* 3, n. 1 (ed. Grottaferrata, 1:534)

DISTINCTIO 36

1.1 SCIENDUM EST TAMEN ... Dist. 36.

In hac distinctione incidenter inquit de habitudine culpa ad poenam, cuius divisio sic depingitur.



1.1 IN EPISTOLA AD ROMANOS, cap. 1. PRIMUM ENIM PECCATUM APOSTASIAE, id est primum peccatum hominis post baptismum; *Eccli.* 10: “Initium 5
superbiae hominis, apostatare a Deo.”

1 tamen] quod *add.* O 3 sic depingitur] quaere in sequenti pagina V 5 id ... hominis] *om.* P

4 *Rom.* 1,21–32 5–6 *Eccli.* 10,14

^{1,2} GREGORIUS QUOQUE, cap. 2.

PONIT DEUS, id est permittit poni. Deus enim active neminem scandalizat. NONDUM SUNT COMPLETA PECCATA AMORRHAEORUM, *Gen.* 15, quasi dicat ‘adhuc permitto eos addere peccata peccatis’, ut sequentia peccata sint poenae praecedentium, quasi dicat nondum incurrerunt omnia peccata quae meruerunt incurrere per praecedentia. ALIUS PROPHETA, *Osee* 4. PAULUS QUOQUE AIT: PROPTEREA, *Rom.* 1. ET ITERUM, I *Thes.* 2. QUI IN SORDIBUS EST, *Apoc.* 22.

^{2,1} ET IDEO MERITO, cap. 3.

NEC TAMEN IPSE CRUCIATUS MALORUM IGNIS EST. Poena enim dicitur poenalitas ipsa; vel instrumentum poenae, ut crux; vel materia poenae, ut ignis. ^{2,4} SED IUDICIUM, SCILICET POENA, de quo iudicio super illud *Gen.* 34, “Egressa est Dina,” *Glossa*: “Dina interpretatur iudicium,” ut qui sponte negligens vagatur, a diabolo corrumpatur. QUIA UT AIT AUCTORITAS, scilicet *Glossa* super illud *Rom.* 1: “In passiones ignominiae.” TAMEN SUNT PASSIONES etc. “Sunt passiones naturae,” quia per eas corrumpitur natura – passiones dico “non nominandae,” id est carentes nomine dignitatis, ut ibidem dicit Ambrosius: “Ignominia enim dicitur quasi sine nomine dignitatis. Inde dicitur ‘ignominiosus’, qui desinit habere nomen dignitatis, dum in aliquo crimine deprehenditur.”

^{3,1} ET LICET EX HOC, cap. 4.

EX HOC SENSU, scilicet quia ad peccatum concomitatur corruptio naturalium.

^{3,2} COR PECCANTIS OBNUBILAT, *Prov.* 4: “Via impiorum tenebrosa: nesciunt ubi corruant.” DESERENDO PERCUSSIT, id est ipsum deserere fuit poena. SIVE ALIO MODO INEXPLICABILI, id est obcaecando vel bona naturalia peiorando. VEL INEXPLICABILI, propter multiplicitatem vel propter consilii divini imperscrutabilem profunditatem; *Eccle.* 7: “Alta profunditas, quis investigabit eam?” *Eccle.* 8: “Intellige quod omnium operum Dei nullam possit homo invenire rationem eorum, quae fiunt sub sole.” Quanto magis eorum quae supra solem?

9 *Gen.* 15] *om.* BCOR 11 poenae] poena BCO 13 iterum] item ed. 17 ipsa] peccati O 19 iudicium] haec enim est iudicium *add.* O, *add. marg.* B 21 illud] glossam P 24 inde] unde CR 28 scilicet] *om.* C || concomitatur] comitatur B 31 inexplicabili] explicabili B, ed. 34 eam] item *add.* O || Dei] *om.* V

9 *Gen.* 15,16 12 *Osee* 4,2 13 *Rom.* 1,26 || I *Thes.* 2,16 14 *Apoc.* 22,11 18–19 *Gen.* 34,1 19 *Glossa ordin.* in h.l. (ed. princeps, 1:84b) 19–20 Resp. Hugo de S. Caro, *Comm. in 2 Sent.* 36 (MS Vat. lat. 1098, f. 75th) 21 *Rom.* 1,26 22–26 *Glossa ordin.* in h.l. (ed. princeps, 4:277a); cf. Petr. Lomb., *Collect. in epist. ad Rom.* in h.l. (PL 191, 1333) 24 Potius Haimo, sec. Petr. Lomb. (ibid.) 29–30 *Prov.* 4,19 33–34 *Eccle.* 7,25 34–35 *Eccle.* 8,17

4.1 SECUNDUM PRAEMISSAM EXPOSITIONEM, hac eadem distinctione, cap. illo ET IDEO MERITO.

4.2 IN NULLO TAMEN, cap. 5.

ESSENTIALITER, UT ITA DICAM, hoc dicit, quia peccatum essentialiter non habet, cum nihil sit. ESSE POENAS ID etc., id est poenas essentialiter concomitari culpam. NEC TAMEN IN QUANTUM PECCATA SUNT, ergo non essentialiter est hoc illud. PRIVATIONES BONI, id est privationum causa. SED UT SUPRA DICTUM EST, dist. 3, 5 cap. ETIAM QUAERI.

5 QUOD AUTEM QUAEDAM, cap. 6.

Hic de poena duo quaerantur, scilicet an omnis poena sit a Deo, et an aliqua poena sit culpa.

[UTRUM OMNIS POENA SIT A DEO]

De primo videtur quod poena non sit a Deo sic: maius bonum est quo maius cogitari non potest quam quo maius cogitari potest. Sed Deus est summe bonum. Ergo Deo maius bonum cogitari non potest. Sed maius bonum est a quo nullum malum esse potest quam illud bonum a quo aliquod malum esse potest. Ergo Deus est tantum bonum, ut ab eo nullum malum esse possit. Sed poena est malum. Secundum Augustinum enim malum dividitur in malum quod agimus et malum quod patimur. Et hoc est in malum poenae et culpae. Igitur a Deo poena non est.

Item, super illud *Sap.* 1: “Deus mortem non fecit,” *Glossa* Rabani: “Deus est auctor bonorum, non malorum.” Et infra in eadem *Glossa*: “A Deo non est quidquid contra naturam est.” Sed tale est poena. Ergo a Deo non est.

[ARGUMENTA CONTRA]

Contra. Omne iustum est bonum. Et omne bonum a Deo. Ergo omne iustum a Deo. Sed omnis poena est iusta. Ergo omnis poena peccati a Deo. Quod omnis poena peccati iusta, Hieronymus: Quidquid supplicii super nos additur peccata nostra meruerunt.

Item, culpa a Deo non est. Sed ordo culpae a Deo est. Sed poena ordinat culpam, ne deturpet universum. Ergo poena a Deo est.

37 hac ... distinctione] *om.* BCPR 41–42 esse ... culpam] *om.* V || id² ... culpam] *om.* BCPR 46 sit] culpae BCORV; *corr.* ex culpae P 54 malum¹] *om.* V 58 quidquid] quod *add.* P || est²] *om.* C 59 est] *om.* R 60 omnis¹] peccati *add.* BC 63 est²] *om.* C

37–38 Cap. 3, n. 1 (ed. Grottaferrata, 1:537) 44 Dist. 3, cap. 6 (ed. Grottaferrata, 1:348) 53–54 Resp. Aug., *De lib. arb.* 1.1 (CCL 29, 211) 56 *Sap.* 1,13 56–57 *Glossa ordin.* in h.l. (ed. princeps, 2:724b) 57–58 Ibid. 61–62 Resp. Hier., *Comm. in Amos* 3.9 (CCL 76, 344)

- 65 Item, ut supra dixit Augustinus: “Omne quod est, in quantum est, bonum est.”
Sed poena est. Ergo in quantum est, bona est. Sed omne bonum a Deo. Ergo
omnis poena, in quantum est, a Deo est.

[UTRUM ALIQUA POENA SIT CULPA]

De secundo. Quod nulla poena sit culpa sic videtur. Nulla culpa est a Deo.
Sed omnis poena est a Deo. Ergo nulla poena est culpa.

- 70 Item, si idem esset culpa et poena, tunc non tantum simul tempore esset poena
et culpa, immo simul natura. Et tunc nimis pronus esset Deus ad condemnan-
dum vel puniendum. Nec tunc esset verum quod dicitur *Eccli.* 5: “Altissimus est
patiens redditor.”

- Item, poena ordinat culpae inordinationem. Augustinus *De natura summi*
75 *boni*: “Omnes peccatores in suppliciis ordinantur.” Sed idem non potest ordinare
et inordinare, decorare et deturpare. Ergo idem non est poena et culpa.

Item, idem respectu eiusdem non est actio et passio. Sed culpa est malum
quod agimus, poena malum quod patimur. Ergo idem non est culpa et poena.

[ARGUMENTA CONTRA]

1. Contra. Omnis bona actio est merces sui. Unde *Glossa* super illud *Ps.*: “Lau-
80 date Dominum, quoniam bonus psalmus,” *Glossa*: “In laude Dei ipse actus est
merces.” Ergo pari ratione omnis mala actio est poena sui.
2. Item, Augustinus in libro *Confessionum*: Adeo iustus es, Domine, “ut omnis
motus inordinatus sit poena.”
3. Item, super illud *Ps.*: “Infixae sunt gentes in interitu quem fecerunt,” *Glossa*:
85 “Poena est unicuique sua iniquitas.”
4. Item, super illud *Ps.*: “In operibus manuum suarum comprehensus est pec-
cator,” *Glossa*: “Non a Deo procedit quod ipsos peccatores cruciat, sed ab eis,
quoniam ipsa peccata sunt eis cruciatus.”
5. Item, super illud “Sagittas suas ardentibus effecit,” *Glossa*: “Ipsa peccata
90 vertuntur homini in poenam, ut quae fuerunt delectamenta homini facienti, sint
instrumenta Deo punienti.”

71 immo] et add. P 71–72 condemnandum] contemnandum V 79 bona] poena V ||
Glossa] om. V || Ps.] om. BCPRV 80 psalmus] deo nostro add. O 82 es] est BC
89 suas] tuas R 90 fuerunt] fuerint O

65 Aug., *De* 83 *quaestionibus*, q. 24 (CCL 44A, 29) 72–73 *Eccli.* 5,4 74–75 Aug.,
De natura boni, cap. 7 (CSEL 25, 858) 79–80 *Ps.* 146,1 80–81 *Glossa ordin.* in h.l.
(ed. princeps, 2:646b); cf. Petr. Lomb., *Collect. in Ps.* in h.l. (PL 191, 1273) 82–83 Aug.,
Conf. 1.12 (CCL 27, 11); coll. ex Alex. Hal., *Glossa in 2 Sent.* 36 (ed. Quaracchi, 2:353)
84 *Ps.* 9,16 84–85 *Glossa interlin.* in h.l. (ed. princeps, 2:466b); cf. Petr. Lomb., *Collect.*
in Ps. in h.l. (PL 191, 136) 86–87 *Ps.* 9,17 87–88 *Glossa interlin.* in h.l. (ed. princeps,
2:466b); cf. Petr. Lomb., *Collect. in Ps.* in h.l. (PL 191, 136) 89 *Ps.* 7,14 89–91 *Glossa*
ordin. in h.l. (ed. princeps, 2:464b); cf. Petr. Lomb., *Collect. in Ps.* in h.l. (PL 191, 118)

[SOLUTIO QUAESTIONIS PRIMAE]

Solutio ad primum. Sciendum quod est poena inflictā et poena contracta sive naturaliter concomitans culpam. De inflictā sciendum quod principaliter est a culpa derelinquentis, tamen secundario a Deo. Cum enim quis peccat, Deus poenam infligit; et poena illa sequitur ex duobus, scilicet ex Dei iustitia et derelinquentis culpa. Sed fuit iustitia quando non fuit talis poena. Sed quam cito fuit culpa, fuit poena. Ergo culpa est quo primo posito ponitur poena talis, et quo primo remoto removetur. Et ideo est per se causa poenae. Iustitia vero non per se, quia ipsa posita non ponitur talis poena.

De poena vero naturaliter concomitante culpam similiter dicendum quod principaliter est a culpa, sed secundario a Deo ordinante, verbi gratia existente peccato in anima statim est deterioratio naturalium. Quae deterioratio poena est contracta ex culpa. Hanc autem poenam esse sequitur ex duobus, scilicet ex ordine vel lege naturae a Deo instituta et culpae existentia. Quippe sic legem naturae instituit Deus, ut naturalia animae conservarentur per gratuita. Et ita per consequens ut ablatio gratuitorum esset causa deteriorationis naturalium ex isto ordine sive lege naturae ex peccato in anima, sequitur necessario poenam esse, scilicet naturalium deteriorationem. Unde tota causa huius poenae nec est culpa nec est lex naturae a Deo instituta, sed utrumque. Tamen principalior causa est culpa. Quippe ea primo posita ponitur poena talis, et ea primo remota removetur. Non autem posito illo ordine naturae ad gratuita ponitur culpa. Quippe a principio fuit, cum culpa non fuit. Et hoc forte est quod dicit Augustinus quod poena, in quantum ordinata est, a Deo est et bona. Quippe ordo deteriorationis naturalium ad carentiam gratuitorum non est nisi ordo integritatis naturalium ad praesentiam gratuitorum. Et ideo hic, sicut ille, a Deo est et bonus; nec est dividere in poena tali quid a Deo, quid a culpa, sicut nec est dividere in conclusione quid a maiore, quid a minore propositione. Et sic dicendum ad obiecta quod quodammodo est poena a Deo, quodammodo non.

[SOLUTIO QUAESTIONIS SECUNDAE]

De secundo quaesitis: aestimo quod culpa et poena propinqua sunt, sed numquam idem omnino. Quod sic patet: velle vel potius affectio est motus voluntatis non in aliud, sed in se, sicut intelligere rationis. Sed idem motus respectu agentis est actio, respectu patientis passio. Igitur in eodem affectu respectu voluntatis, ut est ab ea est actio, et in eam est passio. Sed ista affectio, ut est a voluntate et actio, sic est subiectum culpae et ‘culpa’ dicitur, in tantum enim est defectus

103 ex²] de C 109 utrumque] licet add. P 117 minore] sit add. O 122 actio] et add. R 123 eam] ut add. O || ista] illa PV

112–113 Resp. Aug., *De natura boni*: “Omnes peccantes in suppliciis ordinantur: quae ordinatio, quoniam eorum naturae non convenit, ideo poena est; et quoniam culpa est, ideo convenit iustitiae Dei,” cap. 7 (CSEL 25, 858)

- 125 voluntarius. Sed in quantum passio est, non est subiectum poenae, sed poena ipsa. Quippe poena non est ut in subiecto, nisi ut in eo quod punitur. Et hoc non est actus, sed sola voluntas. Igitur idem numero, sed tamen secundum rationem diversa, subiectum culpae et ‘culpa’ dicitur. Et est defectus voluntarius. Et poena est et est defectus involuntarius. Et ex hoc patet quod prius natura est culpa quam
130 poena. Quippe actio prius natura est quam passio. Quippe passio est effectus illatioque actionis. Igitur cum actio sit culpa et passio poena, prius natura est culpa quam poena. Et quia omnis actionis Deus est causa et per consequens passionis, tum quia passio effectus est actionis, tum quia idem motus numero sunt, patet quod poenae causa Deus est, licet non deformitatis.

[AD ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

- 135 Dico ergo ad primum obiectum in contrarium quod bona actio dicitur ‘merces sui’ propter vicinitatem mercedis ad ipsum; simul enim tempore sunt. Et similiter dicitur quod mala actio est poena sui. Et similiter intelligantur alia.

- Quod si disconformitas voluntatis ad voluntatem divinam non est tantum causa poenae, sed ipsa etiam est poena, hoc erit poena damni, non poena sensus.
140 Quippe ad minus culpa prior est natura quam poena sensus, quia poena sensus est carentia alicuius boni habendi in sentiente vel sensus talis carentiae. Prius autem natura est ipsa carentia quam ipsa in sentiente vel quam sensus eius. Et ita etiam si ipsa carentia esset culpa, patet quod culpa est prior natura quam poena sensus. Unde dici potest quod deformitas, quae culpa est et a Deo non est, eadem fit poena sentienti eam in se. Igitur non sola deformitas poena est, sed cum
145 sentitur. Poena enim est sensus laesionis. Ergo quia sensus ipsius deformitatis a Deo est, et poena. Et ita tamen idem poena et culpa. Sed ipsa deformitas in se culpa, et eadem cum iam sentitur poena.

- 5 QUAEDAM PECCATA POENA SINT, id est propinqua causa poenae. IM-
150 PROBANDA, id est non laudanda, sed vituperanda. ILLUD APOSTOLI: NON QUOD VOLO AGO, *Rom. 7*. ET ILLUD: CARO CONCUPISCIT, *Gal. 5*: UT NON EA QUAE VULTIS etc., scilicet faciatis quae non vultis. EX ILLA MORTIS etc., de qua *Gen. 2*: “Quocumque die comederis ex eo morte morieris.” SI NON EST ISTA POENA quod agit malum nolens. QUIA ITA EST, scilicet faciens malum nolens, NON EST BONUS, sed malus malitia saltem veniali. SIVE
155 NON VIDENDO, ecce ignorantiae poena. ET NON VALENDO, ecce poena impotentiae. POENAM ISTAM ignorantiae vel infirmitatis. VELUT IGNORANTI

126 quod] *corr. ex quid O* 129 et est] *ac O* 133 est] *illatioque add. marg. m. post. P*
142 natura] *om. V* 146 enim] *om. R* 148 eadem] *ea C* 150 illud Apostoli] *om. V*
151 ago] *om. P* 157 ignorantiae] *ignorantia P*

151 *Rom. 7,15* || *Gal. 5,17* 153 *Gen. 2,17*

DEO, unde redarguuntur dicentes contrarium *Psalm*o 93: “Dixerunt: Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob. Intelligite, insipientes in populo, et, stulti, aliquando sapite. Qui plantavit aurem non audiet?” AUT EXTORQUERE, ¹⁶⁰ *Iob* 10: “Cum sit nemo, qui de manu tua possit eruere.”

6.1 PRAETEREA NULLATENUS, cap. 7.

SCRUPULO, id est dubitatione. POENAS ESSE: si peccatum ‘actus’ dicitur, verum est quod hic dicitur. Quippe actus idem est subiectum culpae, ut est actio et sic culpa. Et est poena, ut est passio. Alioquin non video quomodo hoc sit ¹⁶⁵ verum quod hic dicitur. Dic ergo quod cum invidia sit dolor de alieno bono, iste dolor fit in anima ab eadem anima. Et ita idem est agens et patiens. Et actio et passio sunt idem motus numero, et actio ipsa peccatum est, ut aer tenebrosus tenebra. Et passio ipsa poena est.

6.2 OMNIS PERTURBATIO passive. OMNIS CUPIDITAS PERTURBATIO ac- ¹⁷⁰ tive, id est perturbat. OMNIS ERGO CUPIDITAS, non sequitur, nisi cupiditas dicatur actus ipse qui est actio, et sic subiectum culpae et culpa, et passio et sic poena. IPSA CUPIDITATE, id est actu ipso. PATIMUR, id est est causa poenae.

6.3 SUPRA POSITIS VERBIS AUGUSTINI, cap. 6.

QUOD AUTEM QUAEDAM ibi SUNT, INQUIT, NECESSITATE etc. QUOD, ¹⁷⁵ LICET SUPRA POSITUM SIT, dist. 28, cap. ultimo: ID ERGO DE GRATIA.

6.4 ET VENIALIA PECCATA INCLUSIT et praecipue primos motus.


6.5 QUAEDAM INTERSERUIMUS, scilicet de culpa et poena. ADDUNT QUO- ¹⁸⁰ QUE illi de illa opinione QUOSDAM actus. BONUM FINEM METIUNTUR, ut reficere pauperem pro amore Dei.


159 Dominus] *om.* P 166 hic] sic *add.* B || dic] dico B 168 ipsa] *corr. ex* idem B
178 et] de *add.* P

158–160 *Ps.* 93,7–9 161 *Iob* 10,7 175 Cap. 6 (ed. Grottaferrata, 1:540) 176 Dist. 28, cap. 4 (ed. Grottaferrata, 1:491)

DISTINCTIO 37

1.1 SUNT AUTEM ET ALII PLURIMI ... Dist. 37. Istius distinctionis divisio sic depingitur.





^{1.1} VOLUNTATEM MALAM, id est velle malum, ET ACTUM exteriorem.

^{1.2} QUIA A VERO ESSE etc., id est ab esse gratiae privando gratuita. ET AD
⁵ MALUM poenae TRAHIT vulnerando in naturalibus. SIC AD NON-ESSE DE-
 DUCIT, id est ad mortem aeternam. In inferno enim dici possunt ‘non-esse’,
 quia sunt constituti in ultimo vitae. Impossibile enim est forte vivens esse morti
 vicinius quam illi qui sunt in inferno. Cum ergo mors sit medium inter esse
 et non-esse, medium autem magis denominatur ab extremo, scilicet termino ad
¹⁰ quem quam a termino a quo. Quippe similiter et totus motus. Ideo *Ezech.* 28:
 “Nihil factus es et non eris in perpetuum”; *Iob* 18: “Habitent in tabernaculis socii
 eius, qui non est,” *Glossa*: “Idcirco iam non est, quia a summa essentia recessit.”
^{1.2} VERE AC PROPRIE EST, *Ex.* 3: “Ego sum qui sum.” MERITO NON ESSE
 DICUNTUR, quia per infinitam distantiam distant a vero ente. VOLUNTATEM,
¹⁵ id est velle. ATQUE ACTIONES exteriores.

^{1.3} ILLAQUE AUGUSTINI VERBA, QUIBUS DICIT ‘OMNE QUOD EST, IN
 QUANTUM EST’ etc., dist. 35, cap. QUOD AUTEM VOLUNTAS. QUEM NA-
 TURALITER HABENT, non voluntarie. QUAE CONCRETA SUNT EIS, sci-
 licet potentiae, virtutes, accidentia, quae, licet non dicantur ‘substantiae’, dici
²⁰ tamen possunt ‘naturae’. INTELLECTUM, ecce vis receptiva ab alio. INGE-
 NIUM, vis cuius est inventio. VOLUNTATEM, motiva.

^{1.4} INDE ENIM, id est de substantiis et naturis. ACTUS SUNT, NON RES,
 id est non substantiae vel naturae. IDEM IN QUARTA responsione. OMNE
 MALUM NATURA NON EST, *Dionysius*: “Non est natura mali, sed hoc est
²⁵ naturae malum, non posse quae sunt propriae naturae perficere.”

^{1.5} EX QUO, id est ex dictis, COLLIGITUR RES ALIQUAS: sume large ‘res’
 ad omnia. DE IPSIS REBUS QUIBUS etc., et ita actiones appellat ‘res’. IN

5 poenae] scilicet *add.* O 10 a¹] *om.* C || et totus] *om.* B 11 tabernaculis]
 tabernaculo BCP 12 recessit] patet quod peccatum bene dicitur ad non-esse perducere
 quod deducit ad mortem aeternam *add.* O 16 verba] in *add.* P 17 quem] quae C, ed.
 20 possunt] possit B

10–11 *Ezech.* 28,19 11–12 *Iob* 18,15 12 *Glossa ordin.* in h.l. (ed. princeps, 2:409a);
 cf. Greg. Magnus, *Moralia* 14.18 (CCL 143A, 711) 13 *Ex.* 3,14 17 Cap. 2, n. 5 (ed.
 Grottaferrata, 1:531) 24–25 Ps.-Dionysius, *De div. nom.*, cap. 4 (PL 122, 1143; *Dionysiaca*,
 1:289); coll. ex Alex. Hal., *Glossa in 2 Sent.* 37.1 (ed. Quaracchi, 2:360)

PLURIBUS LOCIS, *Gen.* 1: “Vidit Deus cuncta quae fecit, et erant valde bona.” *Sap.* 1: “Deus mortem non fecit,” *Glossa Rabani*: “Deus est auctor bonorum, non malorum.” *Deut.* 32: “Deus fidelis absque ulla iniquitate.” ID EST EORUM 30
QUAE PECCATA SUNT, hoc dicit propter illud *Is.* 45: “Ego Dominus, et non est alter; formans lucem et creans tenebras, faciens pacem et creans malum,” scilicet poenae, non culpae.

^{2.1} IN HOC AUTEM VERBO, Deus non est auctor malorum. SUPERIORUM VEL SUPERIORI SENTENTIAE, de qua supra dist. 35. NULLUS AUCTOR 35
EXSISTERE QUEAT, et ita illa expositio, quam tenentes primam opinionem ponunt, erit ridiculosa. ISTI, de hac secunda opinione. UBI DE NATURA SIVE SUBSTANTIA. Nota: substantia est omne quod est in genere substantiae; omne quod est a natura, non a voluntate; omne quod naturam bono non privat, sive sit a voluntate, ut actus meritorii, sive non. 40

^{2.2} UT PRAEMISSAE SENTENTIAE, id est opinioni primae. NAM QUOD NULLA SUBSTANTIA EST, NIHIL OMNINO EST, hoc est contra ultimam opinionem et pro prima.

Sed contra. Accidens omne nulla substantia est. Ergo accidens nihil est.

Solutio. Substantia hic dicitur communiter ad omnem substantiam et ad acci- 45
dens omne positurum. Hoc dico pro privationibus, de quorum numero sunt poenae et culpae. Substantia enim dici potest vel a ‘substando’ – sic ea quae sunt in praedicamento substantiae dicuntur ‘substantia’, quia substant his quae sunt in reliquis novem generibus, scilicet omnibus accidentibus – vel a ‘subsistendo’, et sic omne quod subsistit est substantia, scilicet et substantiae et accidentia. Nec 50
mireris ita large dici nomen ‘substantiae’, cum etiam largius sumatur a grammatico, qui dicit quod omne nomen significat substantiam cum qualitate. Et sic cum ‘peccatum’ sit nomen, significat substantiam.

^{2.2} ALIQUID ESSE, id est quod est aliquid. A SUBSTANTIA IN QUA etc.: substantia a ‘substando’, id est a ‘statu’. IN ILLO HYMNIO, *Dan.* 3. LAUDANT 55
ENIM OMNIA DEUM vel naturaliter vel vocaliter vel mentaliter. INTENDANT HIS VERBIS huius ultimae auctoritatis PRAEMISSARUM ASSERTORES etc., quippe ponit Augustinus pro causa quare peccatum non est a Deo hoc quod peccatum non est substantia, ut patet ibi supra: INIQUITAS PER IPSUM FACTA

36 illa] prima V 38–39 omne quod¹] om. B 39 bono] homo B 49 scilicet omnibus] om. P 52–53 cum¹ ... substantiam] rep. P 57 assertores] corr. ex assertiones P 58 est] om. P 59 supra] om. CR; in auctoritate proxima add. O

28 *Gen.* 1,31 29 *Sap.* 1,13 29–30 Rabanus, *Comm. in Sap.* in h.l. (PL 109, 677); cf. *Glossa ordin.* in h.l. (ed. princeps, 2:724b) 30 *Deut.* 32,4 31–32 *Is.* 45,6 35 Cap. 2 (ed. Grottaferrata, 1:531–34) 51–52 Resp. Priscianus, *Institutiones grammaticae* 2.5 (ed. Krehl, 1:70); cf. *Glossulae super Priscianum maiorem* 2.18 (Metz, Bibl. mus. MS 1224, f. 18^{va}) et *Notae Dunehienses* 5 (Durham, Cath. Lib. MS c.IV.29, f. 146^{ra}) 55 *Dan.* 3,52–90 58–59 Resp. Aug., *Enarr. in Ps.* 68.1 (CCL 39, 905sq.); coll. ex Petr. Lomb., 2 *Sent.* 37.2.2 (ed. Grottaferrata, 1:546)

- 60 NON EST etc. Et similiter in fine illius auctoritatis. Quod si substantia sumitur proprie, tunc est haec auctoritas contra primam opinionem et pro secunda. Quippe actus non sunt substantiae proprie sumendo substantiam. Igitur nec a Deo sunt. Si autem large sumatur substantia pro omni natura, sicut sumpsit Augustinus supra proxima auctoritate, in principio fere ibi: NAM QUOD NULLA
 65 SUBSTANTIA EST, tunc facit pro prima opinione et contra secundam. Sic enim peccatum omnino nihil est.
- 2.2 ET PERCIPERE POTERUNT RATIONEM etc. Patet enim ex auctoritate hac quod substantia dicitur et natura, non tantum quod est in praedicamento substantiae, sed universaliter omnia quae naturam bono non privant, sicut dictum
 70 est hoc eodem cap. supra ibi: IDEOQUE CUM DICITUR DEUS ESSE.
- 2.3 IUDICIUM, id est iudicare quae sit verior. Patet autem quod ex supra disputatis de libero arbitrio, quod omnis actio a Deo. Et ita prima opinio est verior et secunda falsa.
- 2.4 CUM AUTEM IN HOC OMNES, cap. 2.
- 75 NON EST MALUM poenae vel culpa. Et tunc: NON FECERIT, id est non facere permiserit. CREANS MALUM poenae.
- 2.5 EST NE, id est 'non'. DEUS MORTEM, *Sap.* 1. MORS ET VITA, *Eccli.* 11.

60 quod] quia P 69 bono non] *marg. m. post.* P 70 est] *om.* BCOR || ibi] *om.* P 71 quod] *om.* BCP; *marg.* O 75 malum] *Amos 3 add. interlin.* O 76 permiserit] promiserit BC || poenae] *Is. 45 add.* O

60 Ibid. 63–65 Supra, *ibid.* 70 Cap. 2, n. 1 (ed. Grottaferrata, 1:545) 71–72 Resp. dist. 24 77 *Sap.* 1,13 || *Eccli.* 11,14

DISTINCTIO 38

1.1 POST PRAEDICTA DE VOLUNTATE ... Dist. 38.

[UTRUM VOLUNTAS BONA VEL MALA ESSE COGNOSCITUR EX FINE]

1.1 SCIENDUM IGITUR EST QUOD EX FINE SUO, UT AIT AUGUSTINUS, VOLUNTAS COGNOSCITUR UTRUM RECTA etc.

[ARGUMENTA CONTRA]

1. Contra. Ex parte alia et alia voluntas habet quod sit bona et quod sit mala. Quippe quod sit bona habet a gratia infusa, ex quibus, scilicet voluntate et gratia 5 coniunctis, egreditur bonum velle. Quod vero sit mala habet a velle primo. Non enim quia mala, ideo primo male vult, sed potius econtra: quia primo male vult, mala est. Igitur malitiam ab eo quod posterius est ea habet voluntas, bonitatem vero ab eo quod est prius ea et melius. Igitur non a parte eadem habet voluntas bonitatem et malitiam. Male ergo hic a parte eadem, scilicet a fine, dicitur habere 10 bonitatem et malitiam.

2. Item, finis est ultimum in re, et ita est postremum. Quod autem posterius est non est causa alicuius in eo quod prius est. Igitur finis non est causa bonitatis nec malitiae in voluntate respectu cuius est finis.

3. Item, finis malus aut est prius natura in voluntate quam ab eo procedat velle 15 malum vel posterius. Si posterius, tunc non habet malitiam voluntas a fine primo, sed a velle malo prius. Si prius, igitur prius habet malitiam voluntas quam ab ea sit velle malum. Igitur falsum est quod diximus frequenter, scilicet quod velle malum est id quo voluntas est mala.

[SOLUTIO]

Solutio. Fateor verum est quod voluntas bona esse vel mala esse cognoscitur 20 ex fine. Quippe quocumque modo sit in esse, in cognitione tamen ita est ordo quod potentiae cognoscuntur ex actibus et actus per obiecta. Quia igitur actus voluntatis est velle et obiectum velle est ipsum volitum, patet quod voluntas cognoscitur ex volito. Sed cum multa sint volita, et unum eorum sit volitum propter alterum, ex quo volito cognoscitur voluntas? Certe ex ultimo volito, 25

6 primo] et ponitur *corr. ex* primo P 7 potius] *om.* P || econtra] e contrario V
10 habere] voluntas *add.* O 15 eo] ea V 16 voluntas] voluntatis C 17 si prius]
om. C 20 verum est] *om.* V

scilicet propter quod omnia alia sunt volita. Hoc enim est maxime volitum. Propter quod enim unumquodque, illud magis. Igitur verum est quod voluntas cognoscitur ex maxime et ultimo voluto. Sed ultimum volitum et maximum hoc est finis. Ergo a primo voluntas ex fine cognoscitur, sive bona sive mala.

[AD ARGUMENTA CONTRA]

30 Nec est contra hoc quod primo obiectum est, scilicet quod a parte altera est voluntas bona et ab altera est mala. Non enim est ordo essendi semper secundum ordinem cognoscendi vel e converso. Verumtamen quia consuevimus dicere quod ex fine est opus bonum vel malum, et non quod tantum cognoscitur, ideo attendendum quod et hoc habet veritatem. Hoc quippe est bonitas voluntatis tota
35 conformitas cum voluntate divina; et tota malitia disconformitas, ut alias dictum est. Ipsam ergo esse bonam est ipsam esse voluntati divinae conformem. Et hoc est summe amare et velle quod Deus summe amat vel vult, et minus quod Deus minus. Sed Deus summe amat Deum et omnia propter se ipsum. Ergo voluntatem esse bonam, hoc est ipsam velle vel amare Deum summe et alia omnia
40 propter Deum. Sed summe volitum vel amatum, hoc est finis, ut praedictum est. Ergo voluntatem esse bonam est eam ponere Deum finem omnium volitorum. Ergo omnis voluntas bona, eo ipso quod bona est, habet Deum finem. Finis ergo bonae voluntatis est Deus.

Sed nonne et ipse est principium bonae voluntatis, scilicet gratia ipsa vel
45 caritas secundum Magistrum, qua voluntas est bona? Igitur idem, scilicet Deus, est et principium et finis bonae voluntatis; *Apoc.* 1: "Ego sum alpha et omega." Igitur sicut verum est dicere voluntatem bonam bonitatem habere a parte ante, ita et a parte post. Et ita verum est voluntatem bonam esse a fine. Et ita hic quodammodo est idem ordo essendi et cognoscendi, quia ab eodem cognoscitur
50 esse bona et est bona.

Sed de mala voluntate aliter esse videtur. Non enim ab eodem est mala et cognoscitur esse mala. Quippe, ut dictum est, ab ultimo voluto tamquam a fine cognoscitur esse mala. Sed putas ab illo voluto ultimo habet malitiam voluntas? Certe non. Quippe voluntatem esse malam est eam esse non conformem divinae
55 voluntati; et hoc est non summe velle amare Deum quem Deus summe amat, sed summe amare creaturam aliquam quam Deus non summe amat. Igitur summe volitum vel amatum a voluntate mala, quod est finis et ultimum volitum, propter quod omnia alia sunt volita, est aliqua creatura. Et ita est aliquod bonum quod certe bonum non potest facere voluntatem malam. Unde patet quod a fine non
60 est voluntas mala, sed potius, ut frequenter dictum est, a primo velle malo.

28 maxime] maximo P || ultimo] ultime P 31 semper] om. V 33 quod²] quia B
42 finis] om. C 45 qua] quia P

35 Alias: resp. dist. 35, ll. 319–21, et dist. 42, ll. 29–31 45 Resp. Petr. Lomb., 1 *Sent.* 7
(ed. Grottaferrata, 1:141–52) 46 *Apoc.* 1,8

Quod verum esse fateor. Quod vero communiter dicimus voluntatem tam bonam quam malam esse a fine sic verificari potest. Ut dictum est, finis non est quodlibet volitum, sed ultimum volitum. Et hoc est maxime volitum propter quod alia sunt volita. Et hoc volitum est obiectum primi actus, scilicet primi velle. Primum enim velle est cui respondet ultimum volitum: verbi gratia sint *a, b, c* creaturae; et mala voluntas velit *a* propter *b* et *b* propter *c*. Et ita *c* sit finis et ultimum volitum. Patet quod primo voluit *c* et deinde *b* et tertio *a*. Igitur ultimum volitum est obiectum primi velle.

Sed a primo velle malo est voluntas mala. Igitur a velle ultimi voliti, id est finis, est voluntas mala. Et ideo dicitur mala a fine. Et sic in voluntate mala quodammodo idem est ordo essendi et cognoscendi. A fine enim, id est a velle, finis est mala. Et a fine cognoscitur esse mala.

Si ergo vis cognoscere utrum tua voluntas sit bona vel mala, considera volitum, utrum sit volitum propter se vel propter aliud. Si propter se, considera utrum ipsum sit Creator vel creatura. Si Creator, voluntas recta est, eo quod amet Deum propter se, et ita summe; et ita voluntati divinae conformis est. Si creatura, tunc amat creaturam summe; et ita est voluntas disconformis voluntati divinae, et sic mala. Si vero amat illud propter aliud, illud 'aliud' aut est Creator aut creatura. Si Creator, bona est voluntas ratione praedicta. Si creatura, tunc aut amat hanc propter se aut propter aliud, et sic semper. Ut si statur in creatura ultimo, sit voluntas mala; si in Creatore, sit bona.

Ad secundum iam patet solutio. In bona enim voluntate quod est finis et ultimum, hoc idem est primum, scilicet Deus. Et ita licet non possit in ratione qua est ultimum in prius, potest tamen in ratione qua est primum. De mala voluntate dicendum quod finis, id est velle finis; haec enim frequenter sumuntur pro eodem, scilicet volitum ultimum et velle volitum ultimum: hoc non est causa malitiae in voluntate, sed potius ipsa malitia voluntatis. Et ita postremum non est causa alicuius in priore, sed potius est aliquid in priore. Unde istum sermonem tamquam falsum non recipimus proprie sumptum. A fine malo est voluntas mala, sed potius a fine malo dicitur voluntas mala, quia dicitur 'mala' a sua malitia. Et non est mala a sua malitia, nisi cum dicitur: voluntas est mala a fine malo. Li *a* denotat causam formalem, quod non est secundum proprietatem.

Ad tertium iam responsum est quod cum dicitur voluntas mala a fine malo, finis non dicitur ultimum volitum, sed potius velle ultimi voliti. Et hoc est velle primum, et ita idem est velle primum et finis. Ex iam dictis patet quod bonitas bonae voluntatis est caritas Deus secundum Magistrum. Malitia vero malae vo-

63 quodlibet] quoddam P 65 velle²] *om.* C || respondet] respondit O 66 creaturae] creatura B 71 id est] et P 74 vel] an V 75 amet] amat V 78 illud aliud] *om.* P 82 iam] *om.* P 84 qua¹] quia B 86 volitum² ... non] ipsius ultimi voliti O 87 voluntate] ipsum enim volitum ultimum non est causa malitiae in voluntate *add.* O 92 denotat] denotet O

96 Petr. Lomb., 2 *Sent.* 38.1 (ed. Grottaferrata, 1:548)

luntatis est actio sua deformata. Et patet quod idem est vere finis et forma bonae voluntatis. In mala vero non idem omnino. Sed malum velle est malitia eius et forma, et creatura aliqua est finis.

[UTRUM CARITAS SIT FINIS OMNIUM BONARUM ACTIONUM]

100 1.2 CARITAS ERGO, CUIUS LATUM MANDATUM, FINIS OMNIS CONSUMMATIONIS EST: hic dicit finem omnis bonae actionis esse caritatem.

[ARGUMENTA CONTRA]

1. Quod videtur falsum. Dicit enim Augustinus: Quaerere quam bonus est iste est quaerere quantum amat iste. Igitur caritas est voluntatis bonitas. Sed voluntas prius natura est bona quam ab ea sit actio bona, scilicet velle bonum. Igitur prius
105 natura habet caritatem quam agat; sed finis est quod adipiscitur per actionem. Igitur cum caritas prius habeatur quam agatur aliquid boni, patet quod caritas non est finis, sed potius forma agentis. Alioquin simul haberetur et non haberetur.
2. Item, amare Deum est actio bona. Si ergo finis omnis bonae actionis est caritas, huius bonae actionis finis est caritas. Sed haec actio est a caritate constat.
110 Ergo non est finis eius.
3. Item, numquid omnis qui bene agit intendit per suam actionem acquirere amorem Dei? Non videtur. Quippe angeli et beatae animae in caelo bene agunt, nec tamen hoc intendunt. Quippe caritatem habent et quantam habituri sunt, ad minus angeli.

[SOLUTIO]

- 115 Solutio. Fateor forma, finis, et efficiens: hae tres causae coincidunt. Sed rarissime, ut aestimo, coincidunt in omnino eodem et secundum idem. Quippe cum ignis generat ignem, forma ignis generantis et forma est et efficiens. Et quia intendit ignis generare suam speciem in materia, ideo eadem forma est finis. Sed fateor: alia forma numero est, licet eadem specie, forma agens et forma intenta.
- 120 Similiter si aliquis facit aliquid propter semet ipsum, patet manifeste quod in ipso agente est aliud quod agit, scilicet forma qua agit, et aliud in ipso agente est id propter quod agit. Sed in solo Deo, ut aestimo, verissime coincidunt hae causae. Quippe cum Deus sit forma agens et propter se agat, constat non agit propter se alterum numero, idem specie; sicut ignis, ut diversum sit finis a forma agente
125 secundum numerum – quia impossibile est hoc, tunc enim simplex non esset.

97 est¹] affectio vel *add.* P 106 quam] qua B || aliquid boni] aliquod bonum P
109 est a] *om.* P 120 aliquis] quis B || semet] se BCP 121 aliud¹ ... est²] *om.*
(*hom.*) OP, *add. marg.* O || quod] *om.* V

Nec est in eo aliud quo agit et aliud sui propter quod agit, sed omnino idem, quia simplicissimus est. Et hoc est quod dicitur *Prov.* 16: “Universa propter semet ipsum operatus est Dominus.” Non dixit ‘propter se’ tantum nec ‘propter se ipsum’ tantum, sed ‘propter semet ipsum’, ut ostendatur omnino idem causa efficiens et finalis. Sed Deus caritas est. Igitur et verum est dicere caritatem esse et efficientem et finalem causam. Et ipsa est forma voluntatis secundum Magistrum et movens eam. Et ita efficiens et eadem, ut est Deus, est ultimum volitum et finis. Sicut ergo sol suo calore congelatum lutum liquefacit et deinde posterius liquefactum indurat, et utrumque est sol secundum idem sui, scilicet liquefaciens et indurans, prius tamen sub ratione liquefacientis, similiter caritas prius est in mente in ratione formae et agentis quam in ratione summi boni vel delectabilis secundum quod est finis. Id ipsum ergo et habetur et acquiritur secundum rationem diversam.

[RESPONSIONES]

Et sic patet ad primum responsio. Si enim dico ‘caritas voluntatis’ et ‘sum-
mum delectabile voluntatis’, idem dico, scilicet Deum. Noto tamen diversas
habitudines voluntatis ad ipsum, quarum habitudinum una est prior et alia poste-
rior.

Similiter responde ad secundum, verbo non mutato.

Ad tertium etiam patet eadem responsio sic: iam patet quod caritas in ratione caritatis finis esse potest bonae operationis in via, licet non in patria. Quippe aliquis, nesciens se habere caritatem, potest bona facere opera, ut habeat eam. Item, habens eam potest facere bona opera, ut magis habeat eam. Et sic talium operum finis est caritas in ratione caritatis. Sed patet quod haec non est in quolibet bene agente intentio, sed potius in multis habere Deum vel vitam aeternam, quod idem est, licet videatur Magister dicere contrarium, immo et cogere tum per sermonem Apostoli, tum Augustini. Sed mihi videtur quod non cogit sermo Apostoli dicentis: “Finis praecepti est caritas.” Quippe licet sit finis praecipientis, non tamen operantis. Propter hoc enim praecepit Deus illa, ut esset caritas; non tamen omnes implentes ea hoc faciunt, ut habeant caritatem. Vel finis praecepti, id est complementum; non enim complet praeceptum qui facit opera legis ex timore, non ex caritate. Et hoc est *Rom.* 13: “Qui diligit proximum legem implevit.” Similiter nec verba Augustini cogunt: quippe caritas, ut dictum est, finis est in intentione praecipientis, sed efficiens in mente implentis. Et hoc forte intendebat Augustinus cum dixit infra, illo eodem cap.: “Omnis itaque praecepti finis caritas

129 sed ... ipsum] *om.* C 137 acquiritur] sed *add.* P 148 bene] *corr.* ex bonum P
150 cogere] contrarium *add.* O 151 quod] *om.* BCRV 153 hoc] *om.* B

127–128 *Prov.* 16,4 152 *I Tim.* 1,5 156 *Rom.* 13,8 159–160 Aug., *Enchiridion*,
cap. 121 (CCL 46, 113sq); coll. ex cap. 1, n. 2 (ed. Grottaferrata, 1:548)

160 est.” Ecce quod respectu praecipientis est finis et subdit: “Ad caritatem refertur omne praeceptum,” id est cum praeceptum impletur, a caritate egreditur. Quod enim refertur ad aliquid praecedens et non ad finem refertur.

1.2 SICUT SUPRADIXIMUS, lib. 1, dist. 17.

2 QUI ERGO CARITATEM, cap. 2.

165 DICIT APOSTOLUS, *Rom.* 10: UNDE ET CHRISTUM FINEM LEGIS etc., quasi innuendo videtur niti Magister, ut videtur, quod caritas Deus est sic. Supradictum est: “Finis praecepti omnis (et ita legis) est caritas,” *I Tim.* 1. Sed *Rom.* 10: “Finis legis Christus,” qui utique Deus est. Ergo caritas est Deus. Quod si hoc argumentum non intendit Magister, solvendum tamen est. Si enim
170 caritas est Deus, aut est essentia divina aut, si est persona aliqua, est Spiritus Sanctus, non Filius, sicut in primo libro ostendit Magister.

Responde ergo ad rationem sic: sicut dicit Augustinus super *I Tim.* 1: “Finis praecepti est caritas,” finis multipliciter dicitur; *Glossa*: “Finis dicitur terminus, finis dicitur consumptio; finis dicitur consummatio. Aliter enim dicitur finitur panis, aliter finitur tunica, aliter finitur ager hic vel ibi.” Finitur panis manducando;
175 finitur tunica texendo. Sed finitur panis, ut consumatur; tunica, ut consummetur. Panis finitur, ut non sit; tunica, ut perfecta sit.

Dic ergo quod Christus est finis legis, sicut finis dicitur ‘terminus’ vel ‘consumptio’, quia in Christi adventu finita est lex, quantum dico ad legalia. Sed
180 finis legis est caritas, scilicet consummatio. Vel secundum Augustinum infra, isto eodem cap. parum infra, ibi: FINIS FIDELIUM. Christus est finis legis quem intendunt fideles; totam enim legem implent fideles, ut Christum habeant: et hoc in quantum Deus et in quantum summe delectabile. Et ita cum dicitur ‘Christus finis legis’ et ‘caritas finis legis’, idem utroque dicitur, scilicet sum-
185 mum delectabile esse finem legis. Nec ex hoc sequitur Christum esse caritatem, quia ratio diversa est.

2 LEX IUSTITIAE NON CONSUMITUR, quamvis lex legalium. ADIMPLE-
TUR ENIM OMNIS PERFECTIO etc., *Matt.* 5: “Nolite putare quoniam veni sol-
vere legem aut prophetas: non veni solvere, sed adimplere”; *Sap.* 7: “Venerunt
190 mihi omnia bona pariter cum illa.” NON HABET QUOD POSSIT AMPLIUS

165 finem] finis V 166 ut] etiam add. P 175 aliter²] dicitur add. P 176 consum-
metur] consummatur B 179 dico] om. P 182 quem] quomodo P 183 summe]
summum P 184 utroque] utrobique P

160–161 Ibid. 165 *Rom.* 10,4 167 *I Tim.* 1,5 168 *Rom.* 10,4 171 Petr. Lomb.,
1 *Sent.* 17 (ed. Grottaferrata, 1:141–52) 172–177 Resp. Aug., *Enarr. in Ps.* 56.1 (CCL 39,
695) 172–173 *I Tim.* 1,5 173–175 *Glossa interlin.* in h.l. (ed. princeps, 4:404b) 180–181
Resp. Aug., *Enarr. in Ps.* 56.1 (CCL 39, 695) 188–189 *Matt.* 5,17 189–190 *Sap.* 7,11

etc., *Rom.* 11: “In Christo sunt omnia”; *Col.* 1: “Omnia in Christo constant.” IN QUO DEBEAT PERMANERE, quia *Prov.* 8: “Omne delectabile non potest ei comparari.” SED UNUS FINIS, quia finis est ultimum volitum. Volitum autem non est nisi bonum, quia bonum est per se obiectum voluntatis, sicut verum rationis. Igitur finis non est nisi bonum. Sed tres personae divinae non sunt tria bona, sed unum bonum. Ergo nec tres fines, sed unus finis. 195

3.1 SED QUAERITUR UTRUM OMNES BONAE, cap. 3.

ET OMNES SIBIMET RELIGATAE, id est quaelibet ordinata ad aliam, ac si essent ligatae. IMPLICATIO, id est connexio, VINCULUM EST, *Prov.* 5: “Funnibus peccatorum suorum quisque constringitur.” Et *Ps.*: “Funes peccatorum circumplexi sunt me” etc. *Is.* 5: “Quasi vinculum plaustri peccatum.” *Is.* 58: “Dissolve colligationes impietatis.” TENEBRAS EXTERIORES, *Matt.* 8: “Filii regni eicientur in tenebras exteriores.” AC DIVERSOS FINES proximos. EUNDEMQUE ultimum. QUI EST FINIS FINIUM, scilicet beate vivere. 200

Sed hic quaeritur an omnium tam bonorum quam malorum sit finis unus et idem. 205

Item, si non, an omnium malorum sit finis idem, sicut est omnium bonorum.

Item, si non, an saltem omnium actuum unius mali sit idem finis, sicut est omnium actuum unius boni.

[UTRUM OMNIUM TAM BONORUM QUAM MALORUM SIT FINIS UNUS ET IDEM]

De prima quaestione videtur quod sic. Quippe omnibus tam bonis quam malis insitit est naturaliter appetitus beatitudinis. Nec periit iste appetitus naturalis in malis. Unde Augustinus in *Enchiridion*, cap. 34: “Natura in malis suis non potuit amittere beatitudinis appetitum.” Igitur in omnibus tam bonis quam malis est appetitus beatitudinis. Sed beatitudo est unica, quia dicit Augustinus *De libero arbitrio* lib. 1 “Beatus est qui fruitur summo bono.” Igitur sicut summum bonum est unicum, sic et beatitudo. Igitur unius, scilicet beatitudinis, appetitus inest omnibus. Igitur eadem beatitudo est volita tam a bonis quam a malis. Sed cum sit summe volita, quia non propter aliud a bonis, nonne similiter et a malis? Utique. Propter quid enim aliud possent velle beatitudinem? Igitur est ultimum volitum in omnibus. Sed ultimum volitum est finis. Ergo idem est finis omnium, scilicet summum bonum. 210 215 220

198 ordinata] ordinatae P 205 bonorum] malorum BCP || malorum] bonorum BCP
216 bonum] om. C

191 *Rom.* 11,36 || *Col.* 1,17 192–193 *Prov.* 8,11 199–200 *Prov.* 5,22 200–201 *Ps.* 118,61 201 *Is.* 5,18 201–202 *Is.* 58,6 202–203 *Matt.* 8,12 212–213 *Aug., Enchiridion*, cap. 8.25 (CCL 46, 63) 214–215 *Aug., De lib. arb.* 2.13 (CCL 29, 262)

Sed contra. Actiones vel voluntates bonae sunt quorum finis est bonus, ut supradictum est. Et communiter dicitur: cuius finis bonus, ipsum quoque bonum. Si ergo finis actionum et voluntatum finis esset bonus, scilicet idem qui bonorum,
 225 sequeretur quod omnes actiones et voluntates essent bonae. Quod falsum est.

[UTRUM OMNIUM MALORUM SIT IDEM FINIS]

De secunda quaestione videtur quod sic eadem ratione, scilicet prima.

Sed contra. In quibusdam malorum dominatur superbia, in quibusdam avaritia, et in quibusdam carnis concupiscentia. Sed finis actuum egredientium ab habitu superbiae est dominari, ab habitu avaritiae ditari, ab habitu carnalis concupiscentiae delectari. Igitur omnium malorum non est idem finis, sed diversus.
 230

[UTRUM SALTEM OMNIUM ACTUUM
 UNIUS MALI SIT IDEM FINIS]

De tertia similiter videtur quod omnium actuum eiusdem mali non sit finis idem. Quippe in aliquo uno malo sunt vitia diversa. Et ita per consequens finis actuum egredientium ab illis vitiis non est idem, sed diversus.

[RESPONSIONES]

Solutio. Aestimo quod non est idem finis intentus a bonis et a malis. Licet
 235 enim omnes intendunt beatitudinem, non tamen omnes idem. Isti enim, scilicet boni, veram beatitudinem finaliter appetunt; mali vero id quod aestimant beatitudinem. Et licet vera beatitudo sit eadem, non tamen aestimata beatitudo est unica et eadem.

Vel potest dici quod duplex est in rationalibus appetitus, scilicet naturalis et
 240 voluntarius. Et isti duo conveniunt in bonis in unum appetibile, quod est vera beatitudo. In malis vero discordant. Quippe quia natura in eis omnino non perit, est in eis appetitus naturalis verae beatitudinis et summi boni. Sed quia appetitus voluntatis praedominatur appetitui naturae, et in eis appetitus voluntatis est aestimatae beatitudinis, ideo non est idem finis bonorum et malorum.

245 Ex hoc eodem patet responsio ad secundum. Quippe cum aestimata beatitudo vel aestimatum summum bonum non sit idem in omnibus malis, sicut patuit opponendo, patet quod nec finis in omnibus malis est idem.

Similiter responde ad tertium. In eo enim in quo plura dominantur vitia sunt fines diversi. In eo vero in quo unicum possibile est finem esse unicum.

222 quorum] quarum O 224 voluntatum] malarum add. O 227 dominatur] domine-
 tur P 229 carnalis] carnis V 234 a malis] om. B 242 quia] om. BR 246 aesti-
 matum] aestimat B

3.1 DE QUO PAULO ANTE. In principio huius distinctionis, cap. 1 ibi: FINIS 250
AUTEM BONAE VOLUNTATIS BEATITUDO etc. ITA E CONVERSO FOR-
TE EST ET IN MALIS, scilicet quod non ponunt unum finem, ut boni, quia non
est unus finis ultimus, quem intendunt omnes mali, sicut unus quem intendunt
omnes boni. Unde cum in bonis sint diversae voluntates, finis tamen est unus; in
malis vero frequenter est eadem voluntas, sed fines diversi. 255

De unitate quippe eorum in voluntate dicitur in *Ps.*: “Convenerunt in unum
adversus Deum et adversus Christum eius.” De finibus diversis et unitate in vo-
luntate significatum est in libro *Iudicum* de vulpibus habentibus caudas colligatas,
sed capita divisa.

Sed dicit forte quod bene contingit quod unum finem habeant, non tamen unum 260
numero, quia unus finaliter intendit utilitatem sibi propriam et suum particulare
bonum, et alius similiter. Sic est si loquitur hic de pluribus bonis habentibus di-
versas voluntates et unum finem ultimum, et de pluribus malis habentibus unam
voluntatem et diversos fines ultimos. Si vero loquitur de uno bono habente di-
versos fines proximos diversarum actionum, unum tamen ultimum, tunc in malis 265
intellige esse e contrario, quia unus malus frequenter plurium actionum non ponit
unum finem ultimum, sed plures. Unde Augustinus libro *Confessionum*: “Abs te
uno aversus in multa evanui.”

3.2 NON DEBEMUS IDEO EVANGELIZARE etc., I *Cor.* 9 *Glossa*: “Bos, id est
praedicator, in spe necessariorum potest arare, non pro spe.” Et haec specialiter 270
sunt contra eos qui beneficia ecclesiastica recipiunt vel magis pro temporalibus
quam pro animabus curandis vel in aliquo pro temporalibus habendis; *Eccli.* 2:
“Vae ... peccatori ingredienti terram duabus viis!” id est partim amore tempora-
lium, partim animarum amore. Ergo multo fortius omnino amore terrenorum.

3.2 AUT NE DUOS FINES, *Eccli.* 11: “Fili, ne in multis,” scilicet finibus cui 275
sint actus. VEL CUM REGNO DEI etc., ita quod li ‘cum’ dicat paritatem vel
aequalitatem. CUM SUPRA DIXERIT, cap. SED QUAERITUR. PROPRIOS
HABERE FINES, Augustinus habet ‘proximos’.

3.3 SIMPLICI OCULO, *Matt.* 6: “Si oculus tuus fuerit simplex” etc. QUI ENIM 280
Augustinus DIXIT supra, proxima auctoritate. OMNIA PROPTER REGNUM,
Matt. 6: “Primum quaerite regnum Dei.” UT EVANGELIZEMUS, I *Cor.* 9:

252 quod] quam BC 273 ingredienti] egredienti P 276 Dei] diei P || ita ... li]
om. P || paritatem] parietem C 277 dixerit] dixit P

250–251 Cap. 1, n. 1 (ed. Grottaferrata, 1:547) 256–257 *Ps.* 2,2 258–259 *Resp. Iu-*
dic. 15,4 267–268 *Aug., Conf.* 2.1 (CCL 27, 18) 269 I *Cor.* 9,9–10 269–270 Proxime
coll. ex Alex. Hal., *Glossa in 2 Sent.* 38.5 (ed. Quaracchi, 2:372); cf. Petr. Lomb., *Collect. in*
I Cor. in h.l. (PL 191, 1609) 272–273 *Eccli.* 2,14 275 *Eccli.* 11,10 277 Cap. 3, n. 1
(ed. Grottaferrata, 1:548–49) 278 *Resp. Aug., De serm. Domini in monte* 2.17 (CCL 35,
148) 279 *Matt.* 6,22 281 *Matt.* 6,33 281–282 I *Cor.* 9,10

“Debet in spe qui arat arare, et qui triturat in spe fructus percipiendi,” non propter spem. ET ISTA temporalia propter illud regnum appetamus.

3.4 SCIT QUID FACIAT DEXTERA, *Matt.* 6, id est non miscetur dexteræ tamquam aequæ principale. LAEVA, sinistra, scilicet temporalia. SUB CAPIT, scilicet non principale volitum. ET DEXTERA, id est vita aeterna, IN AMPLEXU, principale volitum, ALIOQUIN SI HAEC TEMPORALIA QUAERIMUS etc. Et tales habent dexteram et sinistram. Qui vero tantum temporalia quaerunt, tantum habent sinistram. Qui vero tantum vitam aeternam, tantum habent dexteram. Et talis est Aod ambidexter, *Iudic.* 3: “Qui utraque manu pro dextera utebatur.” ATTENDITE etc., *Matt.* 6; UT VIDEAMINI, super illud *Gal.* 1: “Si hominibus placerem,” *Glossa* Augustini: “Conversatio recta coram proximo.” SIC LUCEANT, *Matt.* 5. PROPTER DEUM ERGO OMNIA FACIENDA SUNT. Si enim multa et infinita fecit Deus et bona omnia et omnia propter nos, 285 quam ingrati erimus, si pauca quæ agimus non omnia propter eum facimus?

Item, si nihil quo agere vel minimum possumus, id est nihil activum, est in nobis quod non sit suum: et hoc iure multiplici, quia tum iure creationis ex nihilo, tum iure redemptionis, quo agemus nisi suo? Quid igitur agemus nisi propter ipsum?

300 Item, si in omni actione nostra ipse coagit – *Ioan.* 15: “Sine me nihil potestis facere” – et est tamquam principalis agens. Unde *Is.* 26: “Omnia opera nostra operatus es in nobis, Domine.” Quomodo non propter ipsum omnia agemus? Ideo monet Apostolus, *I Cor.* 10: “Sive ergo manducatis sive bibitis, sive aliquid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite.”

4.2 VEL ILLUD QUOD VOLUMUS, finis propinquus scilicet. INTENTIO VERO INTERDUM PRO VOLUNTATE. Nota quod intentio proprie non est voluntas, sed actio voluntatis, scilicet velle non absolute, sed velle directum in ultimum volitum, scilicet in finem ultimum, tamen quandoque non significat ipsam actionem, scilicet velle, sed volitum. Improprie tamen. Sicut ‘visio’ proprie actionem visus significat, aliquando tamen ponitur pro viso, ut *Is.* 1: “Visio Isaiae,” id est visum ab Isaia.

283 illud] aliud O || appetamus] nec add. O 284 *Matt.* 6] om. C 289 habent¹] dicunt O 290 Aod] ab hoc B; corr. ex ab hoc P 292–293 proximo] conscientia bona coram Deo add. O 294 et omnia] om. R 295 agimus] egimus O || facimus] faciamus V 296 quo agere] coagere OP; corr. ex quo agere P || minimum] minimus B || activum] actuum OP 297 hoc iure] hoc videtur P || quia] om. V 301 *Is.* 26] *Is.* 6 302–303 ideo] immo V 303 aliquid] quid P 307 voluntatis] om. P 309 sicut] sit B || visio] visum C; visus V 310 significat] proprie add. P

284 *Matt.* 6,3 290–291 *Iudic.* 3,15 291 *Matt.* 6,1 291–292 *Gal.* 1,10 292–293 *Glossa interlin.* in h.l. (ed. princeps, 4:356a) 293 *Matt.* 5,16 300–301 *Ioan.* 15,5 301–302 *Is.* 26,12 303–304 *I Cor.* 10,31 310–311 *Is.* 1,1

4.3 AD QUEM finem. ET RENES etc. Ibi enim est sedes delectationis per tac-
tum, quae maxime iudicatur. SI RECTUS AMOR EST, DICITUR CARITAS.
Dictum est supra secundum opinionem Magistri quod Deus in quantum est unitus
voluntati dicitur ‘caritas’. Hic econtra videtur dicere Augustinus quod voluntas 315
cui unitur Deus dicitur ‘caritas’.

Sed non est contra, quia Deus uniens se voluntati, qui sic proprie dicitur
‘caritas’ secundum Magistrum, voluntatem deiformem facit, ut ei communicet
in nomine, sicut dicitur ‘tenebra’ et privatio in aere et aer cui inest privatio, ut
Dan. 3: “Benedicite, lux et tenebrae, Domino.” Et similiter dicitur ‘lumen’ et 320
‘lux’, ut est in aere et aer cui inest lux.

4.4 ILLUD QUOD VOLUMUS, finis propinquus, ET ILLUD PROPTER QUOD,
finis ultimus. Sic ergo secundum Magistrum finis dicitur communiter vel finis
propinquus vel ultimus. Sed intentio est finis ultimus. PROPTER QUOD, id
est finem ultimum. AD ILLUD QUOD VOLUMUS, sive sit propinquum sive 325
ultimum. CUIUS FINIS propinquus. PERVENIRE VOLO, id est velle ultimi
voliti. ET ALIUS FINIS, scilicet refectio esurientis.

[UTRUM VOLUNTAS FINIS ET EORUM
QUAE SUNT AD FINEM SIT EADEM]

4.5 ET SI VOLUNTAS EST, AN IN HOC OPERE EST. Hic quaeritur a Magistro
utrum voluntas finis et eorum quae sunt ad finem sit eadem voluntas, id est idem
velle numero quo voluntas vult finem et quo vult ea quae sunt ad finem. Et est 330
opinio utrobique, ut patet in littera.

Videtur tamen mihi quod idem est velle numero quo voluntas vult finem et
ea quae sunt ad finem, et hoc multiplici ratione. Prima: finis est enim volitum
per se; et quae sunt ad finem, ex quo non sunt volita nisi propter finem, sunt
volita per accidens. Omne autem per accidens reducitur ad per se sic ut sit idem 335
numero, ut movetur navis per se et clavus in navi per accidens. Sed non est alius
motus numero quo movetur clavus et quo navis. Similiter video corpus, quia
superficiem, et hanc, quia colorem. Nec est triplex visio numeraliter, sed eadem
numero qua videtur corpus et superficies et albedo. Eadem ratione velle eorum
quae sunt ad finem et finis est idem velle numero. 340

Item, aliquid in se odibile est de numero eorum quae sunt ad finem, ut ustio
et sectio ad sanitatem. Hic igitur patet quod cum ipsa ustio sit voluntaria, tamen
non est volita alio velle quam ipsa sanitas; alioquin enim nisi propter sanitatem

313 quae] qui O || amor est] *om.* ed. 332 et] quo vult *add.* R 333 ea] *om.* BCV
335 ad] aliud P 341 aliquid] aliud B || de numero] in B 342 et] vel P 342–344
hic ... esset] *om.* (*hom.*) BCRV

315–316 Resp. Aug., *Enarr. in Ps.* 9.16 (CCL 38, 66) 320 *Dan.* 3,72

esset omnino volita eadem ratione et alibi. Qua ratione enim est ita alicubi et
 345 ubique.

Item, sit finis itineris ecclesia, qui est finis euntium ad ecclesiam. Si cuiuslibet
 eorum quae sunt ad finem est aliud velle et aliud numero, cum in illo motu sint
 infinita mota esse, sicut in quolibet fieri infinita facta esse, erunt velle infinita
 implenda antequam adipiscatur finis ultimus, scilicet ecclesia, et ita numquam
 350 pervenietur ad finem.

Tamen hoc attendendum quod aliquando aliqua eorum quae sunt ad finem
 sunt volita propter finem, et insuper propter aliquam bonitatem quam habent in
 se etiam sine illo fine alio. Et tunc idem est velle finis et talis quod est ad finem
 in quantum est volitum propter finem. Nihil tamen prohibet idem esse volitum
 355 alio velle propter bonitatem propriam. Et tunc quodammodo verum est dicere
 quod aliud est velle finis et eius quod est ad finem.

Item, velle malum est peccatum, et quotiens est velle malum, totiens est pec-
 catum. Igitur cum quis vadit ad furandum, si singulorum volitorum propter finem
 ultimum est velle diversum, cum sint infinita volita propter finem ultimum, quia
 360 quot sunt spatia, patet quod ibi sunt velle infinita. Et velle est malum, cuius
 finis est malus. Igitur cum velle malum sit peccatum, erunt in hoc furto infinita
 peccata.

[ARGUMENTA CONTRA]

1. Sed contra hoc dupliciter opponitur. Primo sic: aliquis committit homicidium
 propter pecuniam habendam, ut raptores et Achab, qui occidit Naboth, ut haberet
 365 vineam suam. Velle igitur occidere non est in eo, nisi propter velle possidere.
 Igitur si idem est velle numero finis et eorum quae sunt ad finem, idem est velle
 numero quo vult occidere et quo vult alienum possidere. Ergo et idem peccatum,
 cum velle sit per se subiectum peccati.

2. Item, ecce aliquis furatur a divite, ut det pauperi. Si igitur idem velle numero
 370 est finis et eorum quae sunt ad finem, idem velle numero est quo vult furari et
 subvenire pauperi. Sed velle subvenire pauperi est velle bonum, velle furari est
 malum. Ergo idem velle numero est bonum et malum.

[RESPONSIONES]

Ad primum contra: dic quod eidem velle respondet quandoque multiplex ac-
 tus exterior, ut ab eodem velle continuatione uno procedit multiplex furari, et
 375 ab eodem velle numero, scilicet quo vult quis ire ad ecclesiam. Si in itinere
 iter suum per quietes medias discontinuetur, patet quod itiones illae sunt diver-

344 esset] quae sunt *add.* BCRV || alibi] *corr. ex aliqui* P 346 si] sed V 348 in-
 finita²] infinite B 350 pervenietur] pervenitur BP 351 hoc] hic BC 365 vineam]
 suneam (*sic*) R 366 numero] *om.* C 369 det] *corr. ex debet* O

sae; tamen eis omnibus respondet unicum velle interius. Sic ergo eidem velle respondere potest multiplex actus exterior. Quorum actuum exteriorum forsitan unumquodque est a Deo prohibitum. Et ita illud unicum velle est voluntati divinae dupliciter disconforme, quia scilicet vult hoc quod Deus prohibet. Et similiter eodem velle vult aliud quod Deus prohibet, ex quo plura possunt esse volita eodem velle, cum dico illorum plurium aliquid est volitum per se, alia propter illud. Igitur in eodem velle numero aut erit duplex causa disconformitatis aut duplex disconformitas. Si duplex causa, tunc ipsum est unum velle magis disconforme, et ita unum peccatum, sed magnum. Si vero duplex disconformitas, tunc duo peccata in eodem velle. Et hoc forsitan est verius, quia fateor in oculo multae possent esse causae caecitatis, non tamen nisi una caecitas. Sed certe si in oculo non esset tantum unus habitus, scilicet una visio, sed plures, possent ibi esse plures caecitates. Quippe privationes numerantur secundum numerum habituum. Igitur cum praecepta sint plura, scilicet decem, et virtutes plures, et quodlibet praeceptum servatum facit conformitatem propriam cum voluntate divina, patet quod cum in eodem velle sint actus plures exteriores prohibiti, ut in proposito casu velle unum exserit ex se et occidere et alienum possidere, patet quod idem velle habet privationes plurium praeceptorum. Et ita unum velle est duo peccata, licet subiectum sit unum; sicut si uni et eidem corpori darentur duae animae sensibiles, verius diceretur esse duo animalia propter duas formas completivas quam unum animal propter subiecti, scilicet corporis, unitatem.

Similiter subiectum hic est velle, et deformitates sunt formae. Et licet hae duae deformitates faciant unam magnam deformitatem, non tamen minus sunt duae. Quippe si nasus tuus esset in eo conformis, et os ori, et sic de singulis partibus facierum nostrarum, ex pluribus illis conformitatibus fieret una magna conformitas. Similiter si tunc deformaretur oculus tuus primo, deinde nasus, certe ex his duobus fieret una maior disconformitas; tamen essent duae naturae. Similiter ex hoc innue in proposito quod sunt duo peccata, quia duae deformitates, quarum una est prior altera natura, licet non tempore. Prius enim est natura finis ultimus volitus, et post natura quod est ad finem.

Ad secundum respondebitur posterius, dist. 40, cap. ultimo, ubi et de hoc tangetur in textu.

4.7 NAM ETSI HOC, scilicet reficere pauperem, VOLUNTAS ACQUIESCAT. Bona enim actio est merces sui. Unde *Glossa* super illud *Ps.*, “Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus,” “In laude Dei ipse actus est merces.” Et in *Ps.*: “In

382 cum] communi C || alia] aliud P 383 igitur] oportet B 383–384 aut² ... disconformitas] om. (hom.) C 387 possent] possunt RV; corr. ex possunt O 395 eidem] idem B 403 naturae] verae BOP 408 tangetur] tangitur P

407–408 Dist. 40, cap. un., n. 13 (ed. Grottaferrata, 1:561) 410–411 *Glossa ordin.* in h.l. (ed. princeps, 2:646b) || *Ps.* 146,1 411–412 *Ps.* 18,12

custodiendis illis retributio multa,” non tantum post ipsa custodita. Sed forte haec merces non est nisi ex influentia qua finis ultimus influit aliquid suae bonitatis in eis quae sunt ad finem. Et ita non est alia voluntas numero finis et eorum quae
 415 sunt ad finem.

4.7 UT ILLUD DEPUTETUR finis ultimus, delectatio scilicet. ISTUD VERO, delectatio in opere quod est ad finem. ET SUNT ISTAE VOLUNTATES eorum quae sunt ad finem. QUIBUS QUASI GRESSIBUS etc. Ergo sicut volens ire ad ecclesiam unum tantum habet velle, non totidem quot sunt passus vel spatia,
 420 quae sunt infinita, ita una est voluntas finis et eorum quae sunt ad finem. UT SUPRA DOCENTE AUGUSTINO hac eadem dist., cap. SED QUAERITUR. SUBIECTORUM volitorum. PENSETUR, id est cognoscatur.

412 sed] si *add.* C 418 sicut] sic BCO

412 Resp. Hugo de S. Caro, *Post. in bibl.* in h.l. (ed. Basel, 2:39^{rb}) 421 Cap. 3, n. 1 (ed. Grottaferrata, 1:549)

DISTINCTIO 39

^{1.1} HIC AUTEM ORITUR QUAESTIO ... Dist. 39.

^{1.1} DICTUM EST ENIM SUPRA, dist. 37, cap. 1, secundum Magistrum infra ibi SICUT ANIMA NATURALITER etc. PENITUS CONSUMERE, quod si faceret, omnino in nihil redigeret. OBNUBILENTUR, id est obscurentur in aspectu. ET CORRUMPANTUR in affectu. BONA TAMEN SUNT bonitate naturae. A ⁵ DEFORMI FORMA, id est a deformitate vitiorum, IN FORMOSAM FORMAM gratuitorum. ERAT ENIM ratio.

^{1.2} UT SUPRA POSUIMUS, dist. 37, cap. ILLAQUE AUGUSTINI, in principio.

^{1.3} SED ACTUS HUIUS, QUI EST VOLUNTAS etc.

Contra. Accidens significatum abstractivum non praedicatur de suo subiecto. ¹⁰ Non enim conceditur haec: 'Sortes est albedo'. Similiter nec haec: 'actus est peccatum'.

Solutio. Peccatum est concretivum substantivum, sicut corpus vel animal, et ideo praedicatur de subiecto. Sed deformitas non praedicatur de actu.

^{2.1} SED ADHUC QUAERITUR, cap. 2. ¹⁵

^{2.1} AD QUOD IPSI DICUNT etc. Et ut clarius intelligatur haec solutio, attende quod intelligentia et memoria et ingenium sunt de genere recipientium potius quam agentium, et ideo actus eorum quodammodo sunt de genere passionum potius quam actionum. Et ideo hic dicit esse de alio genere. Sed peccati subiectum est actus ut est actio, non ut est passio. Et ideo in actibus horum non est ²⁰ peccatum.

Vel sic: cuilibet potentiae respondet sua contrarietas ei obiecta, ut visui album-nigrum vel lux et tenebra et sic in aliis. Similiter voluntati respondet sua contrarietas, quae est bonum et malum. Sed memoria et intellectus sunt alterius generis; quippe eis respondet contrarietas alia, scilicet verum et falsum. Et ideo quia pec- ²⁵ catum est de contrarietate pertinente ad voluntatem, non cadit in intellectum et memoriam, et hoc forte intendit Magister.

Vel sic: voluntas est de genere affectus vel motivae, intellectus vero de genere apprehensivae. Circa motivam autem cadit bonum et malum, non circa apprehensivam. ³⁰

3-4 si faceret] facere P 11 haec¹] om. P 16 attende] om. B 19 peccati] peccata B

2-3 Dist. 37, cap. 1, n. 3 (ed. Grottaferrata, 1:544) 8 Ibid.

2.1 HIC ENIM ACTUS, scilicet velle. NON ADMITTENDUM, id est fugiendum. QUAMVIS EORUM QUIDAM etc. Tamen intellige quod nec memorari nec intelligere peccata esse possunt, nisi addita aliqua voluntatis inclinatione. NON IMPROBE, id est non improbabiler.

35 2.2 BREVIUS RESPONDENT etc. Attende ad antecedentem quaestionem: respondent hi de secunda opinione, sicut et illi de prima opinione, dicentes quod voluntas, scilicet potentia ipsa, non dicitur peccatum, sicut nec intellectus. Sed potius actus voluntatis peccatum est, cum est malus. Et dicunt quod cum actus voluntatis est malus, est omnino malus, ita quod nec ipse actus bonus est nec deformitas. Unde dicunt quod actus malus voluntatis nulla natura est. Sed actus
40 memoriae et intellectus aliquae naturae sunt. Et ideo illa, non haec, dicuntur peccata. Et ita non tangit eos quaestio ultima; et hoc est quod dicit quod 'brevius respondent'. Sua enim responsio aufert tertiam quaestionem.

3.1 PRAETEREA QUAERI SOLET, cap. 3.

45 ILLUD VERBUM APOSTOLI: NON ENIM etc., *Rom. 7*, et dicit ibi *Glossa*: "Est velle naturae et gratiae et vitii. Velle naturae est per se impotens, nec meretur palmam, sed aliquando vincitur et trahitur a velle vitii, nisi a velle gratiae subveniatur, quod velle vitii fugat et velle naturae liberat." FACIT QUOD NON VULT naturali voluntate vel synderesi. ET EIUS peccati VOLUNTATEM etc.,
50 id est voluntas, serva peccati, libenter vadit quo trahit concupiscentia. SICUT SUPRA DIXIT AUGUSTINUS, dist. 25, cap. ISTAM LIBERTATEM, QUAE EST A PECCATO.

3.2 SUPERIUS DISSERUIMUS, dist. 28, cap. ETSI DILIGERET INTENDAS.

3.3 ALII ENIM DICUNT DUOS ESSE MOTUS. Cum duplicem ponat responsio-
55 nem ad praedictam quaestionem, attende quod haec est prima responsio. Dicunt quod non est idem actus volendi quo voluntas vult bonum naturaliter et quo vult malum. Nec ab eadem potentia, quia velle bonum naturaliter est a superiori parte rationis, quae adhuc quodammodo retinet naturam suam, in qua a principio instituta est. Sed velle malum est ab inferiori parte rationis.

60 Sed oportet aliud vel amplius dicere; quippe ipsa inferior voluntas natura quaedam est, sicut et superior. Ergo et ipsa naturaliter vult bonum. Et sic eadem simul vult bonum et malum. Et si eodem velle, idem velle erit et bonum et malum. Si diverso, tunc simul agit duo velle – quod non videtur.

32 memorari] morari P 33 inclinatione] in conclusione P 34 improbe] improprie P
ll improbabiliter] probabiliter BC 37 ipsa] om. P 45 ibi] hic P 50 id est] om. P
ll serva] sua C 55 dicunt] dicit R

45 *Rom. 7,15* 45–48 *Glossa ordin.* in h.l. (ed. princeps, 4:288b); et Petr. Lomb., *Collect.* in h.l. (PL 191, 1423) 51–52 Dist. 25, cap. 8, n. 4 (1:466) 53 Dist. 26, cap. 3, n. 1 (1:472–73)

Propterea attende quod responderi potest dupliciter. Primo sic: voluntas non potest esse principium triplicis velle vel actionis, scilicet bonae, malae, et indiffer- 65
rentis; sed duplicis tantum, scilicet bonae vel malae, quia aut egredietur in actum se ipsa sola, et tunc ille actus necessario est malus, aut cum gratia, et tunc neces-
sario est bonus. Quod ergo supradixit Ambrosius quod “voluntas naturaliter vult bonum,” sic intellige quod velle bonum est ei secundum naturam, quamvis hoc non possit ex sola natura, sed ex gratia. Et velle malum est ei contra naturam, non 70
quod hoc non possit ex sua natura, sed quod hoc non potest sine defectu naturae, vel quia peiorem efficit naturam. Et quod sic intelligat Ambrosius patet ex eo quod immediate subiungitur, scilicet “sed haec voluntas semper caret effectu,” id est suo actu, scilicet velle bonum nisi gratia adiuvetur.

Vel sic forsitan melius: nullum bonum creatum potest totaliter voluntatem 75
quae est appetitus rationis satiare vel omnem inclinationem voluntatis omnino complere. Quanto magis malum aliquod, ut delectatio mala, hoc non potest? Augustinus in *Confessionibus*: “Inquietum est cor meum, Domine, donec perveniat ad te.” Hieronymus super *Osee*: “Iniquitas substantiam non habet ... et ideo ventres vorantium vacuos relinquit.” Ergo quaecumque voluntas male vult, 80
non se tota totaliter illud vult vel velle potest. Sed necessario dividitur voluntas contra se ipsam, ut secundum partem inclinetur ad malum quod vult, et residuum sui inclinetur ad bonum. Et ita actus unius voluntatis contra se divisae non est unus, sed duplex, quorum uno vult bonum, alio malum.

Verumtamen non credas me dicere quod illud residuum voluntatis quo vult 85
bonum velit bonum sine adiutorio gratiae. Semper enim habet gratiam gratis datam, licet non gratum facientem. Si enim haberet gratiam gratum facientem, non posset tanta portio voluntatis velle malum, sed minor eius pars aut nulla.

3.3 IN VOLUNTATE RECTUS, *Eccle.* 10: “Deus fecit hominem rectum”. AL-
TERUMQUE DEPRIMIT MOTUM, qui est ad bonum naturaliter. 90


3.4 ALII DICUNT UNAM, alia opinio vel solutio.

66 egredietur] egreditur P 67 se] om. P || ille] rep. O 69 ei] eidem P 71 sine] om. P 72 patet] quod add. P 77 ut] vel P 79 Osee] omnes P 82 ut] vel P || et] secundum C 83 sui] sibi P || ita actus] tactus C || divisae] diversae B 84 sed ... malum] om. P 85 quo] quod P 86 habet] habere P 89 hominem] bonum C 91 alia] alio P

68–69 Coll. ex Petr. Lomb., 2 *Sent.* 39.3.1 (1:555) 72–73 Ibid. 78–79 Aug., *Conf.* 1.1 (CCL 27.1) 79–80 Hier., *Comm. in Osee prophetam* 1.4 (CCL 76, 42) 89 Recte *Eccle.* 7,30

DISTINCTIO 40

1.1 POST HAEC DE ACTIBUS ADICIENDUM ... Dist. 40. Huius distinctionis
divisio ad modum arboris ramificatae sic depingo.



I – 2 huius ... depingo] divisionem accipe infra V I huius distinctionis] haec C 2 de-
pingo] depingitur *corr. ex* depingo O

1.1 OMNES BONI SUNT, id est naturae bonae.

1.2 HABENT CAUSAM efficientem. QUI BONAM VOLUNTATEM CONCO-
MITANTUR, id est immediate egrediuntur a bona voluntate. QUI PERVERSAM
HABENT CAUSAM efficientem; tamen primus actus malus est a voluntate ma-
la, non alia malitia quam ipse actus malus. VIDENTUR ESSE bona opera ante
fidem.

1.2 PRAETER VIAM, ergo magis deviat quam si vacaret a bono opere.

10 Responsio. Non dicit ‘a via’, sed ‘praeter viam’, quia talis sic agendo non
elongat a via, licet sit extra viam; nec sic agendo ad vitam pertingat.

1.3 EX AFFECTU, id est ex velle primo, quo finis est volitus, et ultimo volito,
quod est finis. NON POTEST ARBOR etc., *Matt. 7, Luc. 6.*

1.4 EX AFFECTU ET FINE SINT BONA etc., id est ex primo velle et ultimo
volito, in quod transit.

1.5 QUI DICUNT OMNES ACTUS etc. Si de actibus exterioribus nudis ab omni
circumstantia intelligatur, verum est. NEC MALI SINT PER SE, sed propter
actus exteriores et fines. SECUNDUM QUOS QUILIBET ACTUS POTEST,
verum est si sumatur nudus ab omni circumstantia, ut furari dicit actum et defor-
mitatem, scilicet accipere alienum invito domino. Accipere quidem, scilicet ille
actus omni circumstantia spoliatus, est indifferens et potest esse bonus et malus.

1.6 QUOD QUIDAM ACTUS SUNT IN SE MALI: hoc verum est, si sumatur
non actus nudus, sed cum circumstantia. Et sic utraque opinio vera est, nec sunt
contrariae. SI BONAM HABEANT CAUSAM efficientem vel finalem. NON
TAMEN BONI ESSE DESINANT ipsi actus, licet faciens sit malus, ut cum datur
eleemosyna propter vanam gloriam, ut dicunt, actus est bonus, et dans est malus
et vanus, ut post dicetur prolixius. SUPER IOANNEM, I *Ioan.* 4: “Timor non est
in caritate; sed perfecta caritas foras mittit timorem.” QUOD MALA de genere
malorum. ALIA AUTEM ESSE OPERA: sic ergo ponunt tria genera operum,
scilicet bona, mala, indifferentia. Sed mala, ex circumstantia; bona, ex genere vel
circumstantia; indifferentia, quaelibet actio nuda. ET AD ILLA OPERA, haec
tertia.

1.7 SI EA FIDE FIAT. Innue ex hoc quod concubitus est aliquando non tantum
sine peccato veniali, sed etiam meritorius. AUT LASCIVIAE CAUSA, Hie-
ronymus *Super Ezech.* 16: “Vehemens amator uxoris adulter est.” QUIS DICAT:
FUREMUR DIVITIBUS, *Rom.* 3: “Aiunt nos quidam dicere, faciamus mala ut
eveniant bona: quorum iusta damnatio est.” UT PER ILLAM mulierem. PROP-

5 qui] quia P 10 responsio] solutio V 11 elongat] obligat P 12 volitus] voluntas P
15 quod] quem C 18 quos] quoslibet P 20 scilicet accipere] om. P 24 contrariae]
contraria et P 25 datur] dicatur P 33 innue] innuitur B; nonne O 37 eveniant]
veniant C

13 *Matt.* 7,18 || *Luc.* 6,43 27 Post: resp. dist. 41 27–28 I *Ioan.* 4,18 34–35 Hier.,
Comm. in Ezech. 6,18 (CCL 75, 236) 36–37 *Rom.* 3,8

TER HAEC BONA, tamquam pro fine bono. PROPTER HAEC BONA, id est bonum finem.

1.8 PRO BONIS FUERIT CAUSIS finalibus. ADULTERIUM OSTENDIT, id est confitetur.

1.11 QUOD NON SEMPER EX FINE, sed ex fine et circumstantiis. SICUT IN ILLIS, id est similiter. NEQUE ENIM EX FINE VOLUNTAS EST MALA, sed potius ex actione prima interiore, scilicet velle. NEQUE EX VOLUNTATE, sed potius ex fine et circumstantiis. SED EX ACTIONE interiori. IN QUIBUS, scilicet per se malum cum circumstantia. ACTUM IUDAEORUM etc. Intellige ‘de simplicibus Iudaeis’. ARBITRABANTUR etc., *Ioan.* 16: “Venit hora ut omnis qui interficit vos arbitretur se obsequium praestare Deo.”

1.12 EX FINE SIT BONA, id est cognoscatur esse bona. SED NON OMNIS etc. EX FINE MALA EST, sed ex primo velle malo. ET VOLUNTATE MALA, sed et circumstantia. ET OMNIS actio. QUAE HABET MALAM CAUSAM finalem. QUAE BONAM HABET CAUSAM finalem. EX AFFECTU, scilicet velle.

1.13 QUAE TAMEN QUIDAM CONTENDUNT NUMQUAM HABERE CAUSAM BONAM. Aestimo quod haec opinio vera est, scilicet quae dicit quod qui furatur a divite ut det pauperi, vel adulteret ut liberet hominem a morte, non ponit finem bonum nec intendit finem bonum.


Quod multipliciter potest probari. Primo sic. Suppono ex praedictis quod idem velle numero est finis et eorum quae sunt ad finem. Ergo idem velle numero est quo vult furari et quo vult dare pauperi. Sed velle quo vult furari non potest esse nisi malum. Ergo si eodem velle volo dare pauperi, et hoc est finis bonus, idem velle numero est bonum et malum – quod est impossibile. Ergo non est hic velle finis boni.

Item, prius natura est caritas vel gratia in mente quam ex ea sit velle bonum. Sed velle finis boni est velle bonum. Ergo omne velle finis boni egreditur a mente informata caritate. Sed idem velle est quo vult finem hunc dare pauperi et quo vult furari. Ergo si velle furari non egreditur a mente informata caritate, patet quod nec velle finis, quia ab eodem egreditur velle finis et eius quod est ad finem.

Item, non potest aliquis ex amore Dei contra praeceptum Dei facere. Ergo non potest ex amore Dei velle furari. Si ergo vult furari, hoc velle non egreditur ab amore Dei. Ergo nec tale velle dare pauperi, cum sit idem velle.

40 finalibus] non semper ex fine sed ex fine et circumstantiis *add. marg.* O 43 voluntas] voluntatis O 45 actione] scilicet *add.* O 46 actum] actuum O; actionum V 49–51 esse ... malam] *om.* B; ut dictum est 38 dist. *add. marg. m. post.* B 51 habet] habent P 61 volo] vult R; volo *al. lect.* R 65 a] *om.* P

Ex iam dictis patet quod si finis est bonus, quod omnia quae sunt ad finem sunt bona; nec potest qui vult finem bonum solum propter ipsum finem velle malum. Quod ut planius pateat, pono exemplum in figura:



75 Sit caelum circumferentia *a.b.*; et sit dives circa centrum remotus a caelo in *d*, et pauper similiter in *c*. Via autem recta divitis in caelum est per eleemosynas; sit igitur dare eleemosynas sicut medium in via divitis, et sit *f*; et similiter cum
80 pauper non habeat quid egenti alteri det, via eius in caelum est non per largitatem eleemosynarum, sed per compassionem, quae sit *e*. Via ergo recta pauperis in caelum et brevissima est linea *c.e.b*; divitis vero *d.f.a*. Et si *c* esset ignis, ascenderet per *c.e.b*, non per *c.f.a*. Ergo si in te non habente quid des est ignis caritatis movens sursum ad caelum: si tantum te movet motor, caritas, quae tantum finem ponit caelum, non movebit nisi per *c.e.b*. Ergo si moveris ad caelum per *c.f.a*, nec sola caritas te movet nec solus amor caeli, sed – licet nescias – est aliquid
85 aliud volitum cum caelo. Et hoc facit quod finis tuus totus non est bonus. Omne enim ascendens in corporibus, si non brevissima via ascendit, habet in se aliquid gravitatis quo tendit ad locum inferiorem. Sic forte in proposito est aliquid amoris carnalis et huiusmodi. Patet enim quod est nimius amor huius, quod est subvenire pauperi, cum pro hoc velit transgredi Dei mandatum; et ab illo nimio
90 amore procedit uterque actus et ideo uterque malus. Vel potius sunt unus actus malus.

1.13 IN CONSPECTU PATRIS, *Eccli.* 34: “Qui offert sacrificium ex substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris.” VEL SACRIFICIUM CANIS, *Is.* 66: “Qui mactat pecus quasi qui excerebret canem.” ABOMINABILIS, *Prov.* 21: “Hostiae impiorum abominabiles sunt quae offeruntur ex scelere.”
95 1.14 IN SUPERIORIBUS, in principio praecedentis auctoritatis fere. NEC IDEO EXCEPIT de numero eorum quae causas habent malas. ISTA, quae per se sunt peccata.

72 dictis] praedictis C 74 figura] figuram om. BCOPR; in calce V f. 269^{vb} (versio deficiens marg. BCR) 75 a.b.] transp. post et (l. 76) P 79 e] est P 80 vero] vera P 81 habente] habeat P 83 movebit] movebitur C || moveris] moveres BC 87 gravitatis] gravitas B 88 nimius] minor C; minus P 95 sunt] om. P

92–93 *Eccli.* 34,24 94 *Is.* 66,3 95 *Prov.* 21,27

DISTINCTIO 41

1.1 CUMQUE INTENTIO ... Dist. 41.

1.1 UT SUPRA DICTUM EST, dist. 40, cap. 1. BONUM ENIM OPUS ET FIDES INTENTIONEM etc., id est doceat quid intendendum, et hoc facit fides formata, non informis. BONUM OPUS, id est meritorium.

1.2 IRRATIONABILITER, sed cum ratione. MALAS, id est non meritorias. 5

1.3 APOSTOLUS AIT, *Rom.* 14: “Omne quod non est ex fide,” id est contra fidem. PECCATUM EST, id est non est meritorium; vel id est absorbetur a peccato, quia bona opera in mortali facta mortua sunt; nec reviviscunt, ut dicunt plures. OMNIS INFIDELIUM VITA, id est quae est cum impugnatione fidei. ET IN OPTIMIS MORIBUS, id est in optimis virtutibus politicis. ET IACOBUS, 10 cap. 2. Et *Eccle.* 9: “Qui in uno peccaverit, multa bona perdet.” UT SUPRA MEMINIT, dist. 38, cap. 1, in fine.

1.4 CUSTODITIONEM LEGIS etc., *Rom.* 13: “Non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces rem proximi” et, si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: ‘Diliges proximum tuum 15 tamquam te ipsum’.”

1.4 UT AIT APOSTOLUS, *Hebr.* 11: SINE FIDE ALIQUID PLACERE DEO.

Contra. Per opera Cornelius venit ad fidem.

Solutio. Ante opera habuit fidem indistinctam, et per opera venit ad fidem distinctam. 20

1.5 QUOD SUPRA DIXIT AUGUSTINUS, dist. 40, cap. SED QUAERITUR, circa medium. PULLI, id est opera.

1.6 QUOD SUPRA EVIDENTER DOCUIT, dist. 40, cap. SED AUGUSTINUS ibi INTEREST AUTEM PLURIMUM. EX AFFECTU, velle.

1.7 ALII VERO QUI TRIFARIAM. Quaesivit Magister an opera sine fide, ut 25 infidelium, cum sint de genere bonorum, ut dare eleemosynas, sint bona vel mala. Et quia super hoc diversi diversa sentiunt super hoc duas ponit opiniones: primam dicentium quod sunt peccata; secundam dicentium quod non.

5 cum] *om.* P 8 reviviscunt] revivissent C 9 impugnatione] pugnatione B 17 aliquid] aliquem P 18 venit] pervenit O; *corr. ex* pervenit B 26 sint¹] sunt BRV 28 primam] prima P || sunt ... quod²] *om. (hom.)* B

2 Cap. un., n. 2 (ed. Grottaferrata, 1:557) 6 *Rom.* 14,23 10–11 *Iac.* 2,10 11 *Eccle.* 9,18
12 N. 2 (ed. Grottaferrata, 1:548) 13–16 *Rom.* 13,9 17 *Hebr.* 11,6 21 Cap. un., n. 6
(ed. Grottaferrata, 1:558) 23–24 N. 7 (ed. Grottaferrata, 1:558–59)

Noveritis autem hanc quaestionem non tantum factam de infidelibus, sed potius de omnibus in mortali peccato existentibus. Omnes enim carent fide formata, quia carent caritate. Et aestimo quod opera de genere bonorum a talibus facta, neque sunt omnino bona neque mala neque indifferentia. Sed ut medium inter duas opiniones ponamus, dicimus quod pro parte sunt mala, et sic concordamus cum prima opinione; et pro parte sunt bona, et sic concordamus cum secunda. Si enim omne opus bonum simpliciter egreditur a voluntate caritate formata, patet quod, cum ab eo qui est in mortali datur ex pietate eleemosyna, non est hoc opus simpliciter bonum.

Item, nec simpliciter malum, quia ut dictum est supra, penultimo capitulo 40 distinctionis in fine, non est malum nisi quia aut de genere malorum aut quia factum intentione mala, quorum neutrum est hic. Dicamus ergo tale opus de genere bonorum partim esse bonum et meritorium, partim demeritorium et malum. Videamus hoc plane exemplo. Ecce aliquis, plus diligens corpus suum quam Deum vel animam proximi, diligit tamen Deum et proximum plusquam pecuniam. Iste talis dat proximo ex pietate et ex amore proximi diminuto eleemosynam pauperi. Nec hoc facere posset sine aliqua gratia educente voluntatem de potentia in actum, licet haec gratia non faciat ipsum gratum Deo. Haec ergo operatio in quantum ex amore procedit, in tantum bona est; in quantum vero ex amore diminuto, in tantum mala est, cum malum sit boni diminutio. Et talis quidem dando eleemosynam peccat aliquid, sed multo amplius non dando. Et enim non dare procederet ex amore multo minore. Nec tamen dare vel non dare est peccatum per se. Sed velle minus intensum quam deberet est peccatum.

1.7 TRIFARIAM ACTUUM DISTINCTIONEM, ut opus bonum bonitate naturae, bonum in genere, bonum bonitate gratiae. QUAE AD NATURAE SUBSIDIUM, ut dare eleemosynam ex naturali pietate.

1.8 SED QUIA PECCANT, sed proprietates agentis actioni attribuitur. ET MALI SUNT QUI EA etc., id est licet bona sint, tamen sic facientibus non sunt bona, sed mala.

2 SCILICET PRO UTILI, Augustinus: "Expedientia sunt quae ad salutem proximi non impediunt, sed ad nostram et suam iuvant." PRO SIGNO BONI, ut serpens pro Christo (*Num.* 21) propter spem boni, id est quae de genere bonorum. PRO LICITO, ut nubere; Augustinus: "Licita sunt, quae nullo Deum praecepto prohibentur."

29 tantum] esse *add.* O 32 neque²] omnino *add.* O 34 prima] priori O 36 datur] ei *add.* P 39 quia¹] *om.* P 55 peccant] peccavit O; peccatum P 60 propter] pro P

38–40 N. 12 (ed. Grottaferrata, 1:560–61) 58–59 Recte Alex. Hal., *Glossa in 2 Sent.* 41.4 (ed. Quaracchi, 2:393). Fishacre opinatur verba haec continuationem esse sententiae prioris, quae vere citatio Augustini sit (*De coniugiis adulterinis* 1.14.15 [CSEL 41, 364]) 60 *Num.* 21,8–9 61–62 Aug., *De coniugiis adulterinis* 1.14.15 (CSEL 41, 364)

³ HAEC DEFINITIO, id est assignatio. Respondet autem ad dictam quaestionem Augustini diversimode. Primo quod hoc ‘omne peccatum est voluntarium’ intelligendum est de tali peccato quod tantum est peccatum, non poena peccati, ⁶⁵ ubi nihil fuit impellens ad peccatum. Alio modo intelligi potest universaliter de omni peccato. Originale enim est voluntarium voluntate remota. Peccatum vero ignorantiae est voluntarium, quia licet non sit ibi voluntas peccati, est tamen voluntas facti. In peccato coactionis similiter, quia voluntas omnino cogi non potest. Non est ibi omnino voluntas coacta, sed potius inducta vel illecta. In ⁷⁰ peccato omissionis similiter, quia voluntarie fecit aliquid quo minus fecit quod debuit.

³ IGNORANS VOLUNTATE etc. non peccati, sed facti. CONCUPISCIT QUIDEM NOLENS secundum synderesim. NON ITAQUE FALSUM EST QUOD DIXI: ‘USQUE ADEO PECCATUM VOLUNTARIUM EST’ etc. Potest tamen ⁷⁵ omne peccatum dici voluntarium alia ratione, quia omne est in voluntate, sicut omnis color est superficialis, quia est in superficie. Verumtamen non convenienter omnino hoc dicitur, quia non accidens a subiecto, sed e contrario denominatur, ut dicit Aristoteles: Non dicitur albedo superficialis proprie, sed superficies alba, ut aurum tricubitum vel aurum cubitum, non cubus aureus. ⁸⁰

³ ACCIPIENDUM SIT ILLUD: omne peccatum voluntarium. MORTIFERIS, id est mortalibus.

⁴ QUOD NOLO HOC AGO etc., *Rom.* 7. QUOD NUSQUAM EST NISI IN VOLUNTATE, quasi dicat alia peccata quae nunc fiunt non sunt omnino a voluntate agente, sed et a sensualitate vel concupiscentia alliciente. QUOD peccatum. ⁸⁵ IUSTA DAMNATIO mortis et expulsionis de paradiso. CONSECUTA EST, quia cum quaedam sint omnino voluntaria, quaedam omnino involuntaria, et quaedam partim sic, partim sic, patet quod illud primum peccatum fuit omnino voluntarium. Ergo iustissime punitur.

⁵ NULO COGENTE sufficienti coactione. NON ADMITTENDUM, id est ⁹⁰ fugiendum. ADIPISCENDUM, id est assequendum. QUAPROPTER PECCATUM SINE VOLUNTATE etc., quia omne peccatum in voluntate.

⁶ QUOD EST ENIM UT DICIT AUGUSTINUS *De libero arbitrio* lib. 2. AUGUSTINUS IN EODEM, *De libero arbitrio*.

65 non] quod *add.* P 69 coactionis] cautionis P 73–74 quidem] similiter C 76 ratione] scilicet *add.* P 81 peccatum] esse *add.* P 84–86 alia ... damnatio] *om.* CR 84 fiunt] sunt P 85 alliciente] allicient P 92 quia] qui B 93 dicit] ait P

79–80 Resp. forte Arist., *Categ.* 5 (2a 31–33) 83 *Rom.* 7,16 93 Aug., *De lib. arb.* 1.12 (CCL 29, 228) 94 *Ibid.*, 3.17 (304)

DISTINCTIO 42

1.1 CUM AUTEM VOLUNTAS ... Dist. 42.

1.1 VOLUNTAS, id est actus interior. VOLUNTATE FURATUR, id est habet voluntatem cum actu.

1.2 QUIDAM DICUNT, opinio prima. ALII VERO, opinio secunda. ALII RESPONDENT, scilicet illi de prima opinione. SIVE QUANDO VULT furari. 5 CONTEMPTUS, Ambrosius: Omne peccatum est ex contemptu. MAIOR VERO CUM VOLUNTATI ETIAM etc. Sicut enim idem puer conceptus, nutritus, et vir completus, sic idem peccatum voluntatis, consensus, et operis, quod est peccati complementum.

1.3 NON IGITUR PRO ALIQUO ALIO etc.: PECCATO verum est; pro aliquo 10 alio actu falsum est, quia pro actu exteriori. Sic respondet infra.

1.4 NON FURABERIS, Ex. 20. ILLIS praeceptis PROHIBEANTUR. QUIBUS DUO, scilicet Deus et proximus.

2.1 PRAETEREA QUAERI, cap. 2.

VOLUNTAS ID AGENDI, id est actio interior. ET ACTIO exterior. POENITE- 15 AT, conteratur. QUIA VOLUNTAS, id est velle. NEQUE ACTIO exterior.

2.2 POLLUTA quoad maculam dissimilitudinis, CORRUPTA quoad iudicium imaginis. TOTUSQUE HOMO in corpore et anima. PRAETER ORIGINALE, quod dicitur in baptismo transire reatu, sed manere actu, quia actualiter post baptismum “caro concupiscit adversus spiritum.” 20

3.1 REATUS AUTEM, cap. 3.

PRO CULPA respectu boni gratiae. PRO POENA respectu boni naturae quod minuit, quia vulnerat.

2 voluntate] voluntas autem B 4–5 respondent] respondet P 5 furari] servari P 7 puer] om. B 10–11 etc. ... alio] om. (hom.) BP 10 peccato] peccando ed. 12 prohibeantur] prohibeatur C; om. V 14 praeterea ... cap. 2] om. BPRV; marg. C 16 conteratur] concurratur P 19 quod] qui B 21 reatus ... cap. 3] om. BCPRV 23 vulnerat] vulneratur P

6 Probabiliter coll. ex Hugo de S. Caro, *Comm. in 2 Sent.* 38 (MS Vat. lat. 1098, f. 77^{vb}); cf. Augustinus, referens Pelagium: “Omne peccatum Dei contemptus est,” *De natura et gratia*, cap. 29.33 (CSEL 60, 257); cf. etiam Alex. Hal., *Glossa in 2 Sent.* 42 (ed. Quaracchi, 2:408) 12 Ex. 20,15 20 Gal. 5,17

3.2 DUO ENIM SUNT PECCATORUM GENERA, MORTALIUM SCILICET
 25 ET VENIALIUM. De peccatis venialibus plura quaeri possent: primo, de distinctione eorum a mortalibus; secundo, an cum mortale auferat caritatem omnino, veniale minuat; tertio, an sine veniali possit homo esse in vita ista; quarto, de remediis in praesenti, scilicet hic; quinto, de poena eorum alibi.

[QUOMODO VENIALIA A MORTALIBUS DISTINGUANTUR]

De primo, sciendum quod totum bonum virtutis est conformitas velle creaturae
 30 cum voluntate Creatoris, et totum malum culpae per consequens est disconformitas voluntatis ad voluntatem. Sed voluntatis creatae ad increatam triplex potest imaginari conformitas, cum tamen non esse possit nisi duplex; quippe duarum voluntatum aliquarum quarum una est alia potentior et excellentior, triplex potest esse conformitas. Tunc enim conformantur quando id quod potentior amat
 35 summe, id est prae omnibus aliis amet et alia summe, id est prae omnibus aliis. Et hic est infimus gradus conformitatis.

Tunc autem magis conformatur, cum id quod summe amat potentior amet impotentior omnino quantum potest, et hoc est cum tantum illud amat et omnia alia propter ipsum. Tunc autem summa conformitas est, quando una voluntas id quod
 40 alia amat summe amat quantum ipsa. Cum ergo voluntas divina sit excellentissima et potentissima, et nostra sit impotentior, et divina voluntas amet summe se ipsam, nec potest voluntas alia tantum divinam amare, quantum ipsa divina se ipsam amat. Patet quod impossibile est voluntatem aliquam creatam omnino conformari voluntati divinae, quia nulla potest tantum amare Deum, quantum
 45 ipse Deus se.

Restant ergo duo modi conformitatis possibiles voluntatibus creatis, scilicet inferior et superior, perfectior et imperfectior. Privatio vero perfectioris conformitatis tantum, manente tamen inferiori, est primum peccatum veniale, a quo omnia venialia, scilicet cum quis non amat Deum quantum amare posset, cum
 50 amat cum eo plura, tamen omnia minus quam Deum. Quem adhuc aestimo, tamen asserere non audeo, esse in caritate et in infimo gradu eius.

Sed privatio imperfectioris conformitatis, quod est cum aequaliter vel plus amat creaturam quam Creatorem, hoc est primum velle mortale peccatum, et a quo omnia alia mortalia. Unde primum veniale est caritas minor quam esse
 55 deberet; primum mortale caritatem non esse, quae esse deberet. Unde Augustinus

27 ista] sua C 28 de¹] die P 33 quarum] om. V || alia] etiam add. P 33–34 triplex ... conformantur] om. P 34 id] om. R || quod] rep. B 35 amet ... aliis²] om. (hom.) O || summe²] om. P 37–38 impotentior] et potentior B; et impotentior C 48 tamen] in add. R 50 quem] quae C 52 sed] scilicet P || quod] quae C 54 veniale] velle P

55–58 Aug., *De perf. iust. hom.*, cap. 6 (CSEL 42, 13)

De definitionibus Celestini: “Peccatum est, cum non est caritas quae esse debet, vel cum minor est quam esse debet, sive hoc voluntate vitari possit sive non possit.” Prima pars auctoritatis tangit mortale, secunda pars tangit veniale.

[UTRUM VENIALIA CARITATEM MINUANT]

Secundo, quaeritur an venialia caritatem minuunt.

[ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

1. Quod non, videtur: “Deus caritas est,” I *Ioan.* 4. Et hoc supra in pluribus 60 locis vult Magister. Sed Deus est simplicissimum, et ita minimum. Quod autem minimum est diminui non potest. Igitur caritas diminui non potest. Igitur nec a venialibus.
2. Item, si venialia minuerent caritatem, tunc, ut videtur, posset esse tantus numerus venialium quod omnino auferrent caritatem, et tunc multa venialia facerent 65 unum mortale. Non enim caret caritate nisi qui habet mortale.
3. Item, venialia procedunt a mente habente caritatem non completam, sed diminutam. Ergo causa venialium est caritas diminuta. Sed idem respectu eiusdem non est causa et causatum. Ergo cum venialia causentur a caritatis diminutione, non sunt causa diminutionis. 70

[CONTRA]

Contra. Omne peccatum malum est eo ipso quod est peccatum. Ergo veniale malum est. Ergo cum malum non sit nisi quia adimit et diminuat bonum – malum enim non est nisi aliqua boni diminutio – patet quod veniale aliquod bonum minuit. Aut ergo bonum naturae aut gratiae. Si gratiae, minuit caritatem. Si naturae, ergo per consequens et gratiae, cum adinvicem proportionentur. 75

[RESPONSIONES]


Solutio ad primum. Sciendum quod sicut adamas non alio quam virtute propria coniungit et attrahit ad se ferrum. Et si adamas esset sua virtus, tunc idem esset id quo ferrum adhaereret adamanti quod adamas. Similiter voluntas, cum sit adhaesibilis Deo non aliquo medio praeter haec extrema – quod sit Deo inferius et voluntate superius – cum nullum tale sit secundum Magistrum, adhaeret 80 Deo; sed ipso Deo Deo adhaeret. Id autem quo Deo adhaeret virtus divina est. Et

57 vel ... debet] *om. (hom.)* B || debet] deberet P || hoc] hac C || possit] possint P 57–58 sive² ... possit] *om. (hom.)* C 58 possit] possint P 59 quaeritur] quaeruntur P || minuant] minuuntur P 61–62 quod ... minimum] et quod tale P 62 igitur¹ ... potest²] *om. (hom.)* V 65 quod] quam P 67 habente] habentem P 72 quia] quod C 75 gratiae] gloriae V

60 I *Ioan.* 4,16

virtus divina Deus, et haec est caritas. Igitur quod vere caritas est Deus est. Sed licet Deus sit quidquid in se habet, non tamen anima adhaerens Deo est quidquid habet. Id ergo animae quo sui Deo adhaeret per caritatem, quae Deus est, educ-
 85 tum de potentia in actum excellentissimum virtute divina, quae ‘caritas’ dicta est, licet improprie vocatur ‘caritas’. Et sic est caritas aliquid creatum virtute increata eductum in actum. Et hoc non est nisi voluntas vel amor. Licet ergo id quod vere est caritas diminui non possit, caritas tamen secundo modo dicta minui potest et augeri. De qua dictum est quod caritas semper proficit aut deficit.

90 Ad secundum dicendum quod multitudo venialium numquam omnino privat caritatem, nec unum mortale faciunt, sed potius suo pondere faciunt pronomiorem ad lapsum in mortale. Quomodo autem possunt minuere, nec tamen omnino auferre patet ex hoc: quod de acuto rectilineo angulo potest infinities minui angulus contingentiae, nec tamen totus auferri. Quomodo autem hoc sit in proposito ut
 95 intelligatur planius, notandum quod anima habet quandam quantitatem virtuales, ut amorem tantum, et tam intensum demonstrato toto eius amore. Igitur alicuius amor totus imaginetur per lineam *a.b* divisam in duo aequalia in puncto *c* et in duo inaequalia in puncto *d*.



Si igitur totus iste amor cum tota sibi possibili intensione sit in Deum, iam
 100 nullum cum tali amore sic ordinato esse potest peccatum, quia nec mortale nec veniale. Quod si tantum medietate sui amoris voluntas amet Deum et creaturas alia medietate, iam est in mortali. Quod si portiuncula *a.d* amet Deum, et residuo, scilicet *d.b* alia, multo fortius est in mortali. Si vero econverso *b.d* amet Deum, et residuo, scilicet *d.a*, amet creaturas – quantum enim amatur creatura non
 105 propter Deum, tantum Deo subtrahitur de amore – ut aestimo, habet caritatem, sed cum peccato veniali. Et crescente *a.d* per venialia diminuitur *d.c*, sed in *d.c* sunt infinita. Igitur numquam etiam per infinita venialia perveniretur ad *c*. Quod autem in amore *d.c* sint infiniti gradus patet per hoc quod intensio omnis quandam sui generis dicit quantitatem, quasi lineam continuam, ut color in infinitum potest
 110 intendi et remitti. Et ideo secundum hoc sunt infiniti colores, specie forsitan. Et sicut quaelibet pars lineae est linea et divisibilis, sic quaelibet pars intensionis est aliqua intensio. Et ideo eadem ratione divisibilis, tamen acceditur ad *c*, et ita ad mortale.

84 adhaeret] adhaereret P 85 est] sed add. B 87–89 in ... augeri] om. B 89 quod] om. P 91 faciunt¹] facit O 93 ex hoc] om. B || de] ex B || rectilineo] recto in eo C 96 toto] om. P 97 in¹] om. P 98 d] figura sequens affertur in codicibus OV in calce 99 intensione] intentione BRV; corr. ex intentione C 102 alia] om. P || medietate] mediate P 106 cum] om. P 107 perveniretur] perveniuntur P 109 in] om. B 110 et²] ut P 111 et divisibilis] indivisibilis B || intensionis] intensio P 113 ad] aliud P

Ad tertium dicendum quod, licet procedant a caritate diminuta, sunt tamen causa diminutionis, non quidem illius a qua procedunt, sed maioris. Quod patet sic: actus egredientes ab habitibus augment habitus a quibus egrediuntur; sic si amore *b.d* diligatur Deus, et creatura amore *d.a*, actus egredientes a *d.a*, scilicet actiones factae ex amore creaturae, augment habitum *d.a*, scilicet amorem creaturae. Sed actiones illae sunt peccata venialia. Ergo peccata venialia sunt causa augmenti amoris creaturae, qui cupiditas est. Sed quantum *d.a* augetur, *b.d* minuitur. Ergo venialia procedentia a voluntate habente caritatem diminutam magis minuunt eam.

[UTRUM HOMO SINE VENIALI POSSIT IN HAC VITA]

De tertia quaestione videtur quod non sit homo sine veniali in vita ista. Primo auctoritate sic. I *Ioan.* 1: “Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est.” *Mich.* 7: “Periit sanctus de terra, et rectus in hominibus non est.” Et infra, eodem: “Qui optimus in eis est quasi paliurus, et qui rectus quasi spina de saepe.” *Is.* 64: “Peccavimus. In ipsis semper fuimus et salvabimur et facti sumus ut immundus omnes nos quasi pannus menstruatae universae iustitiae nostrae.”

Item, ut dicit Augustinus, hoc praeceptum caritatis, “Diliges Dominum ex toto corde,” non impletur in via, sed tantum hic incipitur et in patria perficitur. Igitur tantum in patria est caritas completa, et in via est diminuta. Unde *Is.* 31: “Dominus Deus, cuius ignis est in Sion et caminus eius in Ierusalem.” Sed ipsa caritas diminuta est peccatum veniale, non in quantum caritas, sed in quantum diminuta. Ergo in hac vita nullus vivit sine peccato.

Item, Augustinus in libro *De ecclesiasticis dogmatibus*, ultimo capitulo: “Nullus sanctorum vel iustorum caret peccato.” Et infra: “Et ideo veraciter omnes sancti se pronuntiant peccatores.”

[ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

1. Contra. Potest quis confiteri omnia venialia et conteri de his. Et si tantum tria fecit venialia, et illa confessus est, saltem in illo nunc caret veniali.

2. Item, potest iste perfectus vitare hoc veniale et illud et illud, et sic de singulis. Ergo possibile est ut omnia vitet, et ita carebit omni peccato veniali.

115 diminutionis] diminutionucio (*sic*) P 117 egredientes] egrediens C 118 amorem] amor esse P 120 augetur] tantum *add.* V 120–121 minuitur] diminuitur P 126 paliurus] *spat.* P 128 nos] *om.* P 130 ex] in V 134 est] ipsum *add.* R || caritas²... quantum²] *om.* (*hom.*) C 136 item] unde O

124–125 I *Ioan.* 1,8 125–126 *Mich.* 7,2 126–127 *Mich.* 7,4 127–129 *Is.* 64,5–6 130–131 Resp. Aug., *De perf. iust. hom.*, cap. 8 (CSEL 42, 17–18) || *Matt.* 22,37; *Marc.* 12,30; *Luc.* 10,27 132–133 *Is.* 31,9 136–137 Gennadius, *De eccl. dogm.*, cap. 53 (PL 42, 1222) 137–138 Ibid.

[RESPONSIONES]

Solutio ad primum contra: dicendum quod licet quantumcumque conteratur et confiteatur, licet possit carere venialibus operibus exterioribus, non tamen illo
 145 interiori quod est diminuta caritas, scilicet velle diminutum et minus intensum in Deum quam esse deberet; *Iob* 9: “Si lotus fuero quasi aquis nivis, et fulserint velut mundissimae manus meae, tamen sordibus intinges me.”

Ad secundum dicendum quod non sequitur: potest vitare singula, ergo omnia. Quippe si in centro circuli stares et necesse haberes exire, posses quidem
 150 exeundo per *a* punctum circumferentiae non exire, et ita ipsum vitare; et similiter *b*, et sic de singulis, non tamen omnia puncta circumferentiae. Similiter, quasi in centro circuli stamus undique quasi venialibus circumdati; *Ps.*: “Circumdederunt me mala quorum non est numerus.” Et sic stare non sinimur, quia caritas semper proficit aut deficit; immo si staremus, eo ipso deficeremus et peccaremus
 155 venialiter. Igitur licet singula venialia vitare possimus, non tamen omnia.

[QUOMODO VENIALIA IN PRAESENTI DELEANTUR]

De quarta quaestione: secundum magistros plura sunt quibus veniale deletur, scilicet purgatorio igne, mutua confessione, sola cordis contritione, dominica oratione, pectoris tunsione, episcopi benedictione, aquae benedictae aspersione, panis benedicti sumptione, Eucharistiae communione, mortis acerbitate, ut in
 160 martyrio.

Sed quaeritur merito an unumquodque istorum valeat ad omnia venialia delenda vel maiora vel minora. Et aestimo quod non. Sed quaedam ad omnia, ut ad minus confessio et contritio; quaedam vero ut alia leviora tantum ad alia leviora. Quae autem quibus nec Augustinus novit, nec ego nosse potui. Sed cum
 165 quis peccat venialiter, contrahit culpam, et fit debitor poenae. Quaeritur ergo utrum omnia illa enumerata, cum valeant ad veniale delendum, an valeant ad deletionem culpae tantum remaneatque debitor poenae satisfactoriae vel hic vel in purgatorio, an utrumque possint auferre. Quod utrumque auferant non videtur. Quippe contritio et confessio maxime hoc possent. Igitur errant iniungentes
 170 poenitentiam pro venialibus, si in confessione omnino et culpa et reatus solvitur.

144 possit] posset C 147 intinges] intingues P 148 non sequitur] loquitur P 148–149 potest ... omnia] potest enim vitare singula sed non omnia O 149 si in] *om.* B 150 ipsum] peccatum P 153 non²] *om.* C || sinimur] sinitur P 155 possimus] possumus P 156–157 deletur] debetur P 157 contritione] contritionis P || dominica] divina V 163–164 ad² ... leviora] *om.* B 163 alia²] venialia *add.* O 167 debitor] *om.* B 168 possint] possit BPRV 170 si] sed R

146–147 *Iob* 9,30–31 152–153 *Ps.* 39,13 156 Resp. e.g. Raimundus de Peniafort, *Summa de poenitentia* 3, tit. 34.60

Propterea aestimo quod cum quaedam illorum enumeratorum sint poenalia tantum, quaedam sacramentalia tantum, quaedam vero utrumque, quod sacramentalia delent tantum culpam, utpote aquae benedictae aspersione, episcopi benedictio, panis benedicti sumptio, Eucharistiae communio. Nec tamen haec delent omnem culpam venialem forsitan, sed levio-rem. Poenalia vero, utpote pectoris 175 tunsio quam exserit contritio, orationis labor, praecipue oratio dominica, mortis acerbitas, ignis purgatorius, et contritio cum sine confessione est, sunt satisfactiones, et universaliter omne opus bonum. Quae vero utrumque sunt, utpote confessio et contritio, utrumque possunt absolvere, scilicet reatum et culpam. Erubescencia enim confessionis, quia poenalis, satisfacit. Quia sacramentum ibi 180 est, delet culpam.

Quod autem omne opus bonum solvat reatum dicit Augustinus in quodam sermone dicens: “Haec et his similia ad minuta pertinent peccata, sine quibus nullus sanctorum esse potuit. ... Et ideo continuis orationibus et ieiuniis, et largis elemosynis, et praecipue per indulgentiam, quibus in nobis peccant, assidue 185 redimantur.”

De purgatorio autem igne et mortis acerbitate dubium est an et culpam et reatum solvant. Videtur enim quod ignis purgatorius solvat culpam etiam. Quippe aliquis si decedat cum veniali non contritus, non confessus, ubi vel quando solvetur haec culpa nisi post separationem animae a corpore in igne purgatorio? 190 Unde Augustinus in dicto sermone: “In illo transitorio igne ... non capitalia, sed minuta peccata purgantur.”

Solutio. Aestimo magis quod vel in ipsa separatione animae a corpore vel ante totum quod ibi est culpae solvatur per aliquam contritionem vel extremam unctionem vel commendationem et astantium orationem et fidem. Et quod dicit 195 Augustinus intelligatur non de culpa, sed de poena quae reservatur purgatorio. Non enim intelligo aliquam mutationem voluntatis posse fieri in anima separata magis quam in diabolo vel angelo. Dicunt tamen multi quod solvitur ipsa culpa venialis in purgatorio. Et ideo, quod praedixi, non assero, sed lectori relinquo.

De mortis acerbitate, ad minus in martyribus, potest esse quod tam poena 200 quam culpa solvatur. Quippe cum actus egrediens a virtute virtutem augeat, illud exponere se morti pro amore Christi egrediens a caritate in tantum auget caritatem, ut quidquid ibi est de faeno vel stipula igne illo caritatis absumatur.

171 sint] sunt C || poenalia] venialia P 173 delent] debent B || utpote]
ut poenae B 177 acerbitas] id est *add.* O 180 quia²] quod C 185 indulgentiam]
indulgentias P || quibus] illis qui O 189 decedat] descendat C 192 minuta]
minima V 194 solvatur] solvitur P 199 sed] *om.* P 203 stipula] culpa R

182–186 Aug., *Sermo* 104.3 (PL 39, 1947) 191–192 Ibid. 104.1 (1946)

Quid mirum cum talis mors etiam pro originali culpa, quae maior est omni veniali,
 205 satisfaciat?

Quae autem sunt venialia peccata enumerat Augustinus in illo sermone: “Minuta peccata, licet omnibus nota sint, tamen ex eis aliqua nominemus. Quotiens in cibo vel potu plus accipimus quam necesse sit. Si quis plus loquitur aut tacet quam oportet. Si pauperem importune petentem exasperat. Et cum sanus sit corpore, aliis ieiunantibus ieiunare noluerit; aut somno deditus tardius ad ecclesiam surgit. Quotiens excepto filiorum desiderio uxorem suam cognoverit. Quotiens in carcere positos tardius requisierit. Et infirmos tardius visitaverit. Si discordes ad concordiam revocare neglexerit. Si patrem aut proximum aut uxorem aut filios aut servum plusquam oportet exasperaverit. Si amplius blanditus fuerit quam
 210 oportet. Si cuiquam personae aut ex voluntate aut ex necessitate adulari voluerit. Si pauperibus esurientibus nimium sumptuosa et deliciosa convivia praeparaverit. Si se aut in ecclesia aut extra ecclesiam fabulis otiosis, de quibus in die iudicii ratio reddenda est occupaverit. Si dum incaute iuramus et, dum hoc per aliquam necessitatem implere non poterimus, periuremus utique. Et cum omni facilitate
 220 et temeritate maledicimus, quia scriptum est: ‘Neque maledici ... regnum Dei possidebunt’.”

[UTRUM ET QUOMODO ET QUAMDIU
 VENIALIA IN PURGATORIO PUNIANTUR]

De poena venialium alibi constat quod puniuntur in purgatorio; I *Cor.* 3: “Si cuius opus arserit detrimentum patietur; ipse enim salvus erit, sic tamen quasi per ignem.” Et Augustinus in dicto sermone: “Tamdiu in igne moras habebimus,
 225 quamdiu peccata consumantur.” Quanta autem fuerit haec poena quis explicet? Magna enim est acerbitate et magna duratione. Acerbitate: hoc patet, tum propter statum eius qui punitur, tum propter illud quo punitur; propter illud quo punitur, quia inter alia tormenta vehementer affligit ignis tactum. Et hoc est quia excellens corrumpit sensum, et ignis maxime prae aliis excellit. Et insuper ille ignis supra
 230 modum vehementior est quam iste. Unde Augustinus in eodem sermone: “Ille ignis durior est quam quidquid in hoc saeculo poenarum aut videre aut sentire aut cogitare quis potest.” Propter statum eius qui punitur, quia cum sensibilis, sive sit eadem substantia in homine cum rationali sive alia, sit in purgatorio cum ratione, et ibi immediate patiat ab igne, non mediante corpore sicut hic, patet
 235 quod gravissima est illa poena.

208 vel] in *add.* C 214 servum] servos C 224 per] *om.* P 227 punitur³] et hoc
add. P 228 vehementer] vehementius O || excellens] intellectus B 229 excellit]
 ex intellectis P 232 qui] quid P 235 quod] *om.* P

206–221 Ibid. 104.3 (1946–47) 220–221 I *Cor.* 6,10 222–224 I *Cor.* 3,15 224–225
 Aug., *Sermo* 104.4 (PL 39, 1947) 230–232 Ibid. 104.5

De diuturnitate autem huius poenae aestimatur quod modici temporis poena nunc, ut forsitan unius diei, stat pro multo ampliori tempore tunc ut pro anno, secundum illud *Ezech.* 4: “Diem pro anno, diem, inquam, pro anno dedi tibi.” Sed dices: quomodo haec minuta peccata sunt, si tanta pro eis datur poena? Vel quomodo Deus iustus, qui tam levia peccata et modico tempore perpetrata, tam acerba et diuturna poena punit? 240

Solutio. De acerbitate dicendum quod ignis ille non tantum punit animas pro venialibus commissis, sed et pro mortalibus. Quippe contritio pro mortali commutat poenam aeternam in temporalem. In confessione vero commutatur poena temporalis purgatoria in minorem poenam praesentem, scilicet in opera satisfactionis. Punientos autem pro venialibus levius affligit hic ignis, ac si haberet non vim irrationabilem, ut ignis apud nos, sed rationabilem quod forsitan intendebat Apostolus *I Cor.* 3: “Uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit.” 245

De diuturnitate dici potest quod multo acceptior est poena voluntaria, qualis est in praesenti, quam involuntaria, qualis est in purgatorio. Et ideo parum hic de poena tantundem satisfacit Deo, quantum multum de poena involuntaria in purgatorio. Quia enim illa satisfactio poena omnino est et passio, et passionibus non meremur. Hic vero poena eo quod voluntaria est non est omnino passio, sed actio meritoria. Poena hic satisfacit tum per actionem, tum per passionem in ea. Illa vero tantum per passionem in purgatorio. 250

Insuper non merentur misericorditer agi secum debitores illi qui inviti et tam tarde reddunt sicut possunt, sed potius illi qui quam citius possunt. Attendant huius poenae acerbitem et diuturnitatem, qui non tantum satisfactionem pro venialibus, sed et pro mortalibus usque tunc differunt. Scient enim quam vere dictum sit *Hebr.* 10: “Horrendum est incidere in manus Dei.” Quippe *I Reg.* 5: “Gravissima valde manus Domini.” 255

Sed dices: quantumcumque sit gravis poena illa, tamen levis erit, quia secum habet certam spem vitae aeternae. Attendant qui hoc dicunt modicam poenam omnem delectationem praesentem ex delectabili praesenti, non tantum sperato, auferre. Unde *Eccli.* 11: “Malitia unius horae oblivionem facit luxuriae magnae.” Verbi gratia: tene minimum digitum in flamma levissima, scilicet unius candela; quaecumque delectationes corporales auferentur quasi nec sentirentur. Et ideo verum est quod dicit *Eccli.* 21: “Non est sensus (scilicet delectationis

238 secundum illud] pro C 241 punit] punitur P 244 in¹] om. P 248 probabit] probat BC 249 acceptior] accestior B; acerbior V 250 purgatorio] purgatoria BOR 252 quia] eo quod P 256 insuper non] item modo V 259 sed ... mortalibus] om. B 263 spem] speciem P || aeternae] om. P || poenam] post *add.* C; *del.* O 264 delectationem] delectionem PR || sperato] separato P 265–266 magnae] maxime P 266 levissima] om. O 267 auferentur] afferrentur B

238 *Ezech.* 4,6 248 *I Cor.* 3,13 260 *Hebr.* 10,31 260–261 *I Reg.* 5,12 265–266 *Eccli.* 11,29 268–269 *Eccli.* 21,15

appositae) ubi abundat amaritudo.” Si igitur ignis levissimus, ut candelae, affligit
 270 in tantum et trahat animam, ut quaevis delectabilia sibi praesentia quasi nesciat
 non sentiat, ille tantae acerbitalis ignis non delectationes praesentes, sed absentes
 tantum speratas, putas quasi non sentiri non faciet?

De loco autem huius ignis purgatorii certum non tenemus: an sit locus in
 universo ei determinatus, sicut igni infernali; an ubique hic in isto mundo inter
 275 nos purgantur illo igne. Nec si hoc est, mireris quod non sentimus ignem quo
 hic inter nos animae purgantur, cum illa infirmitas quae dicitur ignis infernalis
 corpora urat, ita tamen quod corpora aliorum vicina nec calefaciat. Ille enim, ut
 dictum est, habet quodammodo vim rationabilem. Nec punit nisi illos ad quos
 puniendos institutus est.

280 3.2 QUOD EST DIGNUM ACCUSATIONE, *Act.* 25: “Si quod crimen est in viro,
 accusent eum.” *Gen.* 37: “Accusavit fratres suos apud patrem crimine pessimo.”
 ET DAMNATIONE, rectus ordo. Unde *Act.* 25: “Non est consuetudo Romanis
 damnare aliquem hominem priusquam is qui accusatur presentes habeat accusa-
 tores.”

285 4.1 MODI AUTEM PECCATORUM, cap. 4.

4.1 ET TIMORE.

Contra. “Radix omnium malorum est cupiditas,” I *Tim.* 6. Ergo non cupiditas
 et timor.

Solutio. Omnis timor, sicut et omnis affectio radicatur in amore, et timor inor-
 290 dinatus in amore inordinato. Qui amor inordinatus generali nomine ‘cupiditas’
 dicitur. Sic ergo intellige divisionem, ut sit oppositio: peccatum aut est ex sola
 cupiditate aut ex cupiditate cum timore.

4.1 QUAE EX CUPIDITATE sine timore. VEL TIMET etc., *Ps.*: “Trepidaverunt
 timore, ubi non erat timor.”

295 4.2 SCILICET COGITATU, VERBO, OPERE. Nota quod numquam sola cogi-
 tatione peccatur, sed tantum voluntate, ut supra dixit Augustinus, dist. 41. Sed
 cogitatio pro actu voluntatis interiore ponitur hic. Et quia quicumque peccat ver-
 bo et opere, peccat etiam cogitatione. Ideo ut sit divisio per opposita, oportet
 intelligere cum praecisione, ac si diceretur: peccatur cogitatione sola, vel ea et

269–271 affligit ... ignis] *om.* B 270 trahat] turbat BO || ut] et P 272 putas]
corr. ex pietas B 273 purgatorii] *om.* P 275 mireris] miraris P 279 puniendos]
 puniendum BP 285 modi ... cap. 4] *om.* BCP; *spat.* P || autem] in scriptura *add.* V
 || 4] *om.* R; tertium V; huius capituli divisionem accipe in sequenti pagina *add.* V; hic
 determinat quotiens sit peccatum *add.* R 289 sicut] *om.* C 298 cogitatione] cognitione B
 || oportet] sed P

280–281 *Act.* 25,5 281 *Gen.* 37,2 282–284 *Act.* 25,16 287 I *Tim.* 6,10 293–294
Ps. 13,5 296 *Aug.*, *De lib. arb.* 3.17 (CCL 29, 303–04); coll. ex dist. 41, cap. 6 (ed.
 Grottaferrata, 1:566)

verbo, vel ea et opere. Et cum opus sit commune ad opus interius quod est velle 300
et ad loqui, intelligatur hic specialiter de aliis operibus ab his; alioquin non est
divisio.

4.2 QUOD IN QUATRIDUANO etc., *Ioan.* 11. ‘Quod’, id est peccatum consue-
tudinis.

4.3 DICITUR QUOQUE HOMO PECCARE IN DEUM, et hoc cum praecisione 305
intellige. Quicumque enim peccat in se vel in proximum in Deum peccat. Intel-
lige ergo peccare in Deum tantum, vel in Deum et te, vel in Deum et proximum
et te. Et peccat in Deum tantum, id est principaliter in Deum, licet et secundario
in se et proximum, qui blasphematur in Deum vel omittit ea quae ad Dei cultum
pertinent specialem. INDIGNE PARTICIPANDO etc., *I Cor.* 11: “Qui manducat 310
et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit.”

5 VARIAM QUOQUE APPELLATIONEM HABET, scilicet peccatum. Insu-
per habet alia nomina. Nominatur enim peccatum ‘offensa’, ‘reatus’, ‘macula’,
‘vitium’, ‘peccatum’. ‘Offensa’ dicitur respectu Dei quem offendit vel respec-
tu sequentis peccati, quia quasi offendiculum facit cadere in sequens peccatum. 315
Item, dicitur ‘reatus’ respectu poenae aeternae ad quam obligat; ‘vitium’ respec-
tu boni naturae quod vitiat; ‘peccatum’ respectu boni gratiae; ‘macula’ respectu
imaginis Dei quam deformat, et sic macula comprehendit in se et rationem qua
dicitur peccatum et qua vitium. Dicit enim sic macula privationem gratuitorum et
deteriorationem naturalium in Dei imagine. Vel secundum Augustinum macula 320
dicit deformitatem contractam ex amore inferiorum; Augustinus lib. 6 *Musicae*:
“Amor inferioris pulchritudinis polluit animam.” Unumquodque enim foedatur
ex admixtione naturae inferioris. Unde subdit Augustinus: “Auri dignitas etiam
purgatissimi argenti commixtione sordescit.”

Secundum quosdam autem macula peccatum non dicit, sed potius quaedam 325
deformitas est relictā in animo ex peccato, quae manet etiam recedente culpa.
Unde dicunt quod sic distant reatus et macula, sicut vinculum et livor: soluto
enim vinculo remanet livor; et sicut lutum et fetor: post lotionem enim manus
lutosae remanet in manu fetor.

6 PRAETEREA SCIENDUM EST SEPTEM PRINCIPALIA VITIA etc. Cum 330
peccatum mortale sit aversio ab incommutabili bono et conversio ad commutabile,

307–308 proximum ... et²] te proximum P 308 et²] qui add. P 309 proximum] peccat
in Deum add. P 313 peccatum] om. BPR 314 respectu¹] scilicet add. O || quem]
quae P 315 sequentis] sequenti P || in] om. C 316 item dicitur] om. BCPRV
319 sic] sicut B 321 Augustinus] om. P 331 ab ... conversio] om. P

303 *Ioan.* 11,39 310–311 *I Cor.* 11,29 321–324 Aug., *De mus.* 6 (PL 32, 1187)
325–329 Ibid. 325 Resp. Hugo de S. Caro, *Comm. in 2 Sent.* 38 (MS Vat. lat. 1098,
ff. 77^{vb}–78^{ra}) 330–333 Resp. Aug., *De lib. arb.* 2.19 (CCL 29, 272)

cum id a quo fit aversio, scilicet summum bonum, sit unicum, et id ad quod fit conversio sit multipliciter, scilicet bonum commutabile, erit aversio unica. Sed conversio totiens quot sunt bona commutabilia. Sed bona commutabilia, scilicet
 335 omnia praeter Deum, sunt infinita. Et ideo conversiones tales infinitae et peccata infinita; *Ps.*: “Quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus” etc.

Tamen sicut genera bonorum commutabilium sunt finita – licet species et individua infinita – similiter peccatorum genera numerum quemdam habent finitum, licet individua et species specialissimae peccatorum sint infinitae. Et quia potest
 340 esse conversio ad bonum commutabile, desperatum aut speratum aut habitum, ideo cum relicto Deo est conversio ad bonum commutabile desperatum, est genus peccati quod est acedia vel saeculi tristitia. Hugo de Sancto Victore: “Acedia est ex confusione mentis nata tristitia sive taedium et amaritudo animi immoderata qua spiritualis iucunditas exstinguitur, et quodam desperationis principio
 345 mens in semet ipsa subvertitur.” Cuius signum est quod hoc peccatum frequentius accidit relinquentibus Deum, ut habeant bona commutabilia. Sed postea eis frustrati desperant recuperare, ut divitibus saecularibus prius Deum relinquentibus, deinde divitias pro quibus Deum reliquerunt perdentibus, vel religiosis, scilicet relinquentibus prius commutabilia propter Deum, deinde Deum, nec valentibus
 350 recuperare commutabilia relicta.

Conversio autem ad bonum habitum relicto Deo parit superbiam. Conversio autem ad bonum speratum est multipliciter. Potest enim quod speratur esse bonum simpliciter aut aestimatum bonum. Et bonum aestimatum est dupliciter. Relinquentes enim Deum eo ipso et non amant proximum. Et ideo aestimant sibi
 355 bonum aliorum, scilicet proximorum, malum; quod est dupliciter, scilicet vel mali illatio vel boni habiti privatio. Si appetit mali illationem, tunc est ira, quae est appetitus vindictae. Si appetit in proximo boni habiti privationem, tunc est invidia, quae est dolor de bono alieno, et per consequens amor damni.

Si est conversio ad bonum non aestimatum commutabile, hoc erit tripliciter: vel concupiscibile tactui aut gustui aut visui. Tactui luxuria; gustui gula; visui
 360 cupiditas vel avaritia, quae vocatur “oculorum concupiscentia,” I *Ioan.* 2. De quo *Eccle.* 5: “Quid prodest possessori, nisi quod cernit divitias oculis suis?”

Quare autem secundum olfactum et auditum non sunt vitia insuper duo. Ratio esse potest, quia his sensibus raro aut numquam mortale peccatum committitur.

332 fit¹] sit R 334 quot] quotiens B || bona commutabilia²] om. B 336 circumdederunt] circumderunt B 338 habent] habeant P 339 sint] sunt O 346 ut] et P || eis] om. C 346–347 frustrati] frustrari P 347 relinquentibus] corr. ex delinquentibus C 355 aliorum] alienorum B 356 mali illatio] nulli illatum B || appetit] aperit B 359 conversio] aversio P || bonum] simpliciter add. O, add. marg. C || non] tantum add. O, add. marg. C || aestimatum] aestimant B 361 vel avaritia] om. C 363 sunt] sint C 364 quia] quod B

336 *Ps.* 39,13 342–345 Hugo de S. Victore, *De fruct. carnis et spiritus*, cap. 7 (PL 176, 1001) 361 I *Ioan.* 2,16 362 *Eccle.* 5,10

Vel si est mortale, cadit in genus aliud frequenter. Insuper olfactus ad gustum 365
pertinet; eo enim alimentum sumitur. Unde Augustinus *De libero arbitrio* lib. 2:
“Etiam naribus alimentum nos capere medici docent.” Auditui autem non re-
spondet proprie peccatum mortale, cum ad ipsum proprie pertineant sonorum
harmoniae, licet enim his delectando peccare possimus. Si quidem ad lasciviam
movent, ad peccatum luxuriae pertinent. Si ad devotionem, tunc peccata non 370
sunt. Et is forsitan est effectus eorum praecipuus et naturalis. Unde potius canti-
lenarum harmoniis utitur ecclesia quam vel odoribus vel coloribus vel saporibus
vel tangibilibus, ut ad devotionem homines provocentur. Hinc etiam est quod
cum aliorum sensuum organa clausuras habeant, huius sensus organa praecipue
sine clausione patentissima sunt, quia huius sensus obiectum, scilicet harmoniae 375
sonorum, ad amorem Dei nos excitant.

6 IN SEPTEM POPULIS QUI TERRAM etc., *Deut. 7*: “Cum Dominus Deus
tuus deleverit gentes multas coram te, Hethaeum et Gergesaeum et Amorrhaeum,
Chananaeum et Pherezaeum et Hevaeum et Iebusaeum, septem gentes multo ma-
ioris numeri quam tu es et robustiores te ... percuties eas usque ad internecio- 380
nem.”

7.1 EX SUPERBIA TAMEN OMNIA MALA ORIUNTUR, Gregorius in 31 libro
Moralium: sententiam, non verba omnino pono. Primum in ordine rationalis
creaturae est subdi Deo. Ergo prima inordinatio est nolle subdi Deo. Et haec est
superbia, scilicet amor propriae excellentiae. De hac primo nascitur inanis gloria. 385
Sicut enim eo quod anima Deo subditur, Deo fruitur et sic in veritate gloriatur, sic
unde a Deo avertitur de his quae in se sunt inania inaniter gloriatur. De hac statim
invidia oritur. Dum enim vani nominis potentiam appetit ne alius eam adipisci
queat tabescit. Invidia iram generat. Unde enim animus livoris vulnere sauciatur,
inde mansuetudo amittitur. Ex ira tristitia vel acedia venit, quia turbata mens, 390
cum dulcedinem tranquillitatis amiserit, nihil habeat nisi ex turbatione sequens
maeror pascit. Tristitia ad avaritiam derivatur, quia dum confusum cor laetitiae
bonum in semet ipso amiserit. Unde consolari possit, foris quaerit. De rerum
exteriorum abundantia ventris ingluvies nascitur, de qua luxuria.

7.2 SIBI TRIBUIT, *Ps.*: “Labia nostra a nobis sunt: quis” etc. *Ezech.*: “Ego feci 395
memet ipsum.”

371 sunt] fient P || is] his BCO || forsitan] forsan P 373 est] forsan add. BCO
374 clausuras] clauras (sic) P 375 huius] huiusmodi V 380 quam] om. P 382 31 li-
bro] 13 C 384 ergo ... Deo²] om. (hom.) C 386 subditur Deo²] om. (hom.) CP 387
quae] qui B || inania] inaniam B 388 oritur] nascitur BCO 390 quia] dum add. P
391 cum] om. P || habeat] hanc O; habet P 392 maeror] memor C || pascit]
pascis P || laetitiae] om. B 393 foris] om. B 394 nascitur] oritur BCO 395 quis
etc.] propheta P


366–367 Aug., *De lib. arb.* 2.7 (CCL 29, 249) 377–381 *Deut.* 7,1–2 382–394 Resp.
Greg. Magnus, *Moralia* 31.45 (CCL 143B, 1611) 395 *Ps.* 11,5 395–396 *Ezech.* 29,3

⁸ HUIC NASCITUR SUPERBIA, ID EST AMOR etc. Posset aliter dici, scilicet quod in ipsa aversione voluntatis a Deo, in qua aversione praeponit mens voluntatem suam voluntati divinae, nolens ei subici, est superbia. Deinde in
⁴⁰⁰ conversione ad bonum commutabile est cupiditas.

DISTINCTIO 43

1.1 EST PRAETERA QUODDAM PECCATI GENUS ... Dist. 43.

Cap. 3 MODI AUTEM PECCATORUM,
ubi determinat quotiens sit peccatum



1.1 VERITAS AIT, *Matt.* 12. IN EPISTOLA CANONICA, I *Ioan.* 5: UT QUIS ORET. ‘Quis’, id est quicumque; opus enim est magno intercessore: vel si tales fuerint excommunicati ab ecclesia, pro eis non est orandum publice vel non est
 5 orandum pro eis post mortem. Unde *Glossa* super *Romanos*: “Qui in hac vita non corrigitur, eius venia post mortem frustra postulatur.” NON REMITTETUR EI aliquid de poena debita illi peccato. NEQUE HIC, si poeniteat; NEQUE IN FUTURO, si non poeniteat, quasi dicat ceteris strictius punitur.

1.2 DESPERATIONIS VEL OBSTINATIONIS, secundum quos peccatum in Spiritu Sanctum primo dividitur in obstinationem et impugnationem: et obstinatio in praesumptionem et desperationem; impugnatione vero in impugnationem gratiae vel veritatis agnitae et impugnationem fraternitatis. IMPOENITENS, nolens poenitere vel non habens propositum poenitendi. SICUT CAIN etc., *Gen.* 4: QUAM UT VENIAM MEREAR, id est quam sit illud de quo solet venia mereri.
 15 CUIUS FINIS NON EST, quippe *Ps.*: “Sapientiae eius non est numerus.” Et idem: “Benignitas et misericordia” in ipso. Item, magnitudinis eius non est finis. Sed *Eccli.* 2: “Secundum magnitudinem eius, sic et misericordia eius cum ipso.” PUTANT SUPERARE, isti desperant. ET IDEO POENITENTIAM etc., *Rom.* 2: “Ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Secundum autem
 20 duritiam tuam et impenitens cor thesaurizas tibi iram in die irae.” NUMQUAM DERELINQUERE etc. Isti praesumunt, PATIENTIA DEI ABUTENTES, obstinati scilicet, quia auferunt iustitiae Dei patientiae comitem. PRAESUMENTES, facientes eam prodigam. Sed *Eccli.* 5: “De propitiatu peccatorum noli esse sine metu neque adicias peccatum super peccatum et dicas: Miseratio Dei magna est,
 25 multitudinis peccatorum meorum miserabitur; misericordia enim et ira ab illo cito proximant, et in peccatores respicit ira illius.”

1.2 QUIBUS PLACET MALITIA PROPTER SE. Unde Ioannes Damascenus: “Quemadmodum in corporibus eis qui bene sunt dispositi sana sunt quae secundum veritatem sana sunt, infirmis autem amara videntur dulcia, sic bonum
 30 bono secundum veritatem est voluntarium et malum malo.”

Contra. Dionysius *De divinis nominibus*: “Quaecumque faciunt, per optimum inspectum faciunt. Omnium enim existentium in saeculo principium habet et

7 neque¹ ... poeniteat] *om. (hom.) C* 9 quos] quosdam *corr. ex* quos B 10 Sanctum] *om. BCPRV* 14 venia] veniam C 15 *Ps.*] *om. BCPRV* 18 putant] perveniat B || isti] de *add. P* 19 autem] *om. P* 21 abutentes] attribuentes R 22 iustitiae] iustitiam *corr. ex* iustitiae B 32 inspectum] in aspectum O

2 *Matt.* 12,31–32 || I *Ioan.* 5,16 5–6 Re vera Beda, *In epist. Ioan.*, cap. 5 (CCL 121, 326) 13 *Gen.* 4,13 15 *Ps.* 146,5 16 Resp. *Ps.* 22,6 (versio lat. S. Hieronymi ex hebraeo) 17 *Eccli.* 2,23 18–20 *Rom.* 2,4–5 23–26 *Eccli.* 5,5–7 27–30 Non inveni apud Damascenum. Cf. Nemesius, *De nat. hom.*, cap. 18 (ed. Verbeke-Moncho, 101); coll. ex Alex. Hal., *Glossa in 2 Sent.* 43.4 (ed. Quaracchi, 2:411) 31–33 *Ps.*–Dionysius, *De div. nom.*, cap. 4.19 (PL 122, 1138; *Dionysiaca* 1:236); coll. ex Alex. Hal., ibid.

finem. Neque enim in mali naturam respiciens facit quod facit.” Mali enim est corrumpere aliquid existentium. Nihil autem appetit suam corruptionem. Quare nulli placet malitia.

Solutio. Malum in ratione mali nulli placere potest, cum obiectum voluntatis per se sit bonum. Tamen id quod est malum ratione alicuius boni in eo placere potest; et hoc triplici de causa: quandoque enim inducitur voluntas ad hoc ex infirmitate, et tunc peccatur in Patrem, cui appropriatur potentia; aliquando ex ignorantia, et tunc peccatur in Filium, cui appropriatur sapientia; aliquando vero ex studiosa malitia, et tunc peccatur in Spiritum Sanctum, cui appropriatur bonitas. Et hoc est quod dicit hic: CUI PER SE PLACET etc., id est non inducitur ad hoc neque ignorantia neque infirmitate, sed ex pura malitia, id est sola libidine peccandi. De hoc super *Iob* 33: “Est peccator ex ignorantia, ut Paulus persecutor, quod levissimum est peccatum.” De quo I *Tim.* 1: “Fui blasphemus et persecutor et contumeliosus; sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci.” Est iterum peccator ex infirmitate, ut Petrus negando Dominum (*Matt.* 26), quod gravius est. Et est peccator studio, quod pessimum est; *Ioan.* 15: “Si non venissem et locutus eis fuisset, peccatum non haberent.”

^{1.2} ISTI praesumentes PRAESUMPTIONE PECCANT, impunitatem sibi promittentes. ILLI desperati.

^{1.4} QUIDAM DICUNT, opinio. QUOD SI EST, contra. CRYSTALLUM SUUM, Hieronymus in originali habet ‘crystallum suam’. ALIORUM DOCTORES, ut per eos tamquam pane reficiantur verbis. VINCTOS, id est affirmatos. IN FORTITUDINE, quia in hoc maxime apparet Dei potentia quod tales revocat. CRYSTALLUS, id est sic induratus. SPIRITUS SANCTI impetu; *Ps.*: “Emittet verbum suum et liquefaciet ea, flabit spiritus eius et fluent aquae.”

O quantus calor et fervor huius Spiritus, scilicet Spiritus Sancti, qui crystallum fortissime congelatum, scilicet Paulum et consimiles, dissolvit! Quippe ut dicit Hieronymus super hoc in originali: “Nihil gehenna calidius est, et tamen ipsa frigida est. Gehenna ex igne est: qui satis refrikerit, mittatur in gehennae ignem.”

33 enim²] om. BCP 34 corrumpere] corpore P 36 solutio] ergo B 36–38 cum ... potest] marg. O 36 cum obiectum] marg. B 37 placere] non add. O 39 potentia] item add. O 40 cui ... sapientia] om. BCPRV 41 Sanctum] om. BCPRV 43 sed] om. P 45 peccatum] transp. post quo P 48 peccator] peccatum R 52 si] om. P 53 suam] suum C 56 emittet] emittit P 58 Spiritus Sancti] rep. P 59 congelatum] congelant B || consimiles] similes BPV

44–45 Partim ex Greg. Magnus, *Moralia* 25.11.28 (CCL 143B, 1253); partim ex *Glossa interlin.* in *Iob* 34,27 (ed. princeps, 2:426b); coll. ex Alex. Hal., *Glossa in 2 Sent.* 43.2 (ed. Quaracchi, 2:410) 45–46 I *Tim.* 1,13 47 *Matt.* 26,69–75 48–49 *Ioan.* 15,22 53 Resp. *Ps.* 147,17; Vulg. ed. Sixti V et Clem. VIII 56–57 *Ps.* 147,18 60–61 Hier., *Comm.* in *Ps.* 147,17 (CCL 78, 341)

Nec tamen dissolvitur. De hac infrigidatione, *Matt.* 24: “Abundat iniquitas, et refrigescet caritas multorum.”

1.5 ALII VERO, opinio alia. QUAM COMITATUR IMPOENITENTIA. Hoc dupliciter dicitur: vel quando aliquis non poenitet de peccato quolibet aliqua occasione – et sic quodlibet peccatum posset esse peccatum impenitentiae – vel quando aliquis proponit non poenitere, et hoc proponit finaliter. Et sic accipitur hic, et sic est peccatum in Spiritum Sanctum.

1.5 UT NON POENITEAT, id est ut non proponat poenitere, DISCUTI OPOR-
TET, sed non adhuc, AN ALIUD etc., id est an obstinatio et impenitentia sint diversa peccata. AN IDEM, SED DIVERSIS etc., id est an idem aliquo modo diversificatum et determinatur quod idem, infra hac eadem distinctione, capitulo EST AUTEM ET ALIA. QUOD HOC SOLUM, scilicet proponere non poenitere, et hoc finaliter, VENIAM MERERI NON POTEST. Nullum enim colorem habet excusationis, neque ignorantiam neque fragilitatem; *Iob* 41: “Cor eius indurabitur quasi lapis et stringetur quasi malleatoris incus.” ORATIONIBUS ECCLESIAE VEL HIC etc. Ex hoc arguunt aliqui quod decedentibus in mortali non prosunt suffragia ecclesiae. Sed non oportet; loquitur enim hic de impenitentia, quae est peccatum in Spiritum Sanctum. Est enim duplex impenitentia finalis: una
accidit ex negligentia vel ignorantia. Et hic nihil dicitur quin talibus possint prodesse suffragia ecclesiae. Et est alia in illis qui finaliter proponunt non poenitere, et hoc est in Spiritum Sanctum, et talibus non prosunt suffragia ecclesiae. IUVARI NON POTEST, potest suppleri quin aeternaliter puniantur, et hoc est contra haeresim Origenis. TAMQUAM LAPIDEM, *Iob* 41: “Cor eius indurabitur quasi
lapis.”

De peccato in Spiritum Sanctum quaeritur primo quid sit; secundo, quotiens sit; tertio, quare irremissibile sit.

[QUID SIT PECCATUM IN SPIRITUM SANCTUM]

Quid sit diversi diversimode assignant. Ut enim dixit Magister supra hac eadem distinctione, capitulo SED QUAERITUR QUID SIT ISTUD, in principio,

63 refrigescet] refrigescit P 69 ut²] om. BP || proponat] proponit P 70 et] om. P
72 diversificatum] diversificatur C || determinatur] determinatum P || infra] in P
77 aliqui] om. C 78 impenitentia] impotentia P 79 peccatum] potentia P 80 pos-
sint] possunt C; corr. ex possunt B 82 prosunt] possunt corr. ex prosunt B 88 diversi]
om. C; rep. O || Magister] om. P

62–63 *Matt.* 24,12 72–73 N. 6 (ed. Grottaferrata, 1:575) 75–76 *Iob* 41,15 83–84
Resp. *Canones adversus Origenem*, can. 9 (*DS* 97, n. 211) 84–85 *Iob* 41,15 88–89 N. 2
(ed. Grottaferrata, 1:572–73)

ipsum est desperatio vel obstinatio. Secundum Augustinum, ut dicit Magister in- 90
fra, capitulo EST AUTEM ET ALIA, hoc peccatum est impugnatio fraternitatis
et gratiae. Secundum Ambrosium vero, ut patet infra capitulo DE HOC QUO-
QUE PECCATO, est impugnare Spiritum Sanctum. Secundum magistros vero
sic definitur: peccatum in Spiritum Sanctum est oppositum per se gratiae Spi-
ritus Sancti, qua est unitas corporis ecclesiae. Item, aliter peccatum in Spiritum 95
Sanctum est odium Dei ex sola nascens malitia.

Quid igitur unum in tanta diversitate tenendum? Et quomodo non contraria
vel discordantia sunt haec? Sed non sunt haec sibi adversa, licet sint diversa.
Sed cum hoc peccatum sit multiplex, aliqui de una specie, alii de alia locuti sunt.
Universaliter autem aestimo peccatum in Spiritum Sanctum esse amorem pure 100
voluntarium mali, voluntarium culpa, et odium pure voluntarium boni gratiae.
Et dico 'pure voluntarium', ut excludatur amor mali culpa ex infirmitate vel ex
ignorantia. Et quia tam amor quam voluntas et bonum et gratia per appropria-
tionem conveniunt Spiritui Sancto, et ideo amor omnino voluntarius boni gratiae,
et per consequens odium omnino voluntarium mali culpa, per appropriationem 105
est opus Spiritus Sancti. Ideo hoc peccatum quod est amor odio habiti a Spi-
ritu Sancto; et odium amati ab eodem dicitur 'Spiritus Sancti impugnatio'. Et
ideo bene hoc peccatum dicitur 'peccatum in Spiritum Sanctum' potius quam in
Patrem vel Filium, quia hoc peccatum opponitur appropriatis Spiritui Sancto.

[QUOTIENS SIT PECCATUM IN SPIRITUM SANCTUM]

Sequitur de secundo: communiter dicitur peccatum hoc habere species sex, 110
scilicet desperationem, praesumptionem, obstinationem, impugnationem verita-
tis agnitae, vel impugnationem fraternitatis invidentia; item, finalem impeniten-
tiam.

Sed aestimo quod tantum sunt quattuor, quamvis verum sit quodlibet horum
esse peccatum in Spiritum Sanctum. Quaedam enim horum sunt communia ad 115
reliqua. Unde sic potest dividi hoc peccatum. Cum hoc peccatum sit amor mali
culpa, et odium boni gratiae – amor autem culpa est obstinatio in culpa, et
odium boni gratiae est gratiae impugnatio – potest hoc peccatum primo divi-
di in obstinationem culpa et impugnationem gratiae. Obstinatio autem culpa
contingit dupliciter: tum quia consideratur Dei misericordia sine eius iustitia 120

91 fraternitatis] supernitatis B 99 alia] vel altera add. O 101–102 mali ... volunta-
rium] om. (hom.) P 104 culpa] gratiae P 107 ab eodem] om. CPR 112 fraternitatis]
et est add. V || invidentia] invidentiam BCO, marg. R || item] et B 116 hoc
peccatum¹] om. B 117 obstinatio] abstinatio P

90–92 Aug., *De serm. Domini in monte* 1.22 (CCL 35, 82sq.) 90–91 N. 6 (ed. Grotta-
ferrata, 1:575) 92–93 Ambr., *De Spiritu Sancto* 1.3 (CSEL 79, 37sq.) || N. 10 (ed.
Grottaferrata, 1:576) 93 Resp. Alex. Hal., *Glossa in 2 Sent.* 43.6 (ed. Quaracchi, 2:412)

– unde oritur credulitas quod Deus peccatum non puniet, et est praesumptio de Dei misericordia – tum quia consideratur post commissum peccatum Dei iustitia sine eius misericordia – et sic efficitur desperatio de venia. Et sic duae species obstinationis sunt praesumptio et desperatio.

125 Similiter impugnatio gratiae est dupliciter. Cum enim sit gratia veritatis infusa aspectui mentis, et gratia bonitatis infusa affectui, erit et hic una species impugnatio veritatis agnitae, et alia bonitatis agnitae in fratre. Et haec dicitur ‘invidentia’ vel ‘fraternitatis impugnatio’. Et sic huius peccati sunt duae species primo; deinde quaelibet habet duas; et sic sunt quattuor specialissimae species.

130 Et haec tunc propriissime dicuntur ‘peccata in Spiritum Sanctum’, cum cuilibet eorum annexa fuerit finalis impenitentia. Ideo videtur mihi finalem impenitentiam non esse speciem aliam a dictis, sed dictarum complementum.

Et nota quod cum sint tres virtutes theologicae tamquam Spiritus Sancti dona principalia, scilicet fides, spes, caritas: spei opponuntur praesumptio et desperatio; fidei, impugnatio veritatis agnitae; caritati, invidentia.

[UTRUM QUAELIBET INVIDIA SIT
PECCATUM IN SPIRITUM SANCTUM]

1. Sed merito quaeritur utrum quaelibet invidia sit peccatum in Spiritum Sanctum.

2. Item, impugnatio veritatis agnitae videtur esse potius peccatum in Filium, cui appropriatur veritas, quam in Spiritum Sanctum.

140 Solutio. Ad primum dicendum quod non quaelibet invidia est peccatum in Spiritum Sanctum, sed potius illa invidia quae impugnat supernum bonum. Non quia sibi nocivum sit supernum bonum, sed tantum ex odio superno et pura malitia.

Ad secundum. Licet veritas approprietur Filio, tamen agnitio veritatis est donum Spiritus Sancti. Unde dicitur ‘spiritus veritatis’, *Ioan.* 16: “Spiritus veritatis qui a Patre procedit.” Et infra: “Ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.” *I Cor.* 12: “Alii per Spiritum datur sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eundem Spiritum.”

[QUARE IRREMISSIBILE SIT]

De tertio. Videtur quod hoc peccatum non sit irremissibile. Dicit enim super
150 illud *Ps.*, “Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates

121 quod] quia P 125 est] dicitur O 125–126 infusa¹] appetitui vel *add.* P 127 et¹] vel P 128 duae] istae P 139 quam] *om.* P 144 agnitio] agnitam P 148 eundem] eiusdem P 150–151 qui² ... tuas] *om.* P

145–146 *Ioan.* 16,26 146–147 *Ioan.* 16,13 147–148 *I Cor.* 12,8 150–151 *Ps.* 102,3

tuas,” *Glossa*: “Omnipotenti medico nullus occurrit insanabilis morbus.” Ergo omne peccatum remissibile.

Solutio. Irremissibile potest privare possibilitatem remissionis in peccante vel potentiam remittendi in Omnipotente, sicut cum dicitur demonstrato caeco nato, impossibile est hunc videre. Si negetur potentia Omnipotentis, falsa est. Est enim sensus: nulla est potestas qua possit fieri videns. 155

Contra. *Luc.* 1: “Non erit impossibile apud Deum omne verbum.” Si vero negetur possibilitas caeci, vera est. Est enim sensus quod in caeco tali non est possibilitas ad videndum; est enim potestas in Deo respectu multorum, respectu quorum non est possibilitas in materia vel natura. Et hanc distinctionem docuit nos ipsa Veritas cum dixit, *Marc.* 10: “Apud homines impossibile est, sed non apud Deum.” Similiter cum dicitur ‘peccatum irremissibile’, non significatur negatio potestatis in Deo, sed possibilitatis in maligno; et ita *Glossa* inducta pro me facit, non contra me. 160

Quod si dicas quod hac ratione omne peccatum dici posset ‘irremissibile’, dico quod non. In peccatis enim quae fiunt ex infirmitate vel ignorantia, ipsa peccata non sunt omnino volita. Et quantum est in eis de non volito, tantum est in eis de possibilitate et aptitudine ad remissionem. Sed in peccato in Spiritum Sanctum, quod fit ex sola malitia, quia est omnino volitum, in ipsis peccantibus nihil est voluntatis, et ita nihil aptitudinis ad remissionem. Et haec est una ratio quare prae ceteris peccatis dicitur ‘irremissibile’. 165 170

Item, triplex est gratia Spiritus Sancti, scilicet gratia innocentiae, quae fuit in Adam ante peccatum, quae perdita est per peccatum originale ei oppositum; et gratia fidei generalis, quae datur in baptismo, delens originale peccatum, tamquam remedium, quae gratia perditur per peccatum actuale; et gratia poenitentiae, quae liberat ab actuali. Igitur peccatum impugnans gratiam innocentiae, scilicet originale, remedium habet gratiam baptismalem. Et peccatum impugnans gratiam baptismalem habet remedium gratiam poenitentialem. 175

Sed peccatum impugnans gratiam poenitentialem non habet remedium, quia non est gratia quarta. Et hoc est peccatum in Spiritum Sanctum. Quaelibet enim dictarum quattuor specierum, unde secum habet tamquam complementum finalem impenitentiam, in tantum opponitur gratiae poenitentiali; *Hebr.* 6: “Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum caeleste et participes facti sunt Spiritus Sancti, gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum 180

159 potestas] possibilitas C || Deo] deum B 161 ipsa] prima V || Marc. ... apud] quod P 167 volito] volita O 169 Sanctum] om. BCPRV 174 et] item O || peccatum] om. BP 180 in] om. B 181 quattuor] quarta P

151 Petr. Lomb., *Collect. in Ps.* in h.1. (PL 191, 920) 153–155 Resp. *Ioan.* 9,1–33 157 *Luc.* 1,37 161–162 *Marc.* 10,27 163 Resp. supra, Petr. Lomb.: “De tertio videtur quod hoc peccatum non sit irremissibile,” *Collect. in Ps.* 102,3 (PL 191, 920) 182–185 *Hebr.* 6,4–6

185 virtutesque saeculi futuri et prolapsi sunt, renovari rursus.” Sic ergo quaelibet harum specierum duplici ratione dicitur ‘irremissibile’, tum quia fit ex pura malitia – et ita est omnino volitum – tum quia habet finalem impenitentiam secum.

1.6 AUGUSTINUS DEFINIENS, super *Matt.* 5: PER GRATIAM OPPUGNAT etc. Ecce impugnatio veritatis agnitae. OPPUGNAT ALIQUIS FRATERNITATEM. Exemplum Augustini est de Alexandro aerario, qui iam supererat, et invidendo fraternitatem impugnabat, et ideo pro eo non orat tamquam peccante in Spiritum Sanctum. Unde II *Tim.* 4: “Alexander aerarius multa mala ostendit mihi; reddet ei Deus secundum opera eius; quem et tu devita, valde enim restitit verbis nostris” – ecce veritatis agnitae impugnatio ex invidentia fraternitatis. 195 Sed statim subdit de peccantibus ex infirmitate et pro eis orat: “In prima mea defensione nemo mihi astitit, sed omnes me dereliquerunt; non illis imputetur” – ecce oratio pro peccantibus ex infirmitate; *Luc.* 23: “Pater, dimitte illis; non enim sciunt quid faciunt” – ecce oratur pro peccantibus ex ignorantia.

1.6 ET ADVERSUS IPSAM GRATIAM etc. Ecce invidentia gratiae. QUOD FORTASSE, scilicet si fuerit cum finali impenitentia. UT DEPRECANDI HUMILITATEM etc. Et causa forte haec est, quia peccatum ex infirmitate vel ex ignorantia est quodammodo nolitum, quia non est omnino volitum. Sed peccatum tale est omnino volitum, et sic peccans; nullo modo vult oppositum eius quod committit, et ideo non rogat vel petit veniam. IUDAS, CUM DIXIT, *Matt.* 27.

205 1.7 QUONIAM HOC PUTARE DIXI ME. Dixit enim fortasse supra isto eodem capitulo: in auctoritate Augustini ibi QUOD FORTASSE PECCARE EST etc. DE QUO NON DESPERATUR, ergo a contrario sensu imprudenter oratur pro eo de quo desperatur, ut pro quolibet damnato. Solutio. Non oratur ut non puniatur aeternaliter, sed ut minus puniatur. Vel non oratur pro eo nisi oratione generali.

210 1.7 PRO OMNI ESSE ORANDUM, saltem oratione generali: hoc dico pro excommunicatis.

1.8 POSTQUAM FINIERIT, id est finivisse agnitus sit. IUDICARE, id est damnare. NEQUE DE ILLO DESPERARE DEBEMUS, SED PRO ILLO ORARE.

Contra. Supra isto eodem capitulo de Alexandro aerario.

215 Solutio. In publico non est orandum, sed in privato. Vel ideo Paulus pro illo non oravit, quia per revelationem noverat eum damnandum, quia perseveraturum in illo peccato. Sed tamen, licet pro talibus non sit orandum in publico, tamen

189 agnitae] *om.* P 191 impugnabat] oppugnat P 195–197 et ... infirmitate] *om.* (*hom.*) R 200 deprecandi] praedicandi P 208 de] pro P || non²] *om.* CP 217 in publico] supplico P

188–189 Aug., *De serm. Domini in monte* 1.22 (CCL 35, 82) 188 *Matt.* 5,1–48 190–192 Resp. Aug., *De serm. Domini in monte* 1.22 (CCL 35, 83) 192–194 II *Tim.* 4,14–15 195–196 II *Tim.* 4,16 197–198 *Luc.* 23,34 204 *Matt.* 27,4–5 205–206 N. 6,6–13 (ed. Grottaferrata, 1:575)

contra tales non est orandum, quia universaliter dictum est; *Rom.* 12: “Benedicite et nolite maledicere.” Et ideo non dixit Paulus ‘reddat’, sed ‘reddet’, tamquam non orans, sed praedicens prophetice tamquam sibi revelatum.

220

1.8 NON POTEST IUDICARI damnatus. DE NULLO ENIM DESPERANDUM, *Rom.* 2. “Quacumque hora ingemuerit peccator,” etc., ut dicitur *Ezech.* 18. PRO SINGULIS PECCATORIBUS etc. Augustinus: Melius est ut semper sit oratio quibus non prodest quam ut subtrahatur quibus prodest. MIRABILITER, id est miraculose vel interna inspiratione.

225

1.9 QUAE UTIQUE OBSTINATIO, scilicet communiter, ESSE VIDETUR. ‘Obstinatio’ hic non dicitur peccatum in quo quis induratus est, quia sic omne peccatum dici posset ‘obstinatio’, sed id quo quis induratur: ut cum quis fornicatur ex nimio fornicandi amore venit in falsam opinionem, ut credat Deum ita misericordem, ut nullum aeternaliter pro hoc puniat, et ideo proponit se numquam poenitere. Igitur peccatum luxuriae, in quo induratus est, non est obstinatio, sed illa praesumptio de misericordia Dei.

230

1.10 DE HOC QUODQUE PECCATO IN SPIRITUM SANCTUM. Summa huius capituli est quod haec divisio peccatorum aliud ex ignorantia, aliud ex infirmitate, aliud ex pura malitia, non est secundum proprietatem, sed secundum appropriationem tribus personis. DOMINUS DIXIT, *Matt.* 12. IN FILIUM contra humanitatem Filii. SED SI QUIS CORPORIS SPECIE DECEPTUS, id est si quis non credat veram Christi carnem sub specie panis latitare, scilicet verum hominem, et hoc credat per hoc quod attendit alia corpora humana illi non assimilari. SPIRITUS SANCTI DIGNITATEM, in qua est aequalis Patri et Filio. EXHORTATIO, id est excusatio. UBI SACRILEGII PLENITUDO EST, quia negat fontem veniae. QUOD ILLI AUGUSTINI etc., supra, cap. eodem EST AUTEM ET ALIA.

235

240

1.11 TERTIUM EXPOSITUM EST, supra cap. SED QUAERITUR QUID. DICTUM EST SUPERIUS, lib. 1, dist. 34, cap. ID ERGO.


245

220 sed] licet B 221 nullo] malo R 222 ut dicitur] om. V 226 scilicet communiter] om. BCP; interlin. OR || esse] interesse P 228 ut] vel CV 229 fornicandi] om. P 233 quodque] quoque P || huius] igitur P 236 Dominus ... *Matt.* 12] om. BCPRV 239 credat] credit R 242 veniae] venire C

218–219 *Rom.* 12,14 219 II *Tim.* 4,14 221–222 Ps.-Aug., *De vera et falsa poen.*, cap. 17 (PL 40, 1128) 222 *Rom.* 2,4 || *Ezech.* 18,21 223–224 Ad sensum: Ps.-Aug., *De vera et falsa poen.*, cap. 17 (PL 40, 1128) 236 *Matt.* 12,32 242–243 N. 6 (ed. Grottaferrata, 1:575) 244 N. 2 (ed. Grottaferrata, 1:572–73) 245 Resp. lib. 1, dist. 34, cap. 4, n. 1 (ed. Grottaferrata, 1:252–53)

DISTINCTIO 44

1.1 POST PRAEDICTA, CONSIDERATIONE ... Dist. 44. Quia, ut dicit Philosophus, potentias per actus cognoscimus, dicto de actu peccati agit hic consequenter de potentia peccandi; divisionem sic accipe.



1.2 BONA AUTEM voluntas. ET COGITATIONIS bonae. GRAVATUR etc., *Sap.* 9. PER SIMILITUDINEM VOLUNTATIS, id est per similitudinem sumptam a voluntate. QUOD ILLA potentia boni. SIT A DEO, non illa potentia mali.

1.3 AIT ENIM APOSTOLUS, *Rom.* 13. VERITAS DICAT, *Ioan.* 19. TOLLERET IOB, dative. MITTE MANUM, *Iob* 1. SAPIENTIA AIT, *Prov.* 8. UNDE IOB, cap. 34. DEDI EIS REGEM, *Osee* 13.

10

[UTRUM POTESTAS PECCANDI SIT
POTESTAS ET UTRUM SIT A DEO]

1.3 POTESTAS AUTEM NON EST NISI A DEO.

Quaeritur primo an potestas peccandi sit potestas; deinde si est potestas, an a Deo sit vel non.

2–3 consequenter] communiter C 3 divisionem ... accipe] *om.* PV || divisionem] dictum R 4 cogitationis] cognitionis P 9 mitte] mittere P 10 13] *Ezech.* C 12 a] *om.* B

1–2 Resp. Arist., *Metaph.* 9.9 (1051a 29–33) 5 *Sap.* 9,15 8 *Rom.* 13,1 || *Ioan.* 19,11 9 *Iob* 2,5 || *Prov.* 8,15–16 10 *Iob* 34,30 || *Osee* 13,11

1. Quod non sit potentia videtur. Quippe potentia moriendi corporaliter non est
 15 potentia, sed potius impotentia. Igitur potentia moriendi spiritualiter non est
 potentia, sed impotentia tantum.

2. Item, angelus confirmatus in bono habet quidquid habuit ante confirmationem.
 Quippe confirmatio aliquid attulit, nihil abstulit. Sed post confirmationem non
 habuit potentiam peccandi. Ergo nec ipsa est potentia.

20 3. Item, cum Deus sit omnipotens, quidquid potentiae est potest Deus. Sed
 peccare non potest Deus. Ergo posse peccare non est potentia.

4. Item, si est potentia, quaeritur an a Deo sit vel non. Sed si potentia est,
 constat a Deo est, quia *Rom.* 13: "Omnis potestas a Deo est." Item, sicut potestas
 vegetabilis vel sensibilis a Deo est, sic tota potestas rationalis a Deo est. Sed
 25 potestas rationalis valet opposita. Ergo ipsa potestas qua potest peccare et non
 peccare est eadem potestas et a Deo.

Contra. Potentia est a qua actus egreditur, et ideo potentia est causa actus.
 Ergo potentia peccandi est causa actus quod est peccare. Et Deus est auctor
 huius potentiae. Ergo est auctor peccati.

30 5. Item, quid est quod dicit Aristoteles: "Potest enim Deus et homo prava agere?"

[SOLUTIO]

Solutio. Aestimo quod eadem potentia est qua peccatur et non peccatur, scili-
 cet potestas liberi arbitrii sive potestas rationis. Sed unde est potestas peccandi,
 inde est potestas diminuta. Et unde est potestas diminuta, inde impotens est. Et
 ideo unde est potestas peccandi, potentia impotens est. Unde ergo potestas illa
 35 peccare potest, inde impotentia est potius quam potentia.

Ad primum ergo dicendum quod potestas moriendi corporaliter est omnino
 impotentia, quia non est eadem potentia qua potest mori et non mori. Potentia
 enim non moriendi est potentia naturalis non rationalis, et ideo non eadem valet
 opposita.

40 Ad secundum patet quod est commutatio praedicamenti. Cum enim dicitur
 'quidquid potentiae habuit angelus ante confirmationem habet et post', verum
 est 'quidquid potentiae'. Sed non est verum quod eodem modo habuerit illam
 potentiam post, quo modo habuit ante. Habuit enim eam ante ut impotentem,
 quia potentem peccare; post vero confirmationem habuit eam potentem, non im-
 45 potentem. Unde cum assumit 'sed ante habuit potentiam peccandi', assumit sub
 quidquid quod non est quid vel aliqua potentia, sed potentiae modus.

14 potentia²] potestas O || corporaliter] temporaliter O 32 est] *om.* BCPR 33 unde] inde BC || impotens] potens P 42 habuerit] habuit P 43 eam] *om.* B || ut] *om.* C

23 *Rom.* 13,1 30 *Resp. Arist., Top.* 4.5 (126a 34–35); cf. *Auctoritates Aristotelis*, n. 68 (ed. Hamesse, 326)

Ad tertium similiter responderi potest. Communicatur enim quid in quale, sicut diceretur omnis potentia est in Deo. Sed potentia impotens vel diminuta est potentia. Ergo est in Deo.

Ad sequentem vero quaestionem responderi potest, quia quidquid potentiae est in potentia peccandi et non peccandi a Deo est. Quidquid diminutionis vel imperfectionis ibi est, est unde ex nihilo est.

Ad obiectum vero dicendum quod cum dico potentia peccandi, duo dico, scilicet potentiam quae eadem est, et non peccandi; et cum additur ‘peccandi’, modus eius dicitur, scilicet impotentia vel imperfectio. Haec igitur potentia peccandi, unde potentia est, a Deo est; et non unde potentia est, causa actus quod est peccare. Sed unde peccandi est potentia, id est unde diminuta est et imperfecta, inde causa est talis actus. Et unde imperfecta est, non est ex Deo, sed ex nihilo; et ibi est fallacia accidentis.

Ad ultimo quaesitum responde quod haec ‘Deus potest prava agere’ simpliciter intellecta falsa est; tamen ea quae nunc sunt prava potest Deus, id est actus illos nunc deformatos potest Deus, sed non in quantum sunt deformati. Quia si illos actus faceret, eo ipso deformitate carerent. Non enim dimittit illos actus quia mali sunt, sed potius quia dimittit eos, id est quia non vult ea facere vel fieri, ideo sunt mali. In actus igitur qui subsunt deformitatibus potest; in deformitates autem ipsas non potest.

^{1.3} ET HOC ABDITA etc. ET HOC, id est potestas datur huic vel illi a Deo. ELATIONEM, id est abusum potentiae.

^{2.1} APOSTOLUS DICIT, *Rom.* 13: POTESTATI RESISTIT, id est inoboediens est. POTESTAS MALI faciendi. NON ESSE RESISTENDUM VIDETUR. Contra. *I Petri* 5: “Adversarius vester diabolus”; et sequitur: “Cui resistite fortes in fide”; *Iac.* 4: “Resistite diabolo et fugiet a vobis.”

^{2.2} DE SAECULARI POTESTATE. Unde *Eph.* 6: “Servi, oboedite dominis carnalibus cum timore et tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo”; *I Petri* 2: “Subiecti estote omni creaturae humanae propter Deum: sive regi tamquam praecellenti, sive ducibus tamquam ab eo missis.” QUIBUS NON EST RESISTENDUM etc. Quamvis etiam sint mali, *Matt.* 23: “Super cathedram Moysi sederunt scribae et pharisaei: omnia ergo quaecumque dixerint vobis servate et facite, secundum opera eorum nolite facere;” *I Petri* 2: “Servi, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam dyscolis.” Haec

47 communicatur] commutatur BP 48 sicut] si add. O || vel] sed P 50–51 quia ... peccandi¹] om. P 54–55 et² ... peccandi] rep. P 55 scilicet] om. P 56 a ... est³] om. (hom.) P 57 id est] in P 66 ipsas] ipse C 67 abdita] addita OP || et²] de ed. || id] om. C 72 resistite] resistit P 76 non] enim R

69 *Rom.* 13,2 71 *I Petri* 5,8 71–72 *I Petri* 5,9 72 *Iac.* 4,7 73–74 *Eph.* 6,5 74–76 *I Petri* 2,13 77–79 *Matt.* 23,2 79–80 *I Petri* 2,18

est enim gratia. EXHIBERI, *Matt.* 22: “Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt Dei;” *Rom.* 13: “Reddite omnibus debita: cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem.”

2.2 TUNC RESISTENDUM EST, alioquin praeponeres creaturam Creatori.

85 Contra. *Iob* 32: “Deum homini non aequabo”; *Ps.*: “Quis in nubibus aequabitur Domino.”

2.2 SI QUID IUSSERIT CURATOR. Curator est qui datus est ad custodiam rei publicae; *Gal.* 4: “Sub tutoribus.” ET ALIUD IUBEAT IMPERATOR etc. Oboedientia est obtemperatio secundum regulam sacrae Scripturae superiori debita.

90 ILLO CONTEMPTO imperatore vel proconsule. ILLI proconsuli vel imperatori, ALIUD IMPERATOR, ALIUD DEUS etc., *Act.* 5: “Oboedire oportet Deo, magis quam hominibus.” CONTEMPTO ILLO imperatore. OBTEMPERANDUM EST DEO, *Eccle.* 5: “Excelso, alius excelsior est.” TUNC RESISTAMUS, *Eccle.* 10: “Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris.”
95 SIC ENIM DEUS PRAECEPTUM, *Matt.* 10: “Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potius timete eum qui potestatem habet et animam et corpus mittere in gehennam.” UT IN MALIS, id est in mortalibus.

Sed numquid oboediendum in venialibus? Credo quod non. Et hoc voluit
100 Apostolus, *Rom.* 13: “Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit,” quasi dicat semper sublimiori oboediendum, non semper inferiori; et ita Deo prae omnibus qui vetat venialia.

82 et ... Dei] *om.* P || tributum²] tributu P 84 praeponeres] praeponens B 87 est²] datur O 87–88 rei publicae] rerum pupilli O 90 proconsule] consule P 97 mittere ... gehennam] perdere P 99 credo] *om.* P 101 sublimiori] sublimior P 102 venialia] explicit liber secundus *add. m. post* B; explicit liber secundus, incipit introitus in tertium librum *add. V*

81–82 *Matt.* 22,21 82–83 *Rom.* 13,7 85 *Iob* 32,21 85–86 *Ps.* 88,7 88 *Gal.* 4,2
91–92 *Act.* 5,29 93 *Eccle.* 5,7 93–94 *Eccle.* 10,4 95–97 *Matt.* 10,28 100 *Rom.* 13,1

Appendix A

(ad dist. 12, l. 33)

QUAESTIO DE AETERNITATE MUNDI

3.1 IN PRINCIPIO CREAVIT. Huius Scripturae sensus litteralis multiplex est: uno enim modo non exprimitur hic nisi creatio creaturae corporalis; alio autem modo exprimitur hic creatio et naturae corporalis et spiritualis. Primo modo sic exponitur: “In principio (temporis) creavit Deus caelum et terram”: ‘caelum’, id est continens omnia infra se corpora, id est supremum corporum – non dico caelum firmamenti, sed caelum superius, scilicet empyreum. Quod enim hoc de empyreo intelligendum sit dicunt Hieronymus, Strabus, Beda, Ioannes Damascenus, Basilius, licet Gregorius Nizenus et Iosephus aestiment hoc caelum non esse aliud quam firmamentum secundo die factum.

“Et terram hanc quam calcamus; quae terra adhuc ‘inanis’, quia nondum germinaverat terrenascentia; ‘et vacua’ ab animalibus quae erant eam inhabitatura. Et per hoc quod sequitur, ‘tenebrae erant super faciem abyssi’, insinuat quod totum medium spatium inter caelum et terram, id est supremum corpus et infimum, repleverunt aquae simul factae cum caelo et terra. Quas tamen forte non dicit factas ‘cum’ caelo et terra, quia illae erant materiales rebus fiendis inter caelum et terram. In principio enim mundi moles, etsi non omnes mundi species, perfecta est. Super abyssum itaque aquarum mediarum erant tenebrae, quia nondum erat lux tenebras earum illustrans; et ‘spiritus Domini (id est bona voluntas eius) ferebatur super has aquas’ per intentionem educendi eas in species visibiles. Quod ut fieret, verbo Dei primo de his aquis facta est lux corporalis,

Hic textus invenitur in proprio loco in Commento tantum in P. Additur autem in R ad finem codicis. Hunc omittunt codices ceteri, sed notatur in margine C quod deest quaestio de creatione mundi (“hic deest quaestio de creatione vel incoatione mundi quae scripta est una cum quaestione de luce in parvo volumine ante quaestionem de haeresibus”). Haud est igitur dubium quod scripta est a Fishacre. (Resp. cap. 2, Life and Works of Richard Fishacre, 34–36). Ed. in R. James Long, “The First Oxford Debate on the Eternity of the World”, RTPM 65,1 (1998), 57–96.

3 principio] prima expositio add. marg. P; una expositio add. marg. R 4–5 alio ... corporalis] om. (hom.) R 6 exponitur] una expositio add. marg. R 6–7 caelum] marg. P 10 Nizenus] corr. ex nicens P; nisenus R 14 quod¹] marg. P 15 corpus] marg. P 22 Dei] deo P

3 Gen. 1,1. Resp. Petr. Lomb., 2 Sent. 12.3.1 (ed. Grottaferrata, 1:385) 6 Gen. 1,1 10 Resp. Greg. Nyss., De hominis opificio 1.1 (ed. Forbesius, 115) || Iosephus, Antiquitates Iudaicae 1.1.1 (ed. Blatt, 127) 12–26 Rob. Gross., Hex. 1.7 (ed. Dales-Gieben, 56–57) 12 Gen. 1,2 13 Ibid. 14 Ibid. 20–21 Ibid.

aquarum dictas tenebras usque ad terram illustrans, et spatium diurnum, scilicet
24 horarum aequinoctialium, sic dividens ut in earum medietate terrae habitatio-
nem illustraret et in altera medietate eidem lucem subduceret, et sic fecit diem
25 et noctem, quae sunt unus dies naturalis.”

Hoc sic “crediderunt Beda, Ambrosius, Iosephus, Hieronymus, et Basilius.
Vel nomine ‘caeli’ et ‘terrae’ possunt comprehendi et omnia creanda, deinde per
partes explicanda; vel per ‘caelum’ etc. intelligitur forma prima et materia prima;
30 his igitur tribus modis tantum corporalium creatio exprimitur.”

Sunt et alii modi quibus omnis creaturae tam spiritualis quam corporalis crea-
tio exprimitur, et secundum hoc hic exponit Magister, ut per ‘caelum’ spiritualis
creatura, per ‘terram’ corporalis intelligatur, et utraque adhuc imperfecta et in-
formis.

35 “Vel per ‘caelum’ intelligatur spiritualis creatura perfecta et beata; per ‘ter-
ram’ vero corporalis materia adhuc imperfecta, cuius informitatem insinuat su-
biungens: ‘Terra autem erat inanis et vacua’.”

Quia vero nomen ‘principii’ multipliciter dicitur, ut intelligamus quomodo
hic accipitur, sciendum quod principium dicitur ‘primum’ in unoquoque genere
40 ante quod non est aliud illius generis. Sic dicitur ‘principium in tempore’ et
‘principium in numero et in magnitudine et in motione’; et hoc modo sumptum
non privat esse aliud ante, sed privat aliud eiusdem generis praecessisse. Simili-
ter dicitur ‘principium’ ars artificii. Et finis dicitur ‘principium’ eorum quae sunt
ad finem. Et primum movens ut res sit, et sic ‘principium’ dicitur. Omnes autem
45 hi modi in intellectu huius dictionis ‘principium’ hic coacervantur.

Sed ut tribus ultimis modis intelligatur, ponitur ‘in’ pro ‘per’; Deus enim ‘in’
principio, id est ‘per’ principium, id est per se ipsum, qui est primus movens et
ultimus finis omnium secundum illud *Prov.*: “Omnia propter semetipsum ope-
ratus est Dominus”; et *Is.*, “Ego primus et ego novissimus sum.” Qui etiam est
50 sua ars et sua sapientia per quam fecit omnia secundum illud *Ps.*: “Omnia in
sapientia fecisti.”

24 aequinoctialium] *corr. ex* aequinoctium P 25 eidem] eiusdem P || subduceret]
dubduceret (*sic*) R 27 Iosephus] Iesofus R 28 et²] *om.* P 29 prima et] *corr. ex*
principalis P 31 et] *om.* R; expositio quarta uno tamen modo est secunda expositio se-
cundum quod haec expositio dividit per oppositum contra tertiam praedictam *add. marg. al.*
m. R 37 terra] *marg.* P 39 hic] *om.* P || sciendum] distinctio huius nominis
principium *add. marg. al. m.* PR || primum] *corr. ex* principium P 42 ante] *marg.* P
|| praecessisse] *corr. ex* praecessit P 42–43 similiter] 2 *add. marg.* R 43 et] 3 *add.*
marg. R 44 et¹] 4 *add. marg.* R || et²] et sic *om.* R 46 ut] si R 48 illud]
spat. PR 49 Dominus] deus R || *Is.*] *spat.* P

27–30 Resp. *ibid.* 12.1 (68) 35–37 Resp. *ibid.* 48–49 *Prov.* 16,4 49 *Is.* 41,4 50–51
Ps. 103,84. Resp. Rob. Gross., *Hex.* 1.10.1 (ed. Dales-Gieben, 64–65)

Secundum autem quod dicit ‘principium temporis’ tripliciter intelligi potest, quia principium in tempore est tripliciter: vel primum instans temporis, vel primum modicum tempus antequam terminatum ad instans indivisibile primum, vel species temporis, a qua incepit tempus, ut ver vel primus mensis, id est primi mensis initium. ‘In principio’ ergo temporis, scilicet in vere et non in toto vere, sed ‘in principio’, id est in prima parte veris, quae utique tempus est; immo et ‘in principio’, id est in primo instanti illius primae partis veris, ‘creavit caelum et terram’, scilicet vel creaturam corporalem et spiritualem vel primam materiam et primam formam, vel supremum corpus et infimum et aquas vaporabiles medias. “Moles enim et magnitudo eorum, quae cernuntur secundum omnes auctores subito exstructa est,” sed in proprias species distincta secundum Augustinum.

Facta est ergo moles et magnitudo universi in primo instanti primi mensis primi temporis, scilicet veris, qui mensis est Nisan, de quo *Ex. 12*: “Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni,” scilicet in aequinoctio vernali.

Et merito quaeritur quare magis creatum sit universum in aequinoctio quam in solstitio vel alio tempore.

Item, si debuit creari in aequinoctio, quare magis in vernali quam in autumnali?

Ad primum dico quod merito primus dies mundi — immo, ut verius dicam, dies anniversarius creationis mundi vel natalicius — est primus dies veris vel primus dies Nisan vel aequinoctialis, quia hic dies omnem alium diem anni, scilicet duo dies aequinoctiales in hoc excellunt quod in die aequinoctiali tota terrae superficies, scilicet quilibet punctus in superficie terrae, illuminatur. Quippe in tali die sol describit aequinoctialem, et ideo in quolibet momento diei aequinoctialis radius solaris contingit ad utrumque polum, scilicet australem et septentrionalem; in quolibet autem alio die praeterquam in duobus aequinoctialibus aliqua pars terrae necessario est quae per totum diem naturalem est non illuminata. Et ideo omnes alii dies quasi particulares et imperfecti dies sunt, et aequinoctialis dies est perfectus et universalis.

Ad secundum dico quod primus dies mundi, id est anniversarius dies eius vel natalicius, est dies aequinoctialis vernalis potius quam dies aequinoctialis autumnalis, quia in aequinoctio autumnali est recessus solis ab habitabili parte terrae,

52 secundum] principium in tempore tripliciter est *add. marg. m. post.* R 53 quia ... temporis] *marg. al. m.* P 55–56 id ... mensis] *om.* R 59–60 et² ... formam] *om.* R 61 eorum] *marg.* P || cernuntur] *corr. ex cernitur* P || auctores] *corr. ex auctoritates* P 62 subito] *om.* P || distincta] *corr. ex proprias* P 63 facta] nota quando primo factus † ... † mundus *add. marg. m. post.* R 65 in²] *interlin.* P 67 et] *quaestio add. marg.* R 69 item] secundum *add. marg.* R 78 est¹] *interlin.* P 81 mundi] *marg.* R 82–83 autumnalis] *om.* R

61–62 Ibid. (65). 62 Resp. Aug., *De Gen. ad litt.* 1.9 (CSEL 28.1,13) 64–65 *Ex. 12,2* 66 Resp. Rob. Gross., *Hex.* 1.10 (ed. Dales-Gieben, 65)

et per consequens tempus illud est non generationis et profectus inferiorum, sed
 85 potius corruptionis et defectus. Si igitur innovatio quaedam universi fit quolibet
 anno in aequinoctio propter accessionem solis ad habitabilem nostram, si mun-
 dus fuisset factus in aequinoctio autumnali, tunc ad iteratam eius innovationem
 non esset nisi dimidius annus, scilicet usque ad vernale aequinoctium, et deinde
 semper inter innovationes eius esset annus. Et sic tales innovationes mundi non
 90 haberent informitatem – quod non deceret.

Item, cum dextrum in caelo sit caput Arietis, scilicet punctus aequinoctialis
 vernalis, sinistrum vero eius sit punctus aequinoctialis autumnalis, scilicet ca-
 put Librae – naturaliter autem omne quod movetur incipit moveri a dextro in
 sinistrum – naturaliter decuit solem in capite Arietis creari et inde incipere mo-
 95 tum suum. Sed econtrario ponunt astrologi moveri planetas a sinistro in dextrum
 – quod non est verum secundum opinionem naturalium.

Sed ut dicit tantae Scripturae auctoritas: ‘In principio fecit Deus universum’.
 Hic merito opiniones philosophorum ponentium contrarium huic Scripturae sanc-
 tissimae et verissimae pertractentur. Et primo dicemus opiniones, deinde earum
 100 rationes, tertio ad easdem pro parvitate mea responsiones, quarto contra eorum
 opinionem inducentur rationes.

De primo legimus multos philosophorum credidisse mundum aeternum, ca-
 rentem principio et fine, et Deo coaeternum. De his fuerunt Aristoteles, Plato,
 Apuleius, Plinius. Quod autem hoc voluit Aristoteles patet plane ex littera eius-
 105 dem in 8 *Physicorum* et ex mediis inductis ad conclusionem suam ibidem et ex
 ultima sui libri conclusionem, quam intendit probare de motore primo per motus
 perpetuitatem. Probat enim ibi et similiter in 11 *Metaphysicorum* motoris aeter-
 nitatem per aeternitatem motus. “Expositores etiam eiusdem loci Aristotelis, tam
 Graeci quam Arabes, dictum locum de perpetuitate, id est duratione infinita ex
 110 utraque parte temporis motus et mundi, concorditer exponunt. Boethius quo-
 que in libro *De consolatione* evidenter asserit tam Aristotelem quam Platonem
 sensisse mundum initio caruisse.”

Haec idcirco dixerimus, quia nonnulli modernorum hoc Aristotelem noluisse
 asserunt, quasi melius eum intelligerent et verius interpretentur “ex littera latina
 115 satis corrupta quam philosophi, tam gentiles quam Catholici, qui eius Scripturam

85 quaedam] *om.* R 86 accessionem] censionem (*sic*) R 89 innovationes¹] innovatio-
 nem *corr. ex* invasionem P 90 informitatem] unifortatem (*sic*) P 91 caelo] *corr. ex* cae-
 lo P 93 omne] *marg.* P || a] *corr. ex* in R 94 decuit] *corr. ex* demit? R 95 sed]
 licet P 96 opinionem] positionem R 97 sed] quia *add. interlin.* P 100 mea] nostra P
 102 de] opiniones philosophorum de aeternitate mundi *add. marg. al. m.* R 104 hoc] *rep.* R
 112 sensisse] censuisse R; *corr. ex* censuisse P 113 haec] hoc R || dixerimus] di-
 xerim R 115 quam²] qui R

97 Locum non inveni 104–107 Arist., *Phys.* 8.1 (250b 11–252b 6) 107 Ibid. 8.6
 (258b 10–259a 13) 108–112 Rob. Gross., *Hex.* 1.8.2 (ed. Dales-Gieben, 59); resp. Boethius,
De consol. philos. 5.6 (CCL 94, 102–3) 114–116 Ibid. 1.8.4 (61)

incorruptam vel originalem, scilicet graecam, plenissime noverunt,” nolentes aliquo modo concedere ipsum haereticum fuisse. Cum tamen de Aristotele dicat Augustinus *De civitate Dei* lib. 8: “Aristoteles, Platonis discipulus, vir excellentis ingenii et eloquio quidem Platoni impar, sed multo facile superans, sectam Peripateticam condidit, quod deambulans disputare consueverat, Platonisque discipulos praeclara fama excellens vivo adhuc praeceptore in suam haeresim congregavit.” 120

Item, Ambrosius in *Hexaemeron*: “Ipsam mundum semper fuisse et fore Aristoteles usurpat dicere de Platone insuper quod voluerit mundum esse coaeternum Deo.” Dicit Augustinus *De civitate Dei* lib. 10 et insuper in 13 libro: “Refert Platonem sensisse mundum esse animal beatissimum, maximum et sempiternum.” 125 De Apuleio dicit Augustinus *De civitate Dei* lib. 12: Ipsum “cum multis aliis credidisse mundum et hominem semper fuisse.” “Plinius vero libro secundo *De naturali historia* dicit mundum numen esse aeternum et immensum, neque genitum neque interitum umquam.”

Sed sciendum quod licet posuerint omnes dicti et multi alii philosophorum mundum coaeternum Deo, tamen diversimode. Quidam enim ita eum Deo coaeternum posuerunt ut omnino ab alio non esset et ideo neque creatus esset, de quibus legimus libro *De civitate Dei* 11; de quibus ibi dicit Augustinus quod “nimis aversi sunt a veritate et letali impietatis morbo insanientes.” Quidam vero ita posuerunt mundum coaeternum Deo ut tamen a Deo sit et factus sit. Sed adhuc dupliciter. Quidam enim ponunt ipsum esse a Deo ipso invito, de quibus legimus in *Hexaemeron* Basilii, homelia prima, dicentis: “Quamvis Deum mundi fateantur esse auctorem, ita tamen fatentur ut sine voluntate ipsius processisse confirmet, sicut ex corpore umbram vel ex luce fulgorem.” Quidam vero ponunt mundum a Deo factum, sed per eius voluntatem, tamen Deo coaeternum; sicut si ab aeterno fuisset pes in pulvere, ab aeterno et coaeternum pedi esset vestigium, et tamen vestigium fuisset a pede. Unde Augustinus *De civitate Dei* lib. 10 in fine. 130 135 140

116 vel] et R || nolentes] volentes R 120 disputare] corr. ex disputaveri? R || Platonisque] corr. ex Platonis scilicet 3 P; plurimos ed. 121 praeceptore] corr. ex praetore P 122–123 item ... dicere] transp. post sempiternum (l. 125) R 126 dicit] refert R 128 et] om. R 130 sed] diversitas ... ponentium mundum ... add. marg. m. post. R || posuerunt] posuerunt R 132 et] interlin. P 133 legimus] legitur P 135 posuerunt] ponunt R 137 homelia] corr. ex omnia P 139 vel] et P 140 tamen] corr. ex a P 142 vestigium] marg. P

118–121 Aug., *De civ. Dei* 8.12 (CCL 47, 229) 122–124 Ambr., *Hex.* 1.1.3 (CSEL 32.1, 4); coll. ex Rob. Gross., *Hex.* 1.8.3 (ed. Dales-Gieben, 60) 124–125 Aug., *De civ. Dei* 10.29 (CCL 47, 306) et 13.16 (CCL 48, 397); coll. ex Rob. Gross., ibid. 126–127 Ibid. 12.10 (CCL 48, 364–65); coll. ex Rob. Gross., ibid. 127–129 Plinius, *Nat. hist.* 2.1.1.1 (ed. Sillig, 1:101); coll. ex Rob. Gross., ibid. 133–134 Aug., *De civ. Dei* 11.4 (CCL 48, 323); coll. ex Rob. Gross., ibid. (59) 137–139 Potius Eustathius, *In hex. Basilii* 1.7.4 (ed. Amand de Menieta-Rudberg, 12); coll. ex Rob. Gross., *Hex.* 1.8.3 (ed. Dales-Gieben, 60) 142–143 Aug., *De civ. Dei* 10.31 (CCL 47, 309); coll. ex Rob. Gross., ibid.

[RATIONES PONENTIUM MUNDUM ESSE AETERNUM]

Rationes autem quibus innituntur ponentes mundum aeternum sunt plures.

- 145 ^{1.} Prima ratio: dicit Augustinus, *De doctrina Christiana* lib. 1, et ponitur in distinctione prima primi libri *Sententiarum*: “Quia Deus bonus est, sumus.” Sed ab aeterno bonus est. Ergo ab aeterno sumus, quia posita sufficienti causa vel antecedente ponitur effectus vel consequens.
- ^{2.} Item, sic arguit Augustinus, volens ostendere Filium esse coaeternum Patri et coaequalem, in libro *Contra Maximinum Haereticum*, et ponitur primo libro dist. 20: Deus Pater aut potuit aut non potuit generare aequalem sibi Filium. Si non potuit, impotens fuit; si potuit aut noluit – et tunc invidus fuit – aut voluit, et tunc si potuit et voluit, fecit. Similiter cum aeternum sit melius non-aeterno, aut potuit creasse mundum sibi coaeternum aut non. Si non, impotens fuit; si sic, aut noluit – et tunc invidus fuit – aut voluit, et tunc fecit.
- 155 ^{3.} Item, sufficienti agente existente statim agit, ut sit actum. Sed sufficientem agentem tria constituunt, scilicet potentia, sapientia, et voluntas. Igitur quam cito aliquis agens habet potentiam, sapientiam, et voluntatem, statim agit et movet, ut sit actum. Cum igitur Deus sit non tantum agens sufficiens, immo sufficien-
- 160 ^{tissimus}, eo quod non habet tantum potentiam, sapientiam, et voluntatem, sed potius omnipotentiam, omniscientiam, et summam voluntatem, statim cum est, agit, ut actum sit. Sed virtus infinita subito agit actum finitum. Igitur si agens iste virtutis infinitae est aeternus, sic et actum eius sit ei coaeternum.
- ^{4.} Item, ut dicit Aristoteles in 11 *Metaphysicorum*: Actio primi est sua substantia.
- 165 Et hoc necesse est, si est simplex. Sed substantia primi est aeterna. Ergo et actio. Sed ut dicit ibidem Aristoteles: Actio primi est quod movet sine movere. Ergo ab aeterno movet. Ergo ab aeterno est motus et mobile etiam.
- ^{5.} Item, virtus argumenti positi in 8 *Physicorum* sic potest extrahi. Si incepit esse motus cum prius non fuit, incepit esse motor cum prius non fuit motor. Sed
- 170 constat: sua substantia non incepit esse. Ergo cum prius fuerit substantia non movens, deinde movens, mutationem passus est. Et sic non est motor primus. Sed hoc est impossibile. Ergo primum.

144 rationes] rationes ... mundum ... *add. marg. m. post.* R 145 dicit] *om.* P 146 Sententiarum] *om.* R || est] *interlin.* P 149 sic] *corr. ex si* P 151 Filium] *del.* P 152 et ... voluit] *marg.* P 153 et tunc] *interlin.* R || si ... voluit] *om.* R 155 invidus fuit] mundus R 156 existente] *corr. ex existem* P 161 omniscientiam] *om.* R 163 sit] est P 170 fuerit] fuit R; sua *add. marg.* P

145–146 Aug., *De doc. Christ.* 1.32 (CCL 32, 25); Petr. Lomb., 1 *Sent.* 1.3 (ed. Grottaferrata, 1:59) 149–152 Aug., *Contra Maximinum* 2.7 (PL 42, 762) 150–151 Petr. Lomb., 1 *Sent.* 20.3 (ed. Grottaferrata, 1:173) 164 Resp. Arist., *Metaph.* 12.6 (1071b 20–22) 166 Ibid., 12.7 (1071b 25–26). Cf. Arist., *Phys.* 8.6 (258b 10–12) 167 Cf. Alex. Hal., *De duratione mundi* (ed. Nathanson, 76) 168–172 Resp. Arist., *Phys.* 8.1 (251b 28–252a 4)

6. Item, si idem manens omnino idem non est natum facere nisi semper idem, qua ratione Deus manens semper idem secundum illud *Ps.*, “Tu autem idem ipse es,” nunc crearet mundum eadem ratione et prius. Et adhuc illo priori prius. Et sic aut numquam creasset mundum aut ab aeterno creavit. Qua enim ratione nunc crearet mundum magis quam prius, quis dicere potest? Ex parte enim ipsius non est ratio aliqua quare nunc et non prius, cum omnino similiter se habuerit et nunc et prius; neque in re facienda, quia nihil fuit ipsa.

7. Item, in omni habente initium verum est non fuisse, quia non-esse in eis praecessit esse. Igitur si est primum instans temporis vel mundi, in illo instanti quod vocetur ‘a’ verum fuit mundum esse et verum fuit mundum non-esse. Aut ergo in eodem instanti aut in alio. Si in eodem instanti, probatio quod hoc esse non potest. Affirmatio enim et negatio, quae sunt termini generationis, minus distant quam quae sunt termini creationis. Prima enim commune habent, saltem materiam; secunda vero nihil omnino, quia creatio est ex nihilo. Cum igitur esse et non-esse quae sunt termini generationis in eodem instanti simul vera esse non possunt, multo magis nec esse et non-esse quae sunt termini creationis in eodem instanti simul vera esse potuerunt. Igitur utrumque horum, scilicet mundum esse et non esse, non sunt vera in primo instanti. Igitur non esse est verum in alio instanti praecedente primum instans; et inter haec, sicut inter quaelibet duo instantia, est tempus medium. Ergo ante primum instans temporis est tempus. Ergo ab aeterno.

8. Cui videtur similiter Augustinus cum Apostolo consentire *De civitate Dei* lib. 2, cap. 14: “Quae saecula praeterierunt antequam genus constitueretur humanum, me fateor ignorare. Dicit enim Apostolus tempora aeterna, nec ea esse futura sed – quod magis mirandum – praeterita. Sic enim ait: ‘In spem vitae aeternae, quam promisit non mendax Deus ante tempora aeterna.’” Nostra autem littera est ‘ante tempora saecularia’, ut patet I *Tit.* 1, in principio. Et simile habetur II *Tim.* 1: “Gratiam quae data est nobis ante tempora saecularia in Christo Iesu.” Et per hoc innuit Apostolus esse aliqua tempora quae praecedant tempora saecularia. Sed et alibi secundum litteram nostram tempus esse ‘aeternum’ vel praeteritum legimus. *Rom.* 16: “Potens est vos confirmare iuxta evange-

175 et²] *om.* R 176 enim] *marg.* P || ratione] *enim add.* P 181 vel] et R 183 esse] *corr. ex habere* P 184 enim] *om.* R 185 commune] *corr. ex communem* P || habent] *corr. ex habet* P 186 ex] *marg.* P 187 vera] *marg.* P; *om.* R 190 esse³] *marg.* P 191 sicut] sunt R 196 me ... ignorare] *om.* R 197 enim] *corr. ex non* P 198 aeterna] saecularia *ed.* 199 est] *interlin.* P; *om.* R || in principio] a P 199–200 habetur] *om.* P 200 gratiam] gratia P 201–202 et ... saecularia] *om.* R 203 vel] etiam R

173 Resp. Arist., *De gen. et corr.* 2.10 (336a 27–28); cf. *Auctoritates Aristotelis*, n. 43 (ed. Hamesse, 170) 174–175 *Ps.* 101,28 193 Verbotenius in Rich. Rufus, *In 2 Sent.* 1.1 (ed. Long, 92–93) 194–198 Aug., *De civ. Dei* 12.17 (CCL 48, 373) 199 I *Tit.* 1,2 200–201 II *Tim.* 1,9 203–204 *Rom.* 16,25

lium meum ... secundum revelationem mysterii temporibus aeternis taciti." Et
 205 *Ps.*: "Annos aeternos in mente habui." *Bar.* 3: "Qui praeparavit terram in aeter-
 no tempore." *Deut.* 33: "De pomis collium aeternorum." Sed non prius fuerunt
 colles quam mundus vel tempus.

[RESPONSIONES]

Solutio. Ad primum dicendum: confiteor Dei bonitatem esse sufficientem
 causam esse nostri; ipsa nimirum est sapientissima et omnipotens voluntas Dei.
 210 Sed duplex est causa vel principium rei. Est enim causa vel principium naturale
 et voluntarium. Principium naturale est agens impetuosum, sed voluntarium est
 considerosum. Et ideo posita causa sufficiente naturali ponitur statim actio. Sed
 non sic causa posita sufficiente voluntaria ponitur actio necessario. Quippe quas-
 cumque voluntati addideris condiciones semper est contingentia, non necessitas
 215 respectu actionis propriae. Quippe semper est voluntas. Et ideo semper valet ad
 opposita, scilicet ad agere et non agere.

Cum ergo dicitur "quia bonus est, sumus," li 'quia' non dicit consequentiam,
 sed causam – et hoc non quamlibet, quia non naturalem, sed voluntariam, eo quod
 bonitas voluntas in Deo est. Ratione autem iam dicta non sequitur neque oportet
 220 quod posita sufficienti causa voluntaria ponatur causatum. Et ideo non sequitur,
 licet talis sufficiens causa sit aeterna, quod causatum sit similiter aeternum.

Ad secundum dico quod Deus non potuit creare mundum vel creaturam ali-
 quam sibi coaeternam nec tamen impotens fuit. Immo si posset creatura ei esse
 coaeterna, iam potius impotens esset. Impotentiae enim in eo aliquid est, si non
 225 est tam potens ut creatura ei non possit aequari. Et non est simile de Filio. Si
 enim crearet creaturam ex se ipso, impotens esset; si non, aequalem sibi crearet.
 Quippe non potest esse defectus quare factum factori non sit aequale nisi aut ex
 parte agentis aut eius ex quo fit. Sed si de ipso creaturam faceret, sicut de sua
 propria substantia Filium gignit, iam in eo ex quo fit non est defectus. Igitur si
 230 factum factori non est aequale, erit defectus et impotentia in ipso agente. Nunc
 autem quia creaturas non de se ipso, sed de materia vel nihilo facit, quare creatu-
 ra deficit a Creatore, ut non sit ei coaeterna vel coaequalis, sicut est Filius Patri.
 Causa est impotentia non agentis, sed potius eius ex quo fit.

Ad tertium iam patet ex dictis ad primum quod, licet Deus sit sufficientissimus
 235 agens et infinitae potentiae, non tamen est suum sibi coaeternum, quia est causa

205 qui praeparavit] et separavit P 206 tempore] corpore P 214 semper] *corr. ex*
 super P 215 propriae] *om. R* 220 ponatur] *marg. P* 221 similiter] *marg. P* 223 si-
 bi] *corr. ex* ibi P 224 est] *marg. P* 225 possit] posset R; *corr. ex* posset P || et
 non] nec R || non²] *corr. ex* hoc P 226 impotens ... crearet²] *marg. P* 228 si]
marg. P 230 non] *marg. P*; *transp. post* si R 232 Creatore] *corr. ex* creaturae P

205 *Ps.* 76,6 205–206 *Bar.* 3,32 206 *Deut.* 33,15 217 *Aug.*, *De doc. Christ.* 1,32
 (CCL 32, 25); *Petr. Lomb.*, 1 *Sent.* 1,3 (ed. Grottaferrata, 1:59) 233 *Resp. Alex. Hal.*, *De*
duratione mundi (ed. Nathanson, 68–69)

voluntaria, non naturalis, et ideo non necessario coexistit ei suum actum, sicut supra dictum est. Scimus tamen quosdam magnae auctoritatis quidem quorum scientia confortata est in tantum ut non possim ad eam (aliter ad dicta) respondere sic. Dicunt quod sufficiens causa et causatum simul sunt in tali causa et causato, quae sunt eiusdem mensurae ut quorum utrumque temporale vel utrumque aeternum. Unde cum secundum Ioannem Chrysostomum et Damascenum: Pater sit causa sufficiens Filii, et utriusque est eadem mensura, scilicet aeternitas, necessario simul sunt. Sed in his in quibus causa et causatum sunt diversarum mensurarum, ut unum aeternum et alterum temporale, non est necesse simul esse.

Sed vellem ab eis doceri. Non enim intelligo si iam sufficit haec eorum responsio, cum causa temporalis possit facere suum actum vel motum esse simul secum tempore. Si dico sit sufficiens causa, quare non similiter causa aeterna sufficiens possit facere suum actum sibi coaeternum, cum aeterna causa in infinitum sit potentior causa temporalis?

Ad quartum. Dupliciter dicitur ‘prius’ secundum eius famosas species, scilicet prius natura et prius tempore. Sed cum sit Deus prius creaturis aeternitate, patet quod li ‘prius’ non reducet ad prius tempore, sed potius ad prius natura; et erit prius aeternitate, sicut quaedam species prioris natura. Unde Boethius in libro *De consolatione philosophiae*: Deus non est creaturis antiquior tempore, sed simplicitate naturae. Et dico quod prius aeternitate est species prioris natura, non idem penitus, quia prius aeternitate aliquid superaddit prioritati naturae, quia sequitur: est prius aeternitate; ergo est prius natura, et non econtrario. Quaelibet enim causa temporalis est prior natura suo effectui, nec tamen prior aeternitate.

Hinc patet quod hoc argumentum non valet: simul sunt movere et moveri; ab aeterno movet vel est motor; ergo ab aeterno est motus vel mobile. Scimus enim quod prius natura est motor et movere quam mobile vel moveri quod est motum esse. “Passio enim est effectus illatioque actionis,” ut dicitur in *Sex principiis*. Effectus autem posterior est natura quam causa. Quamvis igitur simul sint tempore movere et moveri, non tamen simul natura. Cum igitur dicitur ‘movere et moveri sunt simul’, li ‘simul’ dicit simultatem secundum tempus, si debet

236 actum] *marg.* P 237 tamen] *corr.* ex enim P || quidem] qui deum P; *transp. post* magnae R 238 possim] possum P 241 unde] *corr.* ex ut P 242 eadem] causa? R 244 ut] *corr.* ex et P 245 haec] hoc R 249 potentior] *corr.* ex potentius P 252 li] hoc R; *corr.* ex hoc P || ad²] *marg.* P; *interlin.* R 254 consolatione] consolationibus R 255 naturae] *om.* R 256 prioritati] priori R 259 hinc] *corr.* ex hoc P 263 posterior] posterius R; *corr.* ex posterius P || sint] sunt P; *transp. post* moveri P 263–264 tempore] sicut *add.* P 264–265 non ... sunt] *marg. m. post. (hom.)* P

241 Ioan. Chrys., *In epist. ad Hebr.*, hom. 2.2 (PG 63, 21); et Ioan. Dam., *De fide orth.* 8.2 (ed. Buytaert, 30) 244 Resp. Rob. Gross., *Hex.* 1.8.6 (ed. Dales-Gieben, 62) 253–255 Resp. Boethius, *De consol. philos.* 5.6 (CCL 94, 101sq.) 262 Gilbertus Porretanus, *Liber de sex principiis* 3.10 (ed. Minio-Paluello, 15); proxime coll. ex *Auctoritates Aristotelis*, n. 11 (ed. Hamesse, 307)

esse vera, et ita dicit ‘tempus’. Sed cum assumit quod movere est ab aeterno, cum esse ab aeterno sit, esse primum natura est. Ac si sic argueretur: movere et moveri sunt simul tempore; sed movere est primum natura; ergo moveri est primum natura: constat quod non sequitur. Sed si in prima propositione diceretur
 270 ‘simul natura’, bene sequeretur. Ergo prima existente falsa tenet argumentum. Sed secundum quod vera est, non tenet.

Ad quintum. Iam patet ex ultimo dictis quod non sequitur: motus incepit esse, ergo motor incepit esse motor. Motor enim, ut dictum est, ab aeterno fuit motor et movens. Neque tamen ab aeterno fuit motus, sed habuit initium motus. Ergo
 275 incepit esse, quia non fuit primum natura. Sed motor vel movere non incepit esse, sed fuit primum natura.

Neque sequitur Deum esse mutabilem; non enim concedemus quod de non-agente factus sit agens, cum ab aeterno fuerit agens, sed potius de non-agente hoc. Factus est agens hoc, non quia aliqua mutatio facta sit in ipso, sed in
 280 acto; sicut sol potest fieri de non-lucente super hoc lucens super hoc sine aliqua mutatione solis per mutationem rei illuminatae. Verumtamen quidquid dicat Aristoteles, aestimo quod per se ‘actio primi’ non est movere neque aliqua actio respectu creaturae. Sua enim actio per se absoluta est ab omni creatura, scilicet intelligere, sicut sua substantia. Sed significat movere actionem eandem ei pro-
 285 priam, scilicet intelligere, cum superadditione comparationis ad creaturam, sicut lucere et illuminare significant eandem actionem solis; sed lucere significat eam respectu agentis tantum; illuminare vero superaddit respectum ad aliquid aliud in quo est actio. Unde sicut sol posset incipere illuminare nec tamen incipere lucere – et hoc non per suam sed rei illuminatae mutationem – sic Deus incepit
 290 esse movens et movere sine sui mutatione per mutationem mobilis. Neque tamen incepit intelligere neque novo, sed aeterno consilio fecit omnia quae temporaliter facta sunt. Unde Augustinus *De civitate Dei* lib. 12, cap. 15: “Potest autem Deus ad opus novum non novum, sed sempiternum adhibere consilium.”

Ad sextum. Quare tunc creavit mundum et non ante? Ad hanc quaestionem
 295 dupliciter responderi potest. Uno modo sicut respondetur ad hanc: quare nunc creavit hanc animam et non prius? Ad utrumque enim respondetur quod creavit tunc mundum et non prius, et nunc hanc animam et non prius, quia sic fuit optimum fieri. Quare autem fuit optimum sic fieri, dico quia Deus voluit; ita enim est de voluntate eius quod non ideo vult aliquid fieri, quia optimum est fieri, sicut
 300 nos; sed potius econtrario: quia vult sic fieri, est optimum. Si autem quaeritur

268–269 ergo ... natura] *om. (hom.) R* 272 ultimo] *transp. post dictis P* 273 incepit] incipit P 274 tamen] *om. R; interlin. P* 283 actio] *transp. post enim R* 289 sic] *corr. ex sicut R* 294 quare] *om. R* || mundum] *marg. R* || ante] *corr. ex autem? P* 296 utrumque] *utramque R* 297 et¹] *om. R* || et²] *om. R* || nunc] *corr. ex enim P* || et³] *om. R* 298 sic fieri] *om. R* 300 sic fieri] *marg. P; om. R*

292–293 Aug., *De civ. Dei* 12.18 (CCL 48, 374)

quare vult illud optimum, quaeritur medium propositionis immediatae. Et ita nihil quaeritur. Potest etiam aliter dici ad propositum quod haec quaestio, ‘quare fecit mundum nunc, non prius’, fundatur super falsam quandam imaginationem, qua imaginatur fuisse ante mundum tempus. ‘Ante’ enim ‘tempus’ dicit; et quare tam tarde fecerit mundum in illo tempore quaeritur, sicut imaginantes infinitum locum extra mundum quaerere possent quare magis hic fecit mundum quam alibi. Nunc autem sicut nec extra mundum est locus, sic nec ante mundum fuit tempus, quia ante mundum non fuit mutatio, et ideo nec tempus. Dicit enim Augustinus *De civitate Dei* lib. 11, cap. 7: “Quis non videat, quod tempora non fuissent, nisi creatura fuisset, quae aliqua mutatione mutaret.”

Ad septimum notandum quod cum alia verba consignent tempus, hoc verbum ‘est’ non consignificat tempus, sed potius nunc communiter ad nunc aeternitatis et nunc temporis. Nisi enim diceret nunc temporis, haec esset falsa: ‘homo est’. Nisi autem diceret nunc aeternitatis, falsa esset haec: ‘Deus est’, et non dixisset Deus, *Ex.* 3: “Ego sum qui sum.” Dicamus ergo et concedamus in omni creato non-esse praecedere esse. Sed in quibusdam non-esse praecedit esse in tempore, ut in animabus quae nunc creantur. In quibusdam vero non-esse praecedit esse tantum natura, et hoc est in primis creaturis de quibus agimus nunc. Sciamus ergo quod in illis, cum dico ‘prius non esse quam esse’, non affirmatur esse et negatur respectu eiusdem mensurae. Sed esse negatum dicit nunc aeternitatis, esse affirmatum primum nunc temporis. Cum igitur sit, quaeritur de prima creatura. In primo nunc temporis fuit verum esse, fuit et verum non esse. Aut ergo in eodem nunc aut in alio. Respondeo: et in eodem et in alio. Sed in alio quidem non eiusdem generis, scilicet in nunc aeternitatis quod aliud a nunc temporis est.

Sed cum procedit, dicens: ‘sed inter quaelibet duo nunc est tempus medium’, hoc verum est de duobus nunc eiusdem generis, ut de duobus nunc temporis. Sed hoc falsum est de nunc aeternitatis et nunc temporis, quia inter haec nihil est medium, cum nunc aeternitatis sit cum quolibet nunc temporis totum, sicut anima cum qualibet parte sui corporis tota.

306 possent] possunt P || hic] *del.* R; *transp. post fecit* R 309 nisi] *marg.* R
 310 fuisset] fieiet (*sic*) R || mutatione] motione R 311 notandum] nota P || con-
 significant] significant R 315 3] *spat.* PR || et] *corr. ex quod* P 316–317 sed ...
 tempore] *om.* R 316 esse²] *marg.* P 318 esse] *om.* P 321 primum] *transp. post*
 temporis P || sit] si P 323 eodem²] nunc *add. marg.* P 324 scilicet] sed R ||
 nunc²] *marg.* P 326 tempus] *corr. ex temporis* P 327 verum] *om.* P 328 haec]
 hoc R

308–310 Aug., *De civ. Dei* 11.6 (CCL 48, 326) 315 *Ex.* 3,14 316–321 Cf. Rich. Rufus,
In 2 Sent. 1.1 (ed. Long, 93) 326 Ibid.

Dixi insuper, et ut aestimo verum dixi, quod ‘in eodem nunc simul sunt’, scilicet in primo nunc temporis esse et non-esse primae creaturae, et generaliter in omnibus creatis de nihilo, cum non-esse praecedat esse secundum naturam, tamen simul, id est in eodem instanti sunt temporis. Quod sic patet. Scimus
 335 quod non-esse, cum sit pura negatio, de se nullam quaerit mensuram; esse vero quaerit mensuram. Igitur si esse et non-esse quaerant distinctionem secundum tempus, hoc non erit, nisi quia illud non-esse habet in se aliquod esse aliud ab esse negato. Igitur ubi ita est quod esse et non-esse habent esse et esse diversum, ut est in illis esse et non-esse, quae sunt generationis extrema, patet quod illa
 340 esse et non-esse necessario habent distinctionem secundum tempus. Et non sunt in eodem nunc temporis. Sed in talibus habent esse et non-esse, quae non habent esse et esse, sed tantum esse et simpliciter non-esse, ut est in illis quae sunt extrema creationis, necessario non quaerent illa esse et non-esse distinctionem secundum tempus, sed compatiuntur se in eodem nunc temporis in quo se habent
 345 per prius et posterius natura. Igitur in primo instanti temporis verum fuit primam esse creaturam et non-esse; prius tamen natura non-esse quam esse, sicut eadem lux in eodem nunc temporis est in oriente et occidente, tamen prius natura in oriente.

[OBJECTIO ET RESPONSIO]

Quod autem obicitur quod plus distant esse et non-esse quae sunt extrema
 350 creationis quam quae sunt extrema generationis, sic solvitur. Licet extrema generationis minus distent, tamen non se compatiuntur in eodem nunc temporis, quia sunt causa diversorum nunc temporis. Diversum enim esse est causa diversi nunc temporis. In non-esse autem quod est unum extremum generationis est esse diversum ab eo esse quod est alterum generationis extremum. Sed extrema crea-
 355 tionis, scilicet esse et non-esse, bene compatiuntur se in eodem nunc temporis, quia, ut dictum est, non sunt aliquo modo causa diversorum nunc; in non-esse enim quod est extremum creationis non est esse. Sed nota quod sicut esse creatum necessario requirit instans temporis, sic non-esse praecedens creationem eo quod pure nihil est necessario requirit ut non mensuretur instanti.

360 Ad octavum, scilicet ad auctoritates, dicendum quod hoc totum ante aeterna tempora circumlocutio est aeternitatis. Unde super illud II *Tim.* 1: “Ante tem-

331 dixi¹ ... ut] *marg.* P; quod de primis creaturis et etiam de omni substantia creata ex nihilo verum est dicere quod in eodem instanti habent esse et non esse *add. marg. m. post.* R 338 et esse] *marg.* P 341–344 sed ... temporis] *marg. (hom.)* P 345 et posterius] *marg.* P 346 quam esse] *marg.* P 349 quod¹] responsio ad obiectum *add. marg.* R || obicitur] obiectum est R 354 generationis] *corr. ex* †...† P || extrema] postrema R 357–359 sed ... instanti] *marg. m. post.* R 357 sicut] sic R 358 temporis] tempus R 360 octavum ... auctoritates] *corr. ex* auctoritatem P || ad²] *om.* P

338 Ibid. (93) 348 Ibid. (94) 361–362 II *Tim.* 1,9

pōra aeterna,” ubi nos habemus ‘ante tempora saecularia’, dicit Chrysostomus: “Hoc est *anarchos*, id est sine principio.” Et hoc similiter patet ex Augustino *De 83 quaestionibus*, q. 72, ubi patet quod ‘aeterna tempora’ ponitur pro ‘omnia tempora’ et etiam pro ‘initio temporis’, quod non fuit tempus necessario; et ita 365
‘ante tempora aeterna’ idem est quod ‘ab aeterno’. Dicit enim sic: “Quaeri potest quomodo ab Apostolo Paulo dictum est ‘ante tempora aeterna’. Si enim tempora, quomodo aeterna? Nisi forte ‘ante omnia tempora’ intelligi voluit, quia si dixisset ‘tempora’ nec addidisset ‘aeterna’, posset accipi ‘ante quaedam tempora’ quae ante se haberent alia tempora. ‘Aeterna’ maluit dicere quam ‘omnia’ fortasse, 370
quia tempus non coepit ex tempore. ‘Ante aeterna tempora’ aevum significavit, inter quod et tempus hoc distat quod illud stabile est, tempus autem mutabile.” Et eadem ratione cum dicitur ‘aeternis temporibus’ vel ‘aeterno tempore’ intelligi potest, id est in omnibus temporibus; similiter possunt dici ‘colles aeterni’, id est ‘omnium temporum’.

375

[RATIONES CONTRA PHILOSOPHURUM OPINIONEM]

Restat iam ultimo, ut conemur, si quomodo possimus, rationibus contra ponentes mundum aeternum agere. Prima ratio sit sic: temporale et aeternum opponuntur. Unde de quolibet bene quaeritur aut est aeternum aut temporale. Et hoc est quod dicit Augustinus in supradicta auctoritate, *De 83 quaestionibus*: “Si enim tempora, quomodo aeterna?” Igitur cum constat quod mundus sit temporalis, patet quod non est aeternus. Tempus enim non mensurat nisi esse mundi. 380

Item, dicit Aristoteles: “In perpetuis idem est esse et posse.” Multo magis in aeternis. Igitur omne aeternum habet quidquid habere potest. Sed omne habens quidquid habere potest necessario est invariabile et immutabile, quia si est mutabile, est possibile ut mutetur ab aliquo quod habet in aliquid quod non habet. Ergo omne aeternum est invariabile. Sed mundus continue variatur, quia numquam in eodem statu permanet, sicut nec minor mundus. Unde I *Cor.* 7: “Praeterit figura mundi huius.” Ergo mundus non est aeternus. 385

Item, omne quod potest redigi in nihil prius fuit nihil quam aliquid, non e contrario. Non enim omne quod fuit nihil priusquam aliquid potest redigi in 390

362 aeterna] saeculariaed. 368 aeterna] †...† add. P || voluit] voluerit R 372 hoc] corr. ex non P 374 possunt] possent P 376 restat] quod mundus †...† add. marg. m. post. R || conemur] convenit P || possimus] possumus P || rationibus] marg. P; om. R 378 est] om. R 379 in] corr. ex ut P 380 enim] corr. ex †...† P || sit] est R 384 si est] corr. ex sicut P 387 numquam] non quam R 389–391 prius ... nihil¹] marg. m. post. R 390 quod] prius add. R || nihil] om. R

362–363 Ioan. Chrys., *Homiliae in II ad Tim.*, hom. 2.1 (PG 62, 608) 366–372 Aug., *De 83 quaestionibus*, q. 72 (CCL 44A, 208) 374 Resp. *Gen.* 49,26 379–380 Aug., *De 83 quaestionibus*, q. 72 (CCL 44A, 208) 382 Arist., *Phys.* 3.3 (203b 30); *Auctoritates Aristotelis*, n. 103 (ed. Hamesse, 148) 387–388 I *Cor.* 7,31

nihil, quia anima et angelus, cum prius fuerunt nihil, non rediguntur in nihil; sed constat redigi in nihil non potest, nisi quod prius fuit nihil quam aliquid. Igitur similiter in non-ens redigi non potest, nisi quod prius fuit non-ens quam ens; sed mundus potest redigi in non-ens. Probatio: dicit Plato in *Timaeo*: “Omne
 395 coniunctum natura est dissolubile.” Sed mundus est quoddam coniunctum et compositum maxime. Ergo est dissolubilis natura. Ergo potest redigi non dico in nihilum, sed in non-ens. Ergo prius habuit non-esse quam esse. Sed, ut dicunt, ab aeterno habuit mundus esse. Ergo ante aeternum est aliquid in quo habuit mundus non-esse – quod falsum est. Si enim est aeternum, nihil antecedit.

400 Item, si ab aeterno fuit mundus et homo, et ita infiniti homines praecesserunt, igitur aut infinita sunt actu, scilicet infinitae animae – quod non concederet Aristoteles – aut una est omnium hominum anima aut in alia et alia revertuntur corpora aut corrumpuntur, quorum quodlibet est impossibile.

Item, dicit Aristoteles quod homines quanto moderniores tanto sunt ingenio
 405 perspicaciores. Si igitur perspicacitas crevit et crescit, in quolibet praecedenti tempore fuit in quolibet homine perspicacitas infinita. Quippe crementum per infinitum tempus necessario est infinitum, et sic de quolibet moderno homine – immo et de quolibet praeterito, quia quemlibet presentem et praeteritum hominem praecesserunt infiniti. Verum est quod sit infinitae perspicacitatis – quod
 410 est impossibile.

Consimiliter videmus quod homines quanto sunt moderniores tanto sunt secundum quantitatem corporis minores. Si ergo decrescit corpus humanum in singulis generationibus, tamen secundum eos praecesserunt infinitae hominum generationes. Sequitur aut quod homines iam nullius sint quantitatis propter decrementum infinitum aut quod sint quantitatis infinitae, et fuerint alioquin non
 415 poterunt in infinitum decrescere. Finita enim quantitas in infinitum decrescere non potest. Ita dico ut in ea salvetur species humani corporis. Scio enim quod quantitas dividi potest in infinitum, ut primo in duo media, et deinde medietas in duo media, et sic semper. Et tamen sic dividendo necessario venietur aliquando ante infinitam divisionem ad tam modicam quantitatem in qua neque carneitas
 420 salvari posset. Omnis enim forma naturalis quantitatem sibi determinat in qua salvetur et in minore salvari non posset.

393 ens¹] *corr. ex* nocens P 395 quoddam] quiddam R 395–396 compositum] *corr. ex* positum P 397 nihilum] nihil R 399 est²] *om.* R 402 hominum] *om.* R || et] in *add.* P 403 corrumpuntur] *corr. ex* corrumpitur P; corrumpuntur R 412 decrescit] decessit R 413 tamen] cum R 414 aut] *interlin.* P 414–415 nullius ... quantitatis] *om. (hom.)* R 414 quantitatis] quantitates R 414–415 propter ... infinitum] *marg. m. post.* R 418 et] *om.* R 420 ad] *corr. ex* et R 421 posset] potest P

394–395 Plato, *Tim.* 33A (ed. Waszink, 25) 399 Resp. Rob. Gross., *Hex.* 1.8.7 (ed. Dales-Gieben, 62) 404–405 Non inveni apud Aristotelem

Consimiliter videmus ex paucis hominibus in aliquanto finito tempore provenire magnam multitudinem, licet plures ex eis per mortem subtrahantur. Unde certi sumus quod multo plures nunc uniunt homines quam in temporibus patrum nostrorum. Igitur si secundum successionem temporis crescit et augetur numerus hominum, tunc in tanto tempore demonstrato, quantovis tempore finito tantum augetur, augetur numerus hominum simul entium. Sed in tempore praecedente, ut dicunt, infinito sunt infinita talia tempora, quia omne finitum, quantumcumque sit, est in infinito infinities. Ergo in quolibet tempore praecedente, quia illud praecessit tempus infinitum, fuerunt simul actu homines infiniti, et nunc sunt etiam quod est impossibile, cum constet locum et maxime terrae superficiem in qua sunt homines esse finitum. Et sic generaliter, si aliqua condicio status humani recipit maioritatem et minoritatem ex successione temporis, tunc si est infinita temporis successio et hominum propagatio infinita, erit illa condicio vel in parvitate vel in magnitudine.

Sed forte dicetur quod non oportet, licet ab aeterno et infinitis retroactis temporibus fuerit mundus quod similiter homo, sed post infinita tempora transacta fuit homo.

Sed hoc constat non dicerent. Si enim aliqua constellatio facta per stellarum revolutiones fuit causa, producens homines in esse ex materia secundum illud Aristotelis: “Homo generat hominem ex materia et sol,” cum talis constellatio in praecedenti tempore infinito fuerit infinities, fuit et homo ante infinities. Si vero Deus immediate fecit hominem, et non generatus est homo ex Deo et virtute caelesti convenientibus, quaeratur ab eis quare tunc et non prius voluit hominem esse, cum esset tempus prius.

Quaeratur etiam tunc de aliis animantibus, de quibus constat quod producantur in esse mediante virtute corporum caelestium.

Item, Aristoteles in principio *Philosophiae primae*, volens probare causas agentes sibi succedentes secundum ordinem esse finitas, utitur tali argumento. Ponamus vel sumamus de infinitis causis agentibus, si sint infinitae, tres ordines sibi succedentes *a b c*, ita ut *b* sit ab *a* et *c* ab *b*. Constat *c* non est nisi sit *b*, neque *b* nisi sit *a*. Igitur ultimum horum trium non est nisi sit medium horum trium, neque medium horum est nisi sit primum horum trium. Igitur si non est

427 tempore²] dum tamen *add. marg.* P || tantum] tanto P 428 augetur²] *om.* P || simul] *corr. ex* simulantium P 431 fuerunt] fuerint P || simul actu] *corr. ex* vel affectu P 433 recipit] recepit P 437 sed] obiectio *add. marg. m. post.* R 438 mundus] *marg.* P 439 fuit] fuerit P 440 sed] improbatio *add. marg. m. post.* R 441 fuit] *corr. ex* sive? P 445 quaeratur] *corr. ex* quaeritur P 450 finitas] infinitas P 451 sint] sunt R || ordines] ordine R 454 trium¹] *om.* P || horum²] istorum? R 454–455 si ... aliquid] nisi sit illud P

442 Arist., *Phys.* 2.2 (194b 13); tr. vetus (ed. Bossier-Brams, 55); cf. *Auctoritates Aristotelis*, n. 65 (ed. Hamesse, 145) 449 Resp. Arist., *Metaph.* 2.2 (994a 1–b 31)

455 aliquid quod est primum horum trium, nihil horum trium est. Igitur si non est
aliquid quod est primum omnium horum infinitorum, nullum eorum omnino erit.
Sed si sunt causae agentes infinitae, non est prima. Igitur si sunt infinitae, nulla
omnino earum est.

Consimili argumento utamur et nos in proposito, ut omnibus modis Aristote-
460 lis concludatur, quia si dicit argumentum non valere cum suum sit, concludatur.
Si concedit valere, neget mundum aeternum esse – quod posuit; si mundus ab
aeterno fuit, fuerunt revolutiones caeli ab aeterno sibi succedentes infinite. De
quibus infinitis sumptis tribus sibi propinquis revolutionibus *a b c*, verum est
dicere sicut de causis: non est *c* nisi post *b*, nec *b* nisi post *a*. Igitur si non esset
465 prima harum trium revolutionum, nulla harum fuisset.

Igitur a simili: si non est prima omnium harum revolutionum demonstratis
centum, nulla earum est. Igitur similiter de infinitis: si non est prima infinitarum
revolutionum, nulla earum est. Sed si fuerunt infinitae, non fuit prima. Igitur si
fuerunt infinitae caeli revolutiones, nulla fuit omnino.

470 Item, revolutio quae nunc est et est ultima earum quae fuerunt vocetur *a*. Si
igitur infinitae revolutiones sibi succedentes praecesserunt *a*, necessario num-
quam perveniretur ad *a* revolutionem; et ita *a* revolutio nondum est nec erit;
eadem ratione nec praecedens proximam nec illam adhuc praecedens et sic de
qualibet. Et ita si infinitae fuerunt revolutiones, nulla est vel erit vel fuit.

475 Item, novimus aliquid carere principio et fine, ut Deum; novimus et aliquid
habere principium et finem, ut hanc plantam. Novimus et aliquid habere initium
sed non finem, ut animam. Quartum autem esse non novimus, scilicet habens
finem et non principium. Igitur si omnes revolutiones quae fuerunt habent finem
hanc, scilicet quae nunc est, necessario habuerunt primam. Sic ergo significa-
480 tione huius dictionis ‘principio’ destruit tantorum tam magnos errores Moyses.
Nec non etiam consignificatione eiusdem, scilicet numero singulari multorum et
magnorum, elidit errores qui non unicum posuerunt principium omnium, scili-
cet Deum, sed plura, ut Aristoteles, qui posuit materiam et speciem et tertium,
dictum ‘operatorium’, et Plato ‘hylem’, ‘ideam’, et ‘deum’, et ita materiam et

455–456 horum¹ ... primum] *om. (hom.) R* 457 sunt¹] *sint corr. ex sunt P* 459–460
Aristotelis] Aristoteli *R* 461 neget] *corr. ex nego P* 463 revolutionibus] revelati-
bus *P* 464 post²] *corr. ex prius R* 465 revolutionum] revelationum *P* 466 revolutio-
num] revelationum *P* 468 revolutionum] revelationum *P* 469 revolutiones] revelatio-
nes *P* 470 revolutio] revelatio *P* 471 revolutiones] revelationes *P* 472 revolutionem]
revelationem *P* || revolutio] revelatio *P* 473 proximam] proxima *P* || adhuc] *corr.*
ex ad hanc P 474 revolutiones] revelationes *P* 476 et²] *om. P* 477 ut] *corr. ex*
aut P 478 revolutiones] revelationes *P* 479 habuerunt] habent *corr. ex habuerunt P*
479–480 significacione] *marg. P* 480 dictionis] *corr. ex distinctionis R* || destruit]
destruxit *P* 481 etiam] *transp. post consignificatione P* || consignificatione] *corr. ex*
consignificationem *P* 484 dictum] *corr. ex divinum? P*

484 Petr. Lomb., 2 *Sent.* 1.3 (ed. Grottaferrata, 1:331); cf. remote *Glossa ordin.* in Gen. 1,1
(ed. princeps, 1:6b) 484–485 Petr. Lomb., *ibid.* (330)

formam. Posuerunt Aristotelici quod ipsa et a nullo essent et sine initio tempo- 485
ris, sed Deo coaequa, ut patet ex Ambrosio in *Hexaemeron* in principio. Quos
philosophos Hieronymus et Beda super idem reprehenderunt. Similiter “Thales
Milesius aquam posuit omnium principium quae sine initio et a nullo esset et
hinc omnia elementa mundi et ipsum mundum et quae in eo gignuntur existe- 490
re. Nihil autem huic operi quod mundo considerato tam mirabile aspicimus, ex
divina mente praeposuit. Anaximander vero unicuique rei propria posuit prin-
cipia, et innumerabiles mundos ex ipsis esse; nihilque divinum eis praeposuit.
Anaximenes vero aeri finito omnium rerum causam dedit; neque deos negavit
aut tacuit; non tamen ab ipsis aerem factum, sed ipsos ex aere ortos credidit.
Anaxagoras vero rerum omnium quas videmus effectorem divinum animum sen- 495
sit, et ex infinita materia, quae constaret similibus inter se particulis, sed animo
faciente divino. Diogenes vero aerem dixit rerum materiam esse de qua omnia
fierent, sed eum compotem esse divinae rationis sine qua nihil ex eo fieri posset.
Archilaus autem ipse et de particulis inter se similibus, quibus singula quaeque
fierent, ita putavit constare omnia, ut in esse etiam mentem diceret, quae corpora 500
aeterna, id est illas particulas, coniungendo et dissipando ageret omnia.”

Horum omnium errores elidit unica littera, scilicet littera terminali huius dic-
tionis ‘principio’, qua numerus singularis designatur. Mirabilis prorsus est huius
sapientiae profunditas inscrutabilis quae unica littera tantam prosternit catervam
errorum. Neque oportet destructioni horum errorum insistere, cum ipsi se ip- 505
sos destruant mutuo. Unde Basilius: “Plurima super rerum naturam Graecorum
philosophi disputaverunt, sed nullus apud eos sermo fixus habetur et stabilis,
priore semper a sequente deiecto; nihilque nobis operae pretium est, quae illo-
rum sunt infirmare, cum ad destructionem propriam sibimet ipsi sufficiant.”

486 sed] scilicet P 487 reprehenderunt] reprehendunt P 488 Milesius] *marg.* P ||
nullo] *corr. ex nulla* P 492 innumerabiles] *corr. ex mutabiles* P 497 Diogenes] *corr. ex*
Diagenes P 498 ex eo] *exo (sic)* R 503 qua] quo R || prorsus] *corr. ex proprius* R
505 ipsi] isti R 507 disputaverunt] disputarunt R || eos] *corr. ex †...†* P 508 a
sequente] *corr. ex assequente* P || deiecto] *corr. ex detecto* P

485–486 Ambr., *Hex.* 1.1.1 (CSEL 32.1, 3) 487 De quaestione fontis quae appellatur ‘Hie-
ronymus’ vel ‘Hieronymus et Beda’, resp. J.T. Muckle, “Did Robert Grosseteste attribute the
Hexaemeron of St. Venerable Bede to St. Jerome?” MS 13 (1951), 242–44; et Dales, proemium
ad editionem Roberti Grosseteste *Hexaemeron*, xxiii 487–501 Rob. Gross., *Hex.* 1.9.3 (ed.
Dales-Gieben, 64); cf. Aug., *De civ. Dei* 8.2 (CCL 47, 217–18) 506 Resp. Rob. Gross.,
Hex. 1.9.3 (ed. Dales-Gieben, 64) 506–509 Eustathius, *In hex. Basilii* 1.2.2 (ed. Amand de
Menieta-Rudberg, 5); coll. ex Rob. Gross., *ibid.*

Appendix B
(ad dist. 13, ll. 110–11)
QUAESTIO DE LUCE

2.1 SI QUAERITUR QUALIS ILLA LUX FUERIT, CORPORALIS SCILICET
AN SPIRITUALIS.

Hic supponit Magister quod lux haec quam videmus est corpus, de quo magna
quidem disceptatio est apud modernos et controversia apud antiquos. Quod au- 5
tem, sicut hic supponitur, corpus sit dicit Augustinus in multis locis in *Epistola
ad Volusianum*; loquens de infirmis intellectibus quorundam, sic ait: “Hominum
iste sensus est nihil nisi corpora valentium cogitare, sicut ista crassiora, sicut
humor sunt atque humus, sive subtiliora sicut aeris et lucis, sed tamen corpora.” 10
Et paulo post in eadem epistola: “Duo liquores ita miscentur ut neuter servet
integritatem suam quamquam in corporibus ipsis aeri lux incorrupta misceatur.”

Item, Augustinus in secundo libro *De libero arbitrio*: “In corporibus lux tenet
primum locum.”

Item, *Super Genesim ad litteram* lib. 4: “Certe iste corporeae lucis est radius, 15
emicans ab oculis nostris.”

Item, in lib. 7: “Quomodo anima ex genere corporum aliquid est, cum eius-
dem generis summum non sit nisi lumen?” Et paulo post: Anima “crassioris
corporis sui materiam, hoc est humidam quandam terram, quae in carnis versa

*Hic textus invenitur in loco proprio tantum in P. Additur autem in R ad finem codicis. Textum
quidem omittunt codices ceteri, sed notatur in margine C quod deest quaestio de luce (“hic
deest quaestio de luce quae scripta est in parvo quaternio cum quaestionibus de haeresibus”),
relinquens nullum dubium quod scripta est a Fishacre. (Resp. cap. 2, Life and Works of
Richard Fishacre, 34–36.) Ed. in R. James Long et Timothy B. Noone, “Fishacre and Rufus on
the Metaphysics of Light: Two Unedited Texts,” in Roma, Magistra Mundi. Itineraria Culturae
Medievalis. Mélanges offerts au Père L.E. Boyle à l’occasion de son 75^e anniversaire, ed.
J. Hamesse (Louvain-la-Neuve, 1998), 2:530–36.*

3 si] dist. 13, cap. 2 locetur haec quaestio *add. marg.* R 5 hic] dist. 13 cap. 2 locetur haec
quaestio *add. marg.* R || quo] *corr. ex qua* P 6 disceptatio] deceptio R || apud²]
inter R 7 supponitur] supponit P || dicit] dicet R 9 sensus est] *marg.* P 10 hu-
mus] vel fumus *add. interlin.* P || sicut] *corr. ex sunt* P || et] *om.* P 11 neuter]
neutrum R 12 ipsis] ipsi R 15 est] *om.* P 18 crassioris] *corr. ex transiens* P

7–10 Aug., *Epist.* 137.2.4 (CSEL 44, 100–1); coll. ex Rob. Gross., *Hex.* 2.10.1 (ed. Dales-
Gieben, 98) 11–12 Ibid. 3.11 (110); coll. ex Rob. Gross., *ibid.* 13–14 Aug., *De lib. arb.*
3.5 (CCL 29, 284); coll. ex Rob. Gross., *ibid.* 15–16 Aug., *De Gen. ad litt.* 4.34 (CSEL 28.1,
135) 17–18 Ibid. 7.14 (213) 18–21 Ibid. 7.15 (213)

est qualitatem, per subtiliorem naturam corporis administrat, id est per lucem et aerem.”

[RATIONES PRO PROPOSITO]

Hoc idem videtur rationibus ostendi posse sic. Lux aut est substantia aut accidens. Si accidens, contra: omne accidens est alicui accidens per se, quia si inest alicui per accidens, inest ei per alterum cui inest aut per se aut per accidens. Si per accidens, ergo per alterum; et sic in infinitum quousque detur cui inest per se. Sed omne accidens per se causatur a vera forma sui per se subiecti. Unde et per definitionem dicentem formam subiecti demonstrabile illud accidens de suo per se subiecto. Igitur omne accidens causatur a vera forma sui per se subiecti. Sed lux in aere non ab aere vel a forma aeris causatur, sed potius a sole. Igitur lux in aere non est in aere ut in per se subiecto. In quo ergo puto non est assignare. Igitur accidens non est. Ergo est substantia. Aut ergo corporea aut incorporea. Non incorporea, tunc enim esset spiritus. Et hoc aut spiritus vegetabilis aut sensibilis aut intellectualis, quorum quodlibet est falsum. Ergo est substantia corporea. Ergo est corpus.

Item, cum lux pertransit aera, aut eadem lux numero est primo in aere orientali, deinde in occidentali – et tunc accidens non est, quia accidens non permutat subiectum – vel una lux est in parte aeris orientalis et alia ab ea genita in parte aeris propinquiore occidenti, utroque enim modo opinatur a diversis. Et tunc similiter si gignit, accidens non potest esse. Si enim accidens ageret aliquid extra suum subiectum, de necessitate non totum esse accidentis esset esse in subiecto. Quod falsum est.

Item, duo numquam accidentia eiusdem speciei specialissimae sunt simul in eodem subiecto secundum eandem partem, ut duae albedines non compatiuntur se in eadem parte subiecti simul. Sed duae lucis eiusdem speciei manentes sunt simul in eodem aere secundum eandem partem. Igitur non est lux accidens.

Assumptio patet: ex diversis enim candelis lucis sunt eiusdem speciei et tamen sunt simul in eadem parte aeris. Et manent duae lucis, quia post earum intersectionem ab invicem dividuntur neque admiscuntur lucis ad invicem neque aeri, ut dicit auctor *Perspectivae*. Alioquin omnia viderentur confuse, nulla distincte.

20 subtiliorem] subtilioris R; corr. ex subtilioris P 22 rationibus] transp. post posse P
 || ostendi] corr. ex ostendit P || posse] marg. P 24 aut¹] interlin. P 26 acci-
 dens] corr. ex antecedens P || vera] marg. P 28–30 igitur ... subiecto] om. (hom.) R
 30 igitur] corr. ex sed P 32 non incorporea] om. (hom.) R || esset] corr. ex est P
 35 item] quod lux non est accidens add. marg. R 37 una] corr. ex †...† P || lux]
 om. P 39 esse] transp. post accidens R || extra] contra P 40 accidentis] accidens P
 42 numquam] transp. post item P 47 duae lucis] marg. P 47–48 intersectionem] corr.
 ex intersecationem P

49 Alhacen (ibn al-Haitham), *Perspectiva* 1.7 [6.85] (ed. Smith, 1:57)

Similiter est de radiis diversis exeuntibus de diversis partibus solis intersecantibus 50
se in hoc aere.

Item, non resistit luci nec facit eam reverti nisi corpus opacum. Igitur vacuum
ei resistere non potest. Si igitur in aliquo loco inter caelum et terram esset locus
tenuis, aequè distans terrae, vacuum, non resisteret vacuum luci nec impediret
quin terra sub vacuo illustraretur a sole. Igitur lux pertransiret vacuum. Igitur in 55
vacuo accidens non esset, quia si esset accidens, esset in aliquo subiecto quod
esset in vacuo, et ita iam non esset vacuum.

[ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

1. Sed contra haec videtur dicere Damascenus. Dicit enim quod lumen est qua-
litas ignis; et ideo ex igne semper generatum non habet propriam hypostasim, id
est subsistentiam. Aristoteles etiam dicit quod neque est corpus neque defluxus 60
a corpore.
2. Item, si lux est corpus, cum aer etiam sit corpus, erunt duo corpora in eodem
loco, quod Aristoteles in *Physicis* habet pro magno inconvenienti. Nec mirum,
quia si sint duo corpora in eodem loco, iam duo corpora non erunt, sed unum.
Quippe linea longitudinis utriusque erit una, quia simul sunt. Lineae autem quae 65
simul sunt una sunt, quia linea lineae superposita non est nisi linea. Similiter
linea latitudinis et similiter linea spissitudinis et sic totae tres dimensiones sunt
una trina dimensio. Sed corpus non est nisi trina dimensio. Ergo sunt unum
corpus, si sunt in eodem loco.
3. Item, si lux est corpus, tunc lux constat ex materia et forma. Sed lux continue 70
fit. Non enim lux primo facta adhuc manet, nec illa quae fuit heri, sed in eodem
instanti corrumpitur. Cum ergo lux sit a sole, exit a sole non semel tantum
sed continue, non tantum forma sed etiam materia lucis. Igitur continue aliquid
solis deperit et sic tandem redigetur in nihilum. Immo mirum est quod nondum
redactum sit in nihilum. Continue enim exit ab eo lux, replens mundum et per 75
consequens materiam.

[OBIECTIO ET RESPONSIO]

Si autem dicas quia materiam habeat a corporibus aliis, contra: materia, ha-
bens formam unam, non recipit aliam, nisi prima corrumpatur. Igitur materia

50 de²] *interlin.* P 54 aequè] aequi R; *corr. ex* aequi P 56 accidens¹] *marg.* P || quia
... accidens²] *om. (hom.)* R 58 haec] hoc R || lumen] lux *corr. ex* lumen P 60 sub-
sistentiam] substantiam P || defluxus] *corr. ex* diffluctus (*sic*) P 62 est] *interlin.* P
67 similiter ... et²] *om. (hom.)* R 68 trina¹] *corr. ex* tria P 72 exit] *corr. ex* erit P
74 nondum] *corr. ex* non dudum P 75 sit] est *corr. ex* sit P 77 si] obiectio *add. marg.*
m. post. R || contra] *improbatio add. marg. m. post.* R 78–79 igitur ... corrumpatur]
marg. P

58–60 Ioan. Dam., *De fide orth.* 8.6 (ed. Buytaert, 34); coll. ex Rob. Gross., *Hex.* 2.10.2 (ed.
Dales-Gieben, 98) 60–61 Arist., *De an.* 2.7 (418b 13–15); cf. *Auctoritates Aristotelis*, n. 68
(ed. Hamesse, 180) 63 Resp. Arist., *Phys.* 4.5 (212b 25); cf. *De an.* 2.7 (418b 17)

aeris formam lucis non recipit, nisi aeritas corrumpatur. Alioquin idem penitus
 80 posset esse lux et aer simul et semel. Igitur in qualibet parte aeris habentis lucem
 aliquid de ipso corrumpitur. Sed lux subito fit in aere. Igitur aer subito corrumpitur.
 Et etiam cum lux subito corrumpatur, necesse erit aut subito in materia
 eius fieri formam aeris; aut manere per aliquod tempus locus sine corpore; aut
 aerem subito occupare locum lucis corruptae, et tunc motus aeris erit subito.
 85 Item, etiam sol gignit lucem in caelo. Igitur aliquid caeli corrumpitur, ut ex
 materia partis corruptae fiat lux.

[SOLUTIO]

Solutio. Sciendum quod aliquando idem nomen est substantiae et accidentis
 causati ab ea, sed aequivoce. Multotiens enim tum propter hoc quod formas sub-
 stantiales ignoramus, tum propter propinquitatem substantiae et accidentis causati
 90 ab ea non discernimus inter substantiam et eius accidens. Et ideo ea eodem no-
 mine significamus, licet aequivoce. Sic aestimo nomen lucis, licet aequivoce,
 aliquando esse nomen substantiae inter corpora subtilissimae, aliquando esse no-
 men accidentis causati ab ea. Aliud enim est lux, aliud illuminatio. Est enim
 illuminatio aeris a luce indeficiens motio generativae actionis, non in respectu ad
 95 lucem illuminantem, sed potius in respectu ad rem illuminatam. Motus autem de
 genere accidentis est, immo et qualitas, sicut et quies. Lux ergo aliquando dicitur
 ipsa aeris, scilicet medii vel obiecti, illuminatio; aliquando ipsa substantia a qua
 est ipsa illuminatio.

[RESPONSES AD ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

Et sic patet solutio ad primum. Damascenum enim et Aristotelem intelligo
 100 lucem dicere illam illuminationem, Augustinum vero substantiam illam a qua est
 illuminatio.

Ad secundum. Nullum mihi est inconveniens multa corpora subtilia vel spi-
 ritualia esse in eodem loco et etiam in eodem loco cum corpore grossiori, sicut
 constat de corpore Christi et aliis corporibus glorificatis quod ianuis clausis in-
 105 trare possunt. Et erunt aliquando simul loco hostium et corpus glorificatum. Nec
 tamen est eadem numero linea longitudinis utriusque corporis. Identitas enim

81 corrumpitur¹] *corr. ex* corrumpatur R || aer] *marg.* P 84 occupare] *transp. post*
 aut P 86 fiat] *corr. ex* fit P 87 sciendum] *dicendum marg.* P 91 sic ... aequivoce²]
marg. P 92–93 esse nomen] *om.* P 93 accidentis] accidenis (*sic*) P || est¹]
interlin. P 93–94 est² ... illuminatio] *marg.* P 94–95 ad ... respectu] *marg. (hom.)* P
 96 accidentis] actionis P 97–98 aliquando ... illuminatio] *om. (hom.)* R 99 intelligo]
corr. ex intelligunt P 100 dicere] *transp. post* illam P 103 et ... loco²] *om. (hom.)* R
 104 constat] constanum? P 105 hostium] *corr. ex* hostia P

99–101 Resp. Rob. Gross., *Hex.* 2.10.1–2 (ed. Dales-Gieben, 98–99) 99–100 Arist., *De*
an. 2.7 (418b 11)

numeralis non est nisi ab identitate numerali formae ultimae. Unde linea illa mathematica quae imaginatur eadem utriusque corporis non est eadem, sed duae. Quippe illa linea non est nisi linea spatii in qua linea spatii sunt duae lineae diversae secundum numerum, quia formae corporum quorum sunt lineae formae dico ultimae, ut forma lucis et aeris sunt naturaliter diversae. 110

Ad tertium. Videtur mihi – dico tamen sine praeiudicio maiorum – quod materia lucis huius neque de sole exit neque est aliquid de materia aeris. Sed continue creatur materia lucis, sicut quando creatur anima, creatur materia animae de novo; non quia nova materia creatur quae non fuerit creata in 6 primis diebus. Eiusdem enim generis est materia animae vel lucis nunc creata, cuius est materia animae vel lucis tunc creata. Sed in hoc, ut mihi videtur, differt factio lucis et animae quod anima tota, scilicet forma eius et materia creantur, cum creatur anima. Cum autem sit lux, materia tantum creatur; forma vero gignitur a corpore luminoso. Et hoc est lucem generari a sole, scilicet solem dare materiae, quae aliunde est, formam. Sicut enim aliqua fiunt et generari dicuntur quae habent materiam tantum ab eo qui eis ‘generans’ dicitur, sicut homo generari dicitur ab homine, a quo tantum habet materiam. Anima enim vel forma est penitus ab extrinseco. Quare non similiter fient aliqua habentia tantum formam a generante suo et materiam penitus ab extrinseco? Hoc enim verius est generare, scilicet dare formam genito, quam dare tantum materiam. 115 120 125

Si enim aliqua sunt creata a Deo ratione materiae et formae, ut angeli, et aliqua ratione formae, scilicet animae, ut homo, quare non erit tertium creatum a Deo ratione materiae tantum, scilicet lux? Alioquin universum non est completum.

Vel sic: cum sit aliquid habens nec formam nec materiam a creatura, ut angelus; aliquid etiam habens materiam tantum a creatura, ut homo ab homine – anima enim a Deo est – quare non erit tertium, habens formam tantum a creatura, sicut lux? 130

107 unde] *corr. ex* vel P 108 est] *interlin.* R 113 neque¹] *corr. ex* non P 115 materia] *natura* R 119 tantum] *datur add. marg.* P 120 a sole] *om.* P 121 et] *materia lucis continue (genera)tur add. marg. m. post.* R 122 tantum] *marg.* P || eis] *ei* R 123 vel] *corr. ex* scilicet P; scilicet *add.* R 124–125 quare ... extrinseco] *marg. (hom.)* P 127 enim] *om.* R 128 erit] *exit* P 129 scilicet] *interlin.* P 130 aliquid] *aliquod* P || a] *interlin.* P 131 a] *interlin.* P

Appendix C

(ad dist. 14, ll. 9–10)

QUAESTIO DE AQUIS QUAE SUNT SUPRA FIRMAMENTUM

² CUI SUPPOSITAE SUNT AQUAE IN AERE ... ALIAE, DE QUIBUS DICITUR: QUI TEGIS AQUIS SUPERIORA EIUS.

Tria quaeramus: an supra firmamentum sint aquae; et si sint ibi, ad quid; ⁵ tertio, quomodo sint ibi.

[UTRUM SUPRA FIRMAMENTUM SINT AQUAE]

Quod aquae ibi non sint testantur omnes philosophi. Ideo quidam Catholici, ut ait Augustinus *Super Genesim ad litteram*, dicunt ibi firmamentum vocari ‘aerem’, scilicet medium aeris interstitium, quod est inter aquas pluviales et aquas ¹⁰ marinas, innitentes huic quod Scriptura frequenter illam aeris partem ‘caelum’ vocat. *Matt.* 13: “Venerunt volucres caeli et comederunt ea”; et eodem: “Ita ut volucres caeli veniant et habitent in ramis eius”; *Luc.* 12: “Faciem caeli et terrae nostis probare.”

Sed sancti per firmamentum non aerem sed potius vere caelum intelligunt stellatum. Quod autem ibi ad litteram aquae esse possint et sint patet auctoritate ¹⁵ et ratione.

Haec quaestio invenitur hic tantum in manuscriptis recentioribus, videlicet in AP. Inseritur alibi (e.g. in foliis inter libros) in BCOR; in NVW omnino omittitur. Haud dubitatur quod Fishacre auctor fuit.

3 cui] et B; *transp. ad p. 379^a ad signum ::::* B; *m. post. et transp. ad f. 185^{ra}* C; cui *usque ad finem transp. ad ff. 93^{ra}–94^{va} inter libros I et II* R; cui ... *usque ad finem om.* V 4 qui ... eius] etc. O 5 tria] de aquis quae sunt supra firmamentum *add. marg. m. post.* B; haec quaestio debeat locari superius dist. 14 cap. 1 *add. in calce* C || an] an ... *usque ad finem transp. ad ff. 4r-5v sub titulo* ista quaestio quae hic excerpta passim ponitur deficit in secundo libro dist. 14 O || sint²] sunt BR; *corr. ex sunt* P 6 quomodo] quo *del.* B || ibi] *om.* B 7 quod] quod ibi possint esse et sint *add. marg. m. post.* B || aquae] autem O || sint] *om.* B || testantur] stestantur(*sic*) B 8 ibi] hic BR 15 ibi ... sint²] *corr. ex qualeslibet aquae ibi possunt sic* P || ad litteram] *om.* P || possint] possunt CO || et sint] *om.* O

8–10 Resp. Aug., *De Gen. ad litt.* 2.3 (CSEL 28.1, 37) 11 *Matt.* 13,4 11–12 *Matt.* 13,32
12–13 *Luc.* 12,56

[ARGUMENTA EX AUCTORITATE]

Auctoritate: *Gen.* 1: “Divisit aquas quae erant sub firmamento, ab his quae erant super firmamentum”; *Ps.*: “Qui tegis aquis superiora eius.”

Item, “aquae, quae super caelos sunt, laudent nomen Domini”; *Dan.* 3: “Benedicite, aquae quae super caelos sunt, Domino.”

Item, auctoritatibus sanctorum hoc idem patet. Ambrosius in *Hexaemeron*: “Volunt id destruere quod frequenti Scripturarum locutione inolitum nostris impressum est mentibus, quia aquae super caelos esse non possunt.” Infra: “Qui iussit discerni aquam interiecto medio firmamento providit quemadmodum divisa manere possit; sermo Dei virtus naturae est et diuturnitatis substantiae, quoad usque velit ea manere quae statuit.” Unde “aquae, quae super caelos sunt, laudent nomen Domini, quia ipse dixit et facta sunt, mandavit et creata sunt.” Infra: “Quid miraris, si supra firmamentum caeli potuit tantae maiestatis operatione unda suspendi? De aliis haec collige de his quae viderunt oculi hominum, quomodo ad Iudaeorum transitum, si rationem quaeris, se unda divisit. Non solet hoc esse naturae, ut aqua se discernat ab aqua.” Infra “nonne potuit aliter Hebraeum populum liberare? Sed tibi voluit ostendere, ut eo spectaculo etiam illa quae non vidisti, aestimares esse credenda.”

Item, Damascenus: “Cuius autem gratia super firmamentum aquam Deus imposuit? Propter solis et aetheris calidissimum fervorem. Et nisi subiaceret aqua, inflammatum iam utique esset a calore firmamentum.”

De hoc Augustinus *De civitate Dei* lib. 11, cap. 34: “Hi, qui in nomine aquarum, angelos qui supra caelos sunt intelligi volunt, ponderibus elementorum moventur, et ideo non putant aquarum fluidam gravemque naturam in superioribus mundi locis posse constitui; qui secundum rationes suas, si ipsi homines facere potuissent, non ei pituitam, quod Graece ‘phlegma’ dicitur et tamquam in ele-

17 auctoritate] *om.* O; *corr.* ex auctoritas P 17–18 quae¹ ... firmamentum] etc. OP 18 tegis] tegit *corr.* ex tetigit P 21 item] *om.* BCR || auctoritatibus ... patet] *om.* O || auctoritatibus] auctoritate P || hoc ... patet] *marg. m. post.* P || in Hexaemeron] *interlin.* P 22 Scripturarum] *om.* O; *marg. m. post.* P || locutione] lectione R 23 infra] inde B 25 possit] *marg. m. post.* P 25–34 sermo ... item] *om.* O 25 virtus] vel ortus *add.* P; *interlin.* C || substantiae] substantia BR 27 mandavit ... sunt²] *om.* (*hom.*) BR 28–29 unda] *marg. m. post.* P 29 haec] *corr.* ex hic P || videntur] viderent R 31 infra] sed BR 32 illa] ea B 33 credenda] *corr.* ex creanda P 34 cuius ... gratia] etc. O || cuius autem] *corr.* ex cap. 9 P 35 solis] sol B 37 de hoc] *om.* O || 11] *corr.* ex †...† P || cap. 34] *om.* O 38 qui ... sunt] *om.* O 39 fluidam] *corr.* ex †...† P 40–48 qui ... censerent] *om.* O 40 homines] hominem P 41 non ei] nonne P

17–18 *Gen.* 1,7 18 *Ps.* 103,3 19 *Ps.* 148,4 19–20 *Dan.* 3,60 21–23 Ambr., *Hex.* 2.3.9 (CSEL 32.1, 47) 23–26 Ibid., 2.3.10 (48) 26–27 *Ps.* 148,4–5 28–31 Ambr., *Hex.* 2.3.10 (49) 31–33 Ibid., 2.3.11 (49) 34–36 Ioan. Dam., *De fide orth.*, cap. 23 (ed. Buytaert, 99) 37–48 Aug., *De civ. Dei* 11.34 (CCL 48, 354)

mentis corporis nostri aquarum vicem obtinet, in capite ponerent. Ibi enim sedes phlegmatis est, secundum Dei opus utique aptissime, secundum istorum autem coniecturam tam absurde, ut, si hoc nesciremus et in hoc libro similiter scriptum esset quod Deus humorem fluidum et frigidum ac per hoc gravem in superio- 45 re omnibus ceteris humani corporis parte posuerit, isti trutinatores elementorum nequaquam crederent; et si auctoritati eiusdem Scripturae subditi essent, aliquid aliud ex hoc intelligendum censerent.”

Item, Augustinus *Super Genesim ad litteram*: “Quomodo et qualeslibet aquae ibi sint, eas ibi esse minime dubitemus; maior est enim huius Scripturae auctoritas 50 quam omnis humani ingenii capacitas.”

[ARGUMENTA EX RATIONE]

1. Ratione patet hoc idem. Novimus quod calor aliquantus impressus vaporibus grossis sufficit ad elevandum eos usque ad supremum aeris. Igitur tanta posset esse humoris subtiliatio et tanta caloris impressio, ut elevarentur supra caelum stellatum et eadem virtute ibidem tenerentur qua elevarentur; eadem enim virtus 55 magis sufficeret ibi tenere quod attraxit quam attrahere quod distiterit.

2. Item, stellae quanto sunt maiores et velociores, tanto naturaliter sunt effective calidiores; motus enim acquirit calorem, ut patet ex hoc quod plumbum in hasta sagittae velociter ab arcu missae liquatur, ut dicit Aristoteles in libro *Caeli et mundi*. Sed Saturnus est planetarum supremus, unus de maximis stellis. Est enim 60 Saturnus nonagies et semel tantum quantum terra et est cursu velocissimus, licet secundum sensum videatur contrarium. Quomodo ergo effective frigidus esse potest nisi adiunctione alicuius causae frigidae ita ut cum virtus frigida ei adiuncta et virtus eius coniungatur in aere, fiat quidam effectus, magis habens frigiditatis quam caloris. Sed hoc frigidum ab inferioribus ei non contingit, quia tunc omnes 65 stellae inferiores essent effective frigidae. Igitur haec causa ei desuper adiungitur. Sed inter corpora aqua est frigidissimum. Igitur probabile videtur aquas ibi esse.

42 sedes] *rep.* B 43 est] *corr. ex esse* C; *marg.* P 46 isti] ipsi P 48 aliud] *interlin.* P
 || ex] *corr. ex ad* P || censerent] *corr. ex crescerent* P 49 qualeslibet] quales O
 50 sint] sunt O || est] *om.* OP 51 ingenii] generis C; vel ingenii *add. interlin.* C
 52 ratione] ratio prima *add. marg. m. post.* C; rationes quod aquae sunt supra firmamentum
add. marg. R 53 usque] *om.* R 54 tanta] tanti BR || elevarentur] elevaretur BR
 55 ibidem] ibi BCR 56 quod attraxit] *om.* CO; quod abstraxit *add. marg. m. post.* P
 58 ex hoc] eo OP 59 missae] emissae P 61 nonagies] *corr. ex nanagies* P; alia littera
 nonagesies *add. marg. m. post.* P || terra] est *add.* O 63 frigida ... adiuncta] frigidi ei
 adiuncti R 64 coniungatur] coniungantur BCR || quidam] quod dicitur O 65 hoc]
 hic O 66 frigidae] *corr. ex †...†* P 67 est] *om.* C

49–51 Aug., *De Gen. ad litt.* 2.5 (CSEL 28.1, 39) 57–60 Arist., *De caelo* 2.7 (289a 19–28)
 60–62 Resp. Rob. Gross., *Hex.* 3.3.2 (ed. Dales-Gieben, 103)

3. Stellae etiam fixae, cum aliquae earum sint planetis maiores, quia inter corpora mundana maximum est sol; et post illum 5 stellae fixae, maximae fixarum; et post Iuppiter tertius est magnitudine; Saturnus, quartus; quintus, omnes stellae fixae aliae notabilis magnitudinis; sextus, Mars; septimus, Terra; octavus, Venus; nona, Luna; decimus, Mercurius. Sunt insuper aliquae earum, scilicet stellarum fixarum, planetis lucidiores, et tamen sunt temperantioris actionis quam planetarum. Unde eis hoc esse posset, nisi haberent aliquam causam frigefactivam sibi coniunctam.
4. Item, si potest caelum sidereum elevare usque ad nubes, sub se aquas scilicet, quare non poterit caelum empyreum non dico elevare sed retinere sub se, scilicet super stellatum, aquas?
5. Item, aqua nunc obtinet locum sub suo loco naturali. Est enim in visceribus terrae et non est in loco suo naturali, scilicet operiens superficiem terrae. Quare ergo non poterit esse supra suum locum naturalem, maxime ut recuperet in caelo quod perdidit in terris?
6. Item, sphaera inferior non rapit secum sphaeram superiorem, sed econtrario. Ex quo videtur quod non agit caelum sidereum nisi in inferiora se loco, sed a motu suo locali secundum philosophos causatur omnis motus localis, maxime naturalis. Ergo si aqua est supra caelum sidereum, non descendet naturaliter, sed stabit ibi.
7. Item, secundum Ambrosium immobilitas terrae, quae tota non removetur quolibet pondere superveniente, est a divina virtute; qua ergo virtute tenet terram immobilem, eadem potest tenere aquas super caelos immobiles. Unde Ambrosius in *Hexaemeron*: “Quo verbo dicunt terram in medio esse suspensam et immobilem manere, cum gravior sit quam aqua, ea ratione possunt dicere non praecipitari aquam orbis illius caelestis conversione quae super caelos est.”
8. Item, Damascenus: Optimum elementorum est aqua et plurimo usui utilissimum. Et sordis purgativum non solum corporeae sed et animalis, si assumpersit gratiam Spiritus Sancti. Si ergo purgat spiritum, quare non erit in loco proximo

68 stellae] 3. Alfraganus diff. 22a *add. marg. m. post.* C || cum] *om.* CO; *interlin.* P || earum] *om.* CP || sint] sunt C; *corr. ex* sunt P 69 mundana] caelestia BR || 5] 15 CO 70 est] *om.* P || quintus] quintae O; quinto CP 71 octavus] octava C 72 sunt] sint O || insuper] etiam OR || scilicet] *om.* O; *interlin.* P 73 lucidiores] liquidiores O; *corr. ex* liquidiores P || temperantioris] temperatoris COR; temperationis B 74 esse] *om.* P || aliquam] aliam CR 76 sub] super C 77 poterit] poterit (*sic*) B 79 nunc] *corr. ex* non P || locum] nunc est *add.* O || visceribus] in *add.* R 80 est] *om.* OP 81 recuperet] reciperet OR; *corr. ex* reciperet P 83 rapit] capit BR || sphaeram] *om.* BCR 93 orbis] orbem PR 94–95 utilissimum] utilimum B

68 Resp. Alfraganus, *Liber de aggregationibus scientiae stellarum*, diff. 22 (ed. Campani, 148–50; ed. Carmody, 39–40) 90–93 Ambr., *Hex.* 2.3.11 (CSEL 32, 50) 94–95 Resp. Ioan. Dam., *De fide orth.*, cap. 23 (ed. Buytaert, 98)

spirituum? Et si est optimum elementorum, videtur ei congruere locus dignior et melior, scilicet supra cetera elementa. Insuper, si communicat cum spiritu rationali in hoc quod est susceptiva gratiae quod nulli alteri datur elementorum, videtur quod habeat potentiam singulariter nobilem, propter quod videtur dicere 100 Damascenus quod est optimum elementorum. Et gratia talis nobilitatis debetur ei, ut videtur, locus proximus loco spirituum.

⁹ Item, Aristoteles *De animalibus* lib. 19: “Cum humor fuerit multus in oculo erit color niger, quoniam nigredo erit ex multitudine aquae, et cum humor fuerit modicus, erit color glaucus. Et hoc manifestatur in mari, quoniam quando aqua 105 fuerit pauca, erit color eius glaucus, et quando erit multa, erit magis similis colori lapidis lazuli. Et diversatur secundum magis et minus.” Cum ergo quando caelum serenum intuemur, talis color occurrit oculis, ubi terminatur visus. Et constat illud non esse sidereum caelum, quia caelum non sistit visum; alioquin eo mediante non viderentur stellae. Oportet dicere quod ibi est aqua multa. Si 110 enim contradicis illi colori apparenti, indiges sensu.

¹⁰ Item, si poneretur ibi aqua, sicut et ponunt sancti, non descenderet. Quippe caelum non est extensibile nec mobile secundum rectum sursum vel deorsum. Si ergo aqua supraposita descenderet, remaneret vacuum, quia nullum corpus loco eius succederet. Si ergo aqua ascendit contra naturam suam ne sit vacuum, ut 115 patet in fistulis et aquaeductibus, et posita in vase subtus perforato, si superius bene claudatur, non descendit ne sit vacuum, quare non remanebunt sursum et non cadent deorsum ne ibi sit vacuum?

¹¹ Item, in hoc mari contingit accessio, scilicet elevatio eius ad sursum lumine lunae. Si ergo habent stellae tam remotae a mari tantam potestatem super aquas, 120 ut eas sursum elevent, cum et haec aqua sit grossa valde et ponderosa et corpulenta, quare non caelum empyreum in aquam iuxta se positam tantam habebit potestatem ut eam retineat ne descendat? Inter propriorem enim locum lunae et aquam secundum Albumasar sunt centum milia et 98 milia et 94 miliaria.

¹² Item, naturae aquae non videtur ille locus super firmamentum contrarius. 125 Quippe idem est locus naturalis paucae et multae aquae, sicut totius terrae et

97 est] *om.* OP 98 supra] super CP 99 alteri] *interlin.* C 100 habeat ... quod²] propter hanc formam singulariter nobilem O 101 debetur] dentur B 107 lazuli] *corr.* ex latuli P 108 occurrit] occurat BCR || et] *om.* OP 109 alioquin] aliquando BR 112 et] *interlin.* P 114 supraposita] subposita O; superposita P 115 ne ... vacuum] *om.* O 116 in¹] *interlin.* P 117 claudatur] clauditur O || remanebunt] remanebit O 118 non] *om.* BR || cadent] cadet O; cadunt P || ibi] *interlin.* R 119–182 item ... sursum] *om.* O 120 tam remotae] *marg.* C 121 cum] *corr.* ex est P || sit] *interlin.* P 124 Albumasar] album *spat.* B; albu *spat.* R

101 Ibid. 103–107 Arist., *De gen. animal.* 5.1 (779b 26–34); ed. van Oppenraaij, 217 123–124 Resp. Albumasar: “Lune, quando magis prope est faciei terre est, (ut diximus), centum milia ... et XXVIII milia ... et LXIII miliariorum fere,” *Liber introductorii*, tract. 4, diff. 1 (ed. Lemay, 5:138)

unius glebae. Sed dicis quod non tantum infima superficies aquae est in suo loco naturali sed etiam eius superior superficies. Ergo in diluvio cum aqua esset “15 cubitis super montes,” illa superior eius superficies fuit in suo loco naturali. Igitur
 130 si tanta esset aqua quod superior eius superficies pertingeret super caelum stellatum, esset ibi naturaliter. Cum ergo nunc pauca aqua sit respectu tantae aquae imaginatae, etiam huic aquae non repugnat ille locus ita a centro elongatus.

13. Item, ut patet ex Augustino et ratione, potest Deus separare ab elementis gravibus gravitatem ipsis tamen manentibus, ut fiet in corporibus glorificatis; quippe
 135 sicut fecit daemon in purgatione virginis vestalis quae cribro portavit aquam sine distillatione, ut dicitur *De civitate Dei* lib. 22. Sed ablata gravitate ab aqua non esset contra eius naturam manere sursum. Ergo posset fieri et factum est, ut aqua supra caelos sit non contra naturam.

14. Item, secundum Basilium in *Hexaemeron*, quidquid possumus separare intellectu, potest Deus separare in effectum. Sic separat accidens a substantia, ut patet
 140 in Eucharistia. Ergo cum inter aquam et gravitatem discernamus intellectu, potest ea Deus separare in effectum; et ita sit aqua non gravis et ita sursum.

15. Item, aliud est gravitas, aliud est actio eius, scilicet inclinatio deorsum, quia unum est forma substantialis et alterum in praedicamento actionis. Sicut ergo
 145 potest Deus separare virtutem, scilicet gravitatem, a substantia aquae, sic actionem, scilicet inclinationem deorsum, a virtute, scilicet gravitate. Et tunc licet esset aqua gravis, tamen aqua careret inclinatione deorsum, posset sursum stare. Exemplum est de igne in camino in *Daniele*, qui habuit substantiam et virtutem combustivam, non tamen habuit actionem in Daniele et socios eius.

16. Item, cum alia sit ratio seminalis ad aquam, alia ad gravitatem, potest Deus
 150 facere ut ratio seminalis aquae erumpat in actum, et ratio seminalis gravitatis non erumpat. Et ita erit aqua non gravis.

17. Item, quanto aliquid magis elongatur a suo naturali ubi, tanto tardiori motu fertur illuc. Ergo, ut videtur, posset in tantum aqua elongari a suo naturali ubi
 155 quod omnino non ferretur deorsum, sed quasi remotissimus locus a suo ubi est locus super firmamentum. Ergo non ferretur deorsum.

127 infima] intima C 129 igitur] corr. ex quia P 130 super] marg. m. post. P 135
 cribro] corr. ex crebro P 136 ab aqua] corr. ex aliqua P 137 esset] est C 139 in Hexaemeron] corr. ex texamus? P 142 ita¹] ut add. marg. P 143 est²] om. R 144 substantialis] corr. ex liberalis P || alterum] aliud C 146–147 a ... deorsum] marg. m. post. (hom.) P 147 aqua²] quia CP 153 ubi] corr. ex †...† P 155 ferretur] corr. ex deferet P

128–129 *Gen.* 7,20 133–136 Resp. Aug., *De civ. Dei* 22.11 (CCL 48, 830) 139–140 Recte Rob. Gross., viz.: “Affert autem Basilii sue assertionis probabilitatem, videlicet quod aliud est lux et aliud subiectum eius. Unde cum nos possimus ratione et intellectu a suo subiecto lucem dividere, multo fortius Deus potest hoc abinvicem nutu suo secundum actum existendi separare et post separationem coniungere,” *Hex.* 5.5.3 (ed. Dales-Gieben, 161) 148–149 *Dan.* 3,13–26

18. Item, si potest spiritus omni corpore nobilior habitare in corpore etiam terrestri, ut in inferno vel corpore humano, cum maior sit differentia naturarum inter spiritum et corpus quam inter quaevis corpora, quare non potest manere quodcumque corpus in quocumque, et ita aqua in caelo? 160

19. Item, corpus hominis erit in empyreo, quamvis sit corpus terrestre, quanto magis aqua esse poterit sub empyreo et super caelum stellatum?

20. Item, aqua naturaliter appetit figuram sphaericam, ut patet; ubique enim, nisi cogatur a continente, figurat se sphaerice. Sed nullus appetitus naturalis in toto est frustra, sed alicubi habet secum suum appetibile. Ergo cum aqua naturaliter appetat figuram sphaericam, alicubi habebit eam. Sed in superficie terrae non habet completam sphaericam figuram. Ergo habet alibi. Ubi nisi super caelum stellatum? 165

21. Item, ipse Deus instituit naturam ut voluit, et non ideo vult, quia sic est secundum naturam; immo sic est secundum naturam, quia ipse vult. Unde Ambrosius in *Hexaemeron*: “Sermo Dei virtus naturae.” Item, idem: “Vox Dei efficiens naturae est.” Ergo ideo haec aqua naturaliter inclinatur deorsum, quia Deus a principio sic instituit. Si ergo pro voluntate sua a principio instituit, potuit a principio instituere quod aqua super caelos non inclinaretur deorsum. Et tunc ibi esse esset eis naturale, sicut his aquis esse hic, quia ut dicit Ambrosius: “Prima constitutionis lex formam in posterum derelinquit.” 170

22. Item, ut dicit Anselmus: “Omnis necessitas et impossibilitas subiacet divinae voluntati in tantum ut non ideo velit hoc, quia est necessarium, sed potius est necessarium, quia ipse vult.” Ergo cum aqua inclinari deorsum sit unum necessarium, non est necessarium nisi quia ipse vult. Ergo si vult aliquam aquam non inclinari deorsum, non inclinabitur, sed stabit sursum. 175

[ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

1. Sed contra hoc et pro philosophis naturalibus sic posset argui: “Nullum violentum est perpetuum.” Sed omni corpori unius naturae debetur unus locus naturalis et violenter est extra illum locum. Ergo si aquae super caelos sint aquae univocae cum his aquis, et istae sunt hic naturaliter, illae sunt super caelos violenter. Ergo 180

158–159 spiritum] *corr. ex speciem* P 162 super] supra C 163 figuram] *corr. ex naturam* P 165 appetibile] *corr. ex aptibile* P || naturaliter] universaliter BCR 166 eam] *om.* P 167 habet alibi] *corr. ex alicubi* P || super] *marg.* P 169 item] *corr. ex et* P || ideo] *interlin.* P 174 non] *marg.* P 175 esse¹] *marg.* P || eis] *corr. ex eius* P 176 constitutionis] institutionis R || derelinquit] *corr. ex determinat* P 178 quia] hoc *add.* C || est¹] *interlin.* P 182 sed] opponit pro alia parte *add. marg. m. post.* B || et ... naturalibus] *om.* O 184 sint] sunt OP

170–171 Ambr., *Hex.* 2.3.10 (CSEL 32.1, 48) 171–172 Ibid., 3.2.8 (64) 175–176 Ibid. 177–179 Anselmus, *Cur Deus homo*, cap. 17 (ed. Schmitt, 2:122); cf. *Meditatio* 3 (ed. Schmitt, 3:86) 182–183 Arist., *De caelo* 2.3 (286a 17–18); resp. *Auctoritates Aristotelis*, n. 50 (ed. Hamesse, 163)

cum “nullum violentum sit perpetuum” eo quod inclinatio naturalis tunc esset frustra, non sunt ibi aquae perpetuo.

2 Item, caelum, cum sit quodammodo glorificatum, nec cedit nec resistit impellenti, sed sit simul loco, ut lux et aer. Ergo cum aquae naturaliter inclinantur
190 deorsum, nec resistit caelum, cadent necessario, ita quod erunt transeuntes per caelum in eodem loco cum ipso.

3 Item, omnis locus alicui corpori est naturalis. Cum ergo aqua occupet locum supra firmamentum et non naturaliter, quia est eiusdem naturae cum hac aqua, patet quod ille locus est alicui corpori naturalis non nisi caelo, cum ipsum sit et
195 supra illum locum et sub. Ergo caelum est extra suum locum naturalem perpetuo. Quod non solet concedi. De aliis enim elementis conceditur quod loca singulorum ab aliis invicem occupari possunt pro parte, sed non de caelo. Consuevit etiam concedi quod, licet aliis corporibus, tamen caelo numquam fit violentia.

4 Item, velox motus causat calorem, ut patet ex eo quod liquatur in hastula
200 sagittae a forti arcu missae plumbum. Ergo cum motus diurnus sit omnium motuum velocissimus et minimus et ideo aliorum mensura motuum, et iste motus est sphaerae nonae, cui ex parte superiori contiguae sunt aquae, ut dicis, sicut caelum stellarum fixarum ex parte inferiori aequè velociter rapiet et revolvit illas aquas, sicut caelum fixarum revolvitur, scilicet valde velociter. Ergo aquae illae
205 calefiunt, immo fluidae sunt et evaporant, et aliquando consummentur in toto, cum eis nihil addatur. Et etiam si calefit aqua, rarefit et occupat locum maiorem, et ita aliquid occupabunt de caelo empyreo vel de sphaera nona.

[RESPONSIONES]

Ad haec autem quattuor dici potest quod, ut supradictis patet, haesitare videtur Ambrosius an sint ibi aquae naturaliter an violenter. Quod enim possint ibi esse
210 violenter innuit per hoc quod exemplificat de divisione maris in transitu filiorum Israel. Quod vero possint ibi esse naturaliter innuit, dicens quod sermo Dei est

187 aquae] *marg.* P 188 nec¹] non C 189 inclinatur] inclinentur O 190 per] *om.* O; *marg.* P 192–208 item ... nona] *om.* O 192 corpori] corporis B; *corr.* ex corporis P || est] *marg.* P 194 ille] *marg.* P 195 perpetuo] perpetue P 196–198 de ... concedi] *om.* (*hom.*) B 199 ex eo] *om.* BR || liquatur] *corr.* ex loquatur P 200 plumbum] plumbum (*sic*) C; *om.* BR 200–201 motuum¹] *om.* P 201 motuum] est *add.* R || iste] ille B 203 stellarum] *om.* BR || rapiet] *corr.* ex rapit P || revolvit] *corr.* ex revolvit P 204 scilicet] *interlin.* P || ergo] *corr.* ex solutio P 205 consummentur] *corr.* ex consummuntur P 206 calefit] calescit R || aqua] *om.* BR 207 occupabunt] *om.* BR 208 ad] solutio *add.* *marg. m. post.* B || autem] *om.* P; autem quattuor *om.* O 209 sint¹] aliquae *add.* P || possint] possunt O; *corr.* ex possunt P 211 possint] possunt CO; *corr.* ex possunt P

186 Ibid. 199–200 Resp. supra: Arist., *De caelo* 2.7 (289a 19–28) 209–212 Resp. Ambr., *Hex.* 2.3.10–11 (CSEL 32.1, 49)

virtus naturae et sua voluntas ortus naturae, ut patet in sequentibus. Sed sive sint ibi violenter sive naturaliter poterunt sic solvi quattuor praedicta.

Ad primum enim dico quod ut potest colligi ex rationibus pluribus suprapositis, possunt ibi esse naturaliter, et tunc non cogit prima ratio. Et cum dicitur quod eiusdem naturae est aqua illa et ista, concedo pro parte, sed non pro toto. Potest enim, ut supra patuit, divina institutio dare eidem eandem formam sine eadem inclinatione vel aliquam formam et aliam non; vel eandem formam et eandem inclinationem, sed alteri actum, alteri non. Si vero sunt ibi violenter, respondeo quod, quidquid dicat Aristoteles et ceteri naturales, non video quin violentiae multae sint perpetuae, ut patet de poenis reproborum aeternis; *Matt.* 25: “Ibunt hi in supplicium aeternum.” Alioquin incidis in haeresim Origenis. Insuper cum quaelibet pars terrae naturaliter inclinatur ad locum inferiorem quam nunc habet et numquam habebit centrum ad quod inclinatur, perpetuo carebit suo appetibili et perpetuam patietur violentiam.

Ad secundum iam patet. Si sunt ibi naturaliter, non descendent, licet nullam praebeat eis caelum resistantiam. Si autem sunt ibi violenter, tunc virtute aliqua vel caeli empyrei vel potius virtute divina ibi retinentur; sicut virtute divina retentae sunt aquae maris Rubri et discontinuatae, et similiter aqua Iordanis, ita ut non fluere deorsum modo consueto. Credo enim multa fieri virtute divina praeter consuetum et notum nobis cursum naturae, ut secundum Ambrosium immobilitas terrae conclusio maris, ne totam terrae operiat superficiem. Et Ambrosius dicit in *Hexaemeron*: “Nisi vis statuti caelestis inhiheret, quid obstaret quin per plana Aegypti, quae maxime humilioribus iacens vallibus campestris esse asseritur, mare Rubrum Aegyptio pelago misceretur? ... Quae res indicio est quod superius est mare Indicum in quo mare Rubrum, quam aequor Aegyptium.” De huiusmodi est permanentia aquae super caelos.

212 sed] *interlin.* P 213 naturaliter] *corr. ex* violenter P || quattuor] *om.* O 214 ad primum] *marg. m. post.* B; ad primum contra *add. marg.* C || colligi] intelligi O; *corr. ex* intelligi P || pluribus] plurimis R 215 dicitur] dicit BCR || quod] *marg.* P 217 ut ... patuit] *om.* O 218 vel¹ ... vel²] *om.* CO || aliquam ... non] *marg. m. post.* P || aliquam] aliam BR 219 sunt] sint C 223 quam] quem OR 229 aqua] aquae BCR; *corr. ex* aquae O; *corr. ex* autem P 230 fluere] fluere BCR 230–250 credo ... multi] *om.* O 233 obstaret] obstat B || quin] *corr. ex* quoniam P 234 iacens] latens B 235 Aegyptio] aegyptia B || est] *interlin.* P 237 huiusmodi] modi est *add. marg. m. post.* P

220–221 Resp. supra, i.e. Arist., *De caelo* 2.3 (286a 17–18); cf. *Auctoritates Aristotelis*, n. 50 (ed. Hamesse, 163) 221–222 *Matt.* 25,46 222 Resp. *Canones adversus Origenem*, can. 9: “Si quis dicit aut sentit, ad tempus esse daemonum et impiorum hominum supplicium, eiusque finem aliquando futurum, sive restitutionem et redintegrationem fore daemonum aut impiorum hominum, anathema sit” (*DS*, 97, n. 211) 228 Resp. *Ex.* 14,21–31 229 Resp. *Ios.* 3,14–17 232–236 Ambr., *Hex.* 3.2.11 (CSEL 32.1, 67)

Ad tertium. Si aquae sint ibi naturaliter, tunc patet quod nulla sit caelo violentia; si vero violenter, non est inconueniens caelo fieri violentiam pro parte, sed non pro toto. Nullius enim naturae appetitus in toto frustratur aeternaliter a suo appetibili, sed pro parte bene potest, ut aqua hic pro parte habet suum locum naturalem, non pro toto.

Ad quartum multipliciter posset responderi: uno modo quod non est tanta efficacia nonae sphaerae in suum superius, sicut in suum inferius. Posset etiam virtute caeli empyrei immobilis, cui aqua coniungitur a parte superiori, immobilis manere, potius quam mobilis esse virtute nonae sphaerae, cui coniungitur a parte inferiori. Posset etiam virtus divina praeter notissimum naturae cursum eam quietare, sicut et terram, sicut et solem stare fecit, ut legitur in *Iosue*, sicut et caelum sidereum stare faciet in iudicio, ut credunt multi.

[AD QUID SINT AQUAE SUPRA FIRMAMENTUM]

1. Ad secundum, scilicet ad quid sunt ibi aquae, iam patet, scilicet ad temperandum calorem stellarum et caelorum et ignis, sicut dicunt Basilii, Ambrosius, et etiam Beda et Ioannes Damascenus. Unde Damascenus dicit: “Cuius gratia super firmamentum Deus aquam imposuit? Propter solis et aetheris calidissimum fervorem. Mox enim post firmamentum aether expansus est, sed et sol et luna cum stellis in firmamento sunt. Et nisi superiaceret aqua, inflammatum iam utique esset a calore firmamentum.”

2. Item, Ambrosius: “Cum dicant orbem caeli volui stellis ardentibus refulgentem, nonne divina providentia necessario prospexit, ut intra orbem caeli et supra orbem eius redundaret aqua, quae illius ferventis axis incendia temperaret?” Beda etiam dicit quod ibi positae fuerunt etiam “ad inundationem diluvii.” Iosephus vero dicit quod inde sunt pluviae.

238 aquae] *corr. ex* autem P || sint] sunt BR 239 violentiam] violentia C 240 enim] est P 241 aqua] *corr. ex* aliquis P 242 non] *om.* B 243 tanta] *marg. m. post.* P 246 potius quam] postquam R || esse] *om.* BR || coniungitur] adiungit B 248 ut legitur] *marg. m. post.* P || et³] *om.* B; *interlin.* P 250 ad¹] ad quid ibi sint aquae *add. marg. m. post.* B; de secunda quaestione *add. marg. C*; secunda quaestio *add. marg. m. post.* R || scilicet¹] videlicet BC; quaesitum scilicet O || sunt] sint BCR 251 caelorum et] *om.* O 252 etiam] *om.* P 252–260 Damascenus² ... temperaret] *om.* O 253 aquam] aquas P || imposuit] constituit P 254 expansus] expressus BCR; *corr. ex* expressus P || sed] licet B 255 nisi] ubi B || superiaceret] superiacet BR 257–258 refulgentem] infulgentem CP 258 nonne] *corr. ex* nomine P 259 axis] *corr. ex* aeris P 260 etiam²] *om.* OR

248 *Ios.* 10,12–13 249 Resp. forsitan *Apoc.* 6,12–14 251 Potius Eustathius, *In Hex. Basilii* 3.5.11 (ed. Amand de Menieta-Rudberg, 38) 252–256 Ioan. Dam., *De fide orth.*, cap. 23 (ed. Buytaert, 99) 257–259 Ambr., *Hex.* 1.3.12 (CSEL 32.1, 50); coll. ex Rob. Gross., *Hex.* 3.10.2 (ed. Dales-Gieben, 109–10) 259–260 Beda, *De natura rerum*, cap. 8 (CCL 123A, 198–99) 260–261 Proxime coll. ex Rob. Gross., *Hex.* 1.16.3 (ed. Dales-Gieben, 75); remote autem Iosephus, *Antiquitates Iudaicae* 1.1.1 (ed. Blatt, 127)

[ARGUMENTA AD CONTRARIUM PRIMI]

Contra vero utrumque merito opponitur.

1. Contra primum sic. Dicunt philosophi – et aestimamus verum esse – quattuor qualitates primas, scilicet calidum, frigidum, humidum, siccum, elementorum esse et elementatorum tantum; quintum autem corpus nullo modo esse suscepti-
vum horum, tunc enim corruptibile esset et passivum sicut elementa eo quod ha-
beret contrarium. Ideo ridiculum videtur esse quod nisi esset aqua supra caelum
quod caelum inflammaretur. Non enim magis, immo minus potest inflammari
quam ignis frigefieri. 265
2. Item, ponunt aliqui illorum ipsum firmamentum ignem esse. Quid est ergo
quod dicunt quod, nisi esset aqua, inflammaretur? 270

[RESPONSIONES AD PRIMUM ARGUMENTUM PHILOSOPHORUM]

Solutio potest esse quod nisi esset ibi aqua ad litteram simul loco cum corpore caeli, fieret flamma ignis, sicut simul loco cum aere est lux et simul loco cum ferro ignito est ignis. Et hoc dicit caelum inflammari, et tunc sic inflammatum combureret non superiora, quae combustibilia non sunt, sicut nec ignis calefacit
vel comburit radium solarem transeuntem per ipsum ignem, sed haec inferiora. 275

Ad secundum iam patet, quia, licet sit ignis, tamen prohibente aqua et temperante non inflammat haec inferiora.

[ARGUMENTUM CONTRA SECUNDUM ARGUMENTUM PHILOSOPHORUM]

Contra secundum sic obicitur. Si enim inde esset diluvium vel pluvia, tunc necessario remaneret ibi locus vacuus; tunc etiam per descensum pluviae caelum
scinderetur, cum dicat Philosophus quod caelum est insecabile. 280

[RESPONSIONES AD SECUNDUM]

Solutio. Fateor probabilius est dicere omnes pluvias et etiam diluvium ex vaporibus de aqua attractis usque ad medium interstitium aeris exsistere; possunt tamen esse et ex aqua illa, ita ut residuum aquae ibi remanens subtilietur et
maiores locum occupet quam prius. Nec per descensum aquae scinditur caelum,
sed fit simul loco aqua descendens et caelum, sicut igne intrante in ferrum nec
cedit nec resistit ferrum, sed fit simul loco. Augustinus in libro *De ordine*: “Quid 285

263 contra ... sic] *om.* BR 265 esse²] *om.* O; *marg.* P 265–266 susceptivum] *corr. ex*
susceptum P 266 sicut elementa] *om.* O; cum elementis P 266–267 haberet] haberent B
267 ideo] igitur B || aqua] *om.* O 270 aliqui] quidam O 272 solutio] ergo B
277 et] *interlin.* P 278 non] *om.* O; *interlin.* P 279 contra] obiectio contra secundam
causam qua ponunt philosophi aquam supra firmamentum *add. marg.* R || pluvia] plu-
vium C 280 ibi] *om.* C 282 solutio] ergo B; solutio *add. marg. m. post.* B 286 igne]
igni BR 287–293 Augustinus ... torreat] *om.* O

281 Resp. Arist., *De caelo* 2.8 (290a 5–7); cf. Rob. Gross., *Hex.* 3.3.4 (ed. Dales-Gieben, 104)
287–293 Recte Isidorus, *De ordine creaturarum* 8.1 (PL 83, 921)

ibi utilitatis agant bina magistrorum intentione investigatur. Quidam namque illas
ad terrarum orbis ablutionem in diluvio, quod sub Noe factum est, reservatas
290 esse aiunt. Unde ‘cataractae caeli apertae sunt’ ... Ceteri easdem aquas supra
firmamentum positas idcirco asserunt, ut igneum, quod in luminaribus ardet et
sideribus, calorem temperarent, ne plusquam sufficiat, inferiora spatia aestate
torreant.”

[QUOMODO SINT AQUAE SUPRA FIRMAMENTUM]

1. De tertio merito quaeritur utrum ibi sint naturaliter an violenter. Et si violenter,
295 utrum miraculose vel non.
2. Item, utrum sint ibi congelatae vel fluidae.
3. Et si fluidae, utrum mobiles vel immobiles.
4. Item, utrum dulces an salsae.

[UTRUM IBI SINT NATURALITER VEL VIOLENTER]

Responsio. Ad primum dic quod si quaeratur utrum ferrum moveatur ad ada-
300 mantem naturaliter vel violenter, responderi debet quod naturaliter, id est per
naturam adamantis, et violenter, id est contra naturam ferri. Similiter si est ibi
aliqua virtus attractiva et retentiva aquae, potest dici quod sunt ibi aquae contra
naturam aquae, sed tamen naturaliter, id est per naturam illius virtutis. Videtur
tamen magis quod non per aliquam virtutem talem ibi sint, sed simpliciter mira-
305 culose voluntate Dei, scilicet sola, sicut aquae maris Rubri contra naturam divisae
sunt et aquae Iordanis miraculose simpliciter. Quod videtur sentire Ambrosius,
dicens: “Sermo Dei ortus est naturae, iure usurpat legem dare naturae, qui origi-
nem dedit. Cum igitur ipse facit quasi potens et quasi virtus, quid miraris si supra
firmamentum caeli potuit unda tantae maiestatis operatione suspendi? De aliis
310 haec collige de his quae viderunt oculi hominum: quomodo ad Iudaeorum tran-

288 quidam] quid BR || namque] *corr. ex* tamen P 290 easdem] *corr. ex* †...† P
292 temperarent] temperaret P || sufficiat] sufficient C; sufficit *corr. ex* sufficiat B; in
add. B || spatia] pecia B; specia R 294 tertio] de tertia quaestione *add. marg. C*;
tertia quaestio *add. marg. m. post. R* || an] aut O || si] non *add. interlin. C*
299 responsio] *om. BCR*; responsio prima *add. marg. C*; solutio *add. marg. m. post. R* ||
primum] utrum ibi sint naturaliter vel violenter *add. marg. m. post. B* 299–300 adaman-
tem] ad *add. interlin. P* 300 responderi] respondere C 301 ferri] sui O; *corr. ex* sui P
302 aquae¹] ibi *add. BR* 303 videtur] vide B 304 quod] *marg. P* || aliquam]
aquam B || virtutem] virtute B 305 Dei] divina O || sicut] sic BR 307 iure]
luce B || qui] *corr. ex* quod P 307–308 originem] origini P 308 facit] *marg. m.*
post. P || supra] super P 309–316 de ... voluit] etc. O 309–314 de ... credenda]
etc. usque credenda tantae maiestatis operatione suspendi etc. usque credenda vide in principio
huius tractatus infra P 310 collige] colligere B || viderunt] vident R

290 *Gen. 7,11* 306–316 *Ambr., Hex. 2.3.10–11 (CSEL 32.1, 49)*; coll. ex *Rob. Gross., Hex. 3.3.5* (ed. *Dales-Gieben, 104*)

situm, si rationem quaeris, se unda diviserit. Non solet hoc esse naturae, ut aqua se discernat ab aqua.” Et infra: “Nonne potuit aliter Hebraeum populum liberare? Sed tibi voluit ostendere, ut eo spectaculo et illa quae non vidisti aestimares esse credenda. Iordanis quoque reflexo amne in suum fontem revertitur. Haerere aqua, cum labitur, inusitatum; rursum redire in inferiora sine ullo repagulo impossibile habetur. Sed quid impossibile ei qui dedit posse quibus voluit?” 315

[AN CONGELATAE IBI SINT VEL FLUIDAE]

Ad secundum sciendum quod aliqui ponunt aquas illas ibi vaporabili tenuitate suspendi; aliqui vero glaciali soliditate, sicut “crystallus congelatur ex aqua,” *Eccli.* 43. Et non cadit illud congelatum propter partes aequaliter tendentes ad medium et aequaliter distantes a medio, sicut patet in domo habente tectum testudinatum. Sed quomodo sint congelatae et tamen illis calidissimis corporibus effective coniunctae non video, nisi hoc omnino fiat miraculose. 320

[SI FLUIDAE, AN MOBILES VEL IMMOBILES]

Ad tertium videtur quod debeant esse mobiles necessario, et hoc motu circulari. Cum enim motus aquae in hoc mari inferiori causetur a stellis, cum illa aqua stellis sit vicinior, erit aqua illa mobilis fluendo et refluendo, similiter sicut haec apud nos. 325

Item, dicunt philosophi sphaeram nonam vel octavam motu suo omnes sphaeras inferiores rapere secum. Igitur similiter et superiorem, scilicet hanc sphaeram aquae rapiet secum ab oriente in occidentem. Virtus enim caeli non tantum influit in inferiora, sed etiam in superiora. Est enim virtus illa lux quae multiplicat se in sursum sicut in deorsum. 330

Solutio. Dici potest quod aquae illae subtilissimae sunt secundum substantiam aquarum. Ista autem aquae marinae grossae sunt et viscosae, et ideo in hac aqua marina virtus stellarum quam recipit incorporatur magis et retinetur. Et ideo virtus stellarum aliquid in his aquis operatur quod non operatur in his aquis fluvialibus et dulcibus, multo magis non operabitur in illis aquis subtilissimis. 335

311 unda] aquam C; marg. C 313 et] etiam B 314 reflexo] reflexio R || in] interlin. P 315 in] om. BR || inferiora] superiora C; corr. ex superiora P 317 ad] an congelatae ibi sint vel fluidae add. marg. m. post. BP || vaporabili] vaporali BCR 319 illud] corr. ex istud P 320 habente] habende P 321 et tamen] tantum O; interlin. P || tamen] corr. ex tantum P 322 coniunctae] marg. m. post. P 323 ad] si fluidae an mobiles vel immobiles add. marg. m. post. B || necessario] marg. m. post. P 324 inferiori] corr. ex interiorum P 325 illa] corr. ex ita P 327 vel] et P 327–328 sphaeras] om. R 328 rapere] capere B; recipere O; corr. ex recipere P 328–329 scilicet ... aquae] sphaeram hanc autem O 328 scilicet] om. C; marg. P 329 aquae] corr. ex alia? P 332 solutio] ergo O 332–333 substantiam] speciem BCR 334 aqua] om. C 335 quod] om. B 336 fluvialibus] fluminalibus P 336–353 subtilissimis ... movendo] om. O

Similiter dici posset ad secundum. Ideo enim primum mobile cetera inferiora secum trahit, quia tantam virtutem influit in his inferioribus quanta sufficit movere ea. Nunc autem ad quemlibet punctum infra concavum primi mobilis
 340 maior influitur virtus quam ad quemvis punctum supra convexum eius. Quippe ad quemvis punctum infra concavum eius veniunt radii a quolibet puncto in superficie concava exceptis paucis propter interpositionem terrae.

Item, ad quemlibet punctum intra concavum veniunt ad minus tres radii perpendiculariter. Radius autem perpendicularis est maximae virtutis, et quanto ei
 345 propinquiores, tanto fortiores. Sed ad quemvis punctum extra convexitatem non pervenit nisi unica perpendicularis et multi alii radii, qui tamen pauci sunt respectu radiorum convenientium ad punctum intra. Igitur patet quod multo minorem virtutem influit in superioribus primum mobile quam in inferioribus. Igitur non est mirum, licet rapiat secum inferiora et non superiora. Quid etiam si magis
 350 influit illi aquae virtutem suam caelum superius quod est immobile, quia ipsa est magis in concavo eius quam caelum sub ipsa, quia ipsa est in convexo eius? Et si hoc, plus poterit caelum superius in sistendo eam quam inferius in movendo.

[AN AQUAE DULCISSIMAE VEL AMARAE]

Ad ultimum patet quod aquae illae dulcissimae sunt. Hae enim aquae non contrahunt amaritudinem nisi ex admixtione terrae. Illa autem aqua purissima
 355 est et ideo dulcissima. Causam autem salsedinis in mari hoc dicit Ambrosius in *Hexaameron* sic: "Mare ipsum ideo dicunt salsam habere aquam quod ea quae de fluviis in freta influant calore absumantur, tantumque vapore diurno consumi quantum cottidie ex diversis fluviorum in cursibus invehatur. Sol quod purum ac leve est sibi rapit, quod grave atque terrenum relinquit, ex quo remanet salsum
 360 illud atque amarum." Secundum Albumasar causa est quod ubi est mare intercipitur aqua inter terras montuosas et ibi stans et quiescens fit amara et salsa. Sed super caelos non remanet impurius aliquid tamquam purum exhaustiatur a sole, ut dictum est. Nec si quiescit, contrahit vitium, ut ista aqua maxime si est quodammodo glorificata. Et si est sic, ut non possit rarefieri amplius nec condensari,

338 trahit] rapit BCR || influit] fluit R 339 primi] *corr. ex* proximi P 340 conve-
 xum] *corr. ex* connexum P 341 quemvis] quemlibet BR || eius] cuius B 343 item]
 quomodo potest hoc esse cum sola diameter perpendiculariter cadit a concavo *add. P, add.*
marg. C; haec notula debet extra poni *add. marg. m. post. P* || intra] *corr. ex* infra P
 345 fortiores] *corr. ex* faciores P || quemvis] quamvis B 348 primum] primum mo-
 bile *add. marg. m. post. P* 349 licet] si P 350 ipsa] ipse B; *corr. ex* ipsum P 351 ma-
 gis] *om. BCR* || convexo] *corr. ex* connexo P 352 inferior] superius C 353 ad] an
 dulces vel amarae *add. marg. m. post. B* || aquae²] *om. C* 354 ex] *om. OP* 355 hoc]
 hanc O 356 sic] *om. BPR* 357 fluviis] fluvii BR 362 exhaustiatur] exhaustiatur B
 364 ut] quod O; *corr. ex* †...† P

355–360 Ambr., *Hex.* 2.4.14 (CSEL 32.1, 53–54) 360–361 Resp. Albumasar, *Liber intro-*
ductorii, tract. 3, diff. 5 (ed. Lemay, 5:107)

tunc stabit ibi, licet ponderosa, quia omnes partes aequaliter tendunt ad centrum ³⁶⁵
et nullam aliam permittit descendere.

³⁶⁶ aliam] *corr. ex animaliam* P

Appendix D

(ad dist. 14, ll. 23–26)

QUAESTIO DE CAELO

De caelo diversi diversimode senserunt. Quidam enim posuerunt caelum esse de numero simplicium ita ut totum esset forma et materiam non haberet, pro se inducentes illud Aristotelis in libro *Caeli et mundi*: Caelum non est ex aliquo 5 omnino.

Alii vero dixerunt caelum esse compositum ex materia et forma secundum illud eiusdem Aristotelis in eodem: Caelum est ex tota materia.

Item, ponentes caelum habere materiam et esse compositum diversantur. Quidam enim ponunt ipsum esse corpus quintum praeter quattuor elementa. Quidam 10 vero ipsum esse ex quattuor elementis. Quidam vero ponunt ipsum esse unum de quattuor elementis, et hi diversantur adhuc; quidam enim ponunt ipsum esse ignem, quidam aquam, ut apparet in *Timaeo*; Plato ipsum esse ignem dixit. Cui sententiae Augustinus in pluribus locis videtur consentire.

Ioannes vero Damascenus dicit quod “corpus immateriale, ut id quod apud 15 Graecorum sapientes quintum dicitur esse impossibile est esse.”

Aristoteles vero et eius sequaces omnes moderni quintum corpus esse praeter quattuor elementa asserunt. Sic autem ait Damascenus: “Deinde (hoc est post caelum supremum, quoniam continet omnia) firmamentum vocavit Deus ‘cae-

Haec quaestio, cuius auctor sine dubio Fishacre fuit, invenitur in loco proprio in ANOP, manuscriptis ut aestimo recentioribus; additur alibi in BCR (transp. ad pp. 377–83 [inter libros II et III] B; transp. ad ff. 92^r–94^v [inter libros I et II] R; nota quod hic desunt duae quaestiones, una de caelo, alia de aquis super caelos, et sunt infra folio 183 marg. C; hic desunt quaedam quaestiones de caelo quas habes alibi ubi est tale signum marg. B; deest tantummodo in VW. (Resp. Life and Works of Richard Fishacre, 34–36).

3 de caelo] de caelo *add. marg. m. post.* B; haec quaestio debet intrare dist. 14 cap. QUIDAM VERO lib. 2 *add. in capite* C; nota de caeli materia *add. marg. m. post.* P 4 materiam] naturam B 7–9 ex ... compositum] *add. in calce (hom.)* O 8 caelum] *rep.* B || tota] sua *add.* P 9 materiam] naturam B || et] *corr. ex* in B || diversantur] diversatur B 12 quattuor] *interlin.* P 13 quidam] *corr. ex* quidem O 15 dicit] dixit O 18–20 hoc ... id] *om.* C 19 quoniam] quod BPR || firmamentum] *corr. ex* firmamentunt (*sic*) O; firmamenta P

5–6 Resp. Arist., *De caelo* 1.3 (270b 1–4) 8 Resp. ibid. 1.9 (278a 27–28 13 Plato, *Tim.* 31B, 40A 14 Resp. Aug., *De civ. Dei* 13.17 (CCL 48, 398–99) et *De Gen. ad litt.* 2.3 (CSEL 28.1, 36) 15–16 Ioan. Dam., *De fide orth.*, cap. 4 (ed. Buytaert, 20) 17–18 Resp. Arist., *De caelo* 1.2–3 (269a 30–b 17) 18–25 Ioan. Dam., *De fide orth.*, cap. 20 (ed. Buytaert, 78–79)

20 lum', quod in medio aquae genitum esse iussit, ordinans id separare per medium aquae quae erat super firmamentum et per medium aquae quae erat subter firmamentum. Cuius naturam divinus Basilius subtilem esse ait, velut fumum, ex divina edoctus Scriptura; alii vero (ut idem ait) aquosam esse eius naturam aiunt, ut in medio aquarum genitam; alii ex quattuor elementis; alii, ut supra dictum
25 est, corpus quintum." Idem vero Ioannes ait: "Substantiam caeli non oportet nos quaerere, ignotam nobis existentem."

Quidam vero posuerunt ipsum esse compositum ex corpore et anima, et horum quidam posuerunt illam animam uniri cum corpore caeli in unitatem personalem, quidam non.

30 Et quidam omnes caelos animari unica anima, quidam diversis. De hoc Augustinus in *Enchiridion* dubitare videtur dicens: "Sed nec illud quidem certum habeo, utrum ad angelorum societatem pertineant sol et luna et cuncta sidera," insinuans his verbis quod si sunt animata, pertinent ad societatem angelorum. Et in libro *Retractationum* ait sic: "Animal esse mundum istum, sicut Plato sensit
35 aliique philosophi plurimi, nec certa ratione indagare potui nec divinarum Scripturarum auctoritate persuadere posse cognovi. Unde, tale aliquid a me dictum quo id accipi possit in libro *De immortalitate animae*, temere dictum notavi, non quia hoc falsum esse confirmo, sed quia nec verum esse comprehendo, quod sit animal mundus."

40 Hieronymus vero sentit plane astra animata non esse et inter haereses Origenis enumerat quod ipse dixit astra esse animata. Damascenus etiam dicit: "Nullus autem animatos caelos ut luminaria existimet: inanimati enim sunt et insensibiles. Quare, etsi dicat Scriptura divina: 'Laetentur caeli, et exsultet terra', eos qui in caelis sunt angelos et qui in terra homines ad laetitiam vocat."

45 Ad duo ergo nitor primo ostendere quod aliqui sanctorum magis inclinaverunt ad sententiam Platonis, quae est quod non est corpus quintum; deinde rationibus aliquilibus agere pro eodem. Augustinus *Super Genesim ad litteram* lib. 3: Aqua "aeris qualitati proximum elementum est, et huic caelo, in quo sunt luminaria, ita vicinus est aer, ut etiam ipse caeli nomen acceperit."

21 quae¹ ... aquae²] *marg. (hom.)* O || super ... erat²] *om. (hom.)* C; *marg.* P 25 est] *om.* C 31 certum] *corr. ex decertum (sic)* P 34 *Retractationum*] *corr. ex detractationum* B 36 auctoritate] *corr. ex auctoritatem* O || persuadere] *persuaderi corr. ex persuadere* P 36–37 a ... dictum¹] *marg.* P 37 quo] *hic add.* B 40 sentit] *servit?* B 42 ut] *vel* C 43 etsi] *et* O || dicat] *dua* B || divina] *marg.* P 44 sunt angelos] *marg.* P || qui] *quae* P || terra] *sunt add.* P 46 deinde] *spat.* B 47 eodem] *de primo add.* P; *marg.* C 48 huic] *hic* P 49 vicinus] *vicinius* O || etiam] *et* CP

25–26 Ibid. (83) 30–32 Aug., *Enchiridion* 15.58 (CCL 46, 81) 34–39 Aug., *Retract.* 1.11 (CCL 57, 35) 40–41 Hier., *Epist.* 124.4 (CSEL 56.1, 99–100) 41–44 Ioan. Dam., *De fide orth.*, cap. 20 (ed. Buytaert, 83) 43 Ps. 95,11 et I Par. 16,31 47–49 Aug., *De Gen. ad litt.* 3.1 (CSEL 28.1, 63)

Item, idem in eodem: “Aer autem a confinio luminosi caeli usque ad aquarum 50 fluida et nubila terrarum pervenit.”

Item, idem in eodem: “Nec ullo modo arbitrandum est praetermissum esse in hac Scriptura ullum mundi huius elementum cum quattuor notissimis eum constare persuasum sit, quia videtur hic caelum et terram et aquam commemorare, de aere autem tacere ... Aer itaque ad caelum pertinere intelligitur, si qua sunt 55 in eius superioribus tranquillissima spatia, vel ad terram propter hunc turbulentum et caliginosum locum, qui exhalatione pinguescit, quamvis ipse caeli nomine nuncupetur.” Sed certe si esset ignis quintum cum caelo, esset praetermissus.

Item, idem in eodem: “Prius caelestia luminaria, deinde aquarum animantia, terrarum autem postrema narravit, non quod aerem praetermiserit, sed quod pu- 60 rissimi et quietissimi aeris, ubi aves volare non posse dicuntur, si qua sunt spatia caelo superiori coniunguntur et caeli nuncupatione intelliguntur.”

Item, idem in eodem: Aer est “elementum, quod ad faciendum quam ad patiendum est aptius, duobus subterpositis aqua et terra et uno superposito id est igne sidereo.” Item, idem in eodem lib. 7: “Quidquid ex mundi corporeis ele- 65 mentis fit, corporeum sit necesse est ... nec si de puri illius caelestisque ignis elemento facta anima diceretur, credi oporteret.”

Item, *De civitate Dei* lib. 22: “Est hinc sursum versus terra prima, aqua secunda, tertius aer, quartum caelum, ut super omnia sit animae natura. Nam et Aristoteles quintum corpus eam esse dixit et Plato nullum.” Et est ibidem argu- 70 mentum Augustini sic. Cum sint quattuor corpora et potest supremum esse in infimo, ut caelum, scilicet ignis in terra, quare non poterit terra esse in caelo, scilicet corpus humanum terrestre? Certe haec ratio nulla esset, nisi ignis et caelum essent idem.

Item, Ambrosius in *Hexaemeron*: “Cum dicant volui orbem caeli stellis arden- 75 tibus refulgentem, nonne divina providentia necessario prospexit, ut intra orbem caeli et supra orbem redundaret aqua, quae illius ferventis axis incendia temperaret?”

50 item] *om.* P || a] *om.* B; *interlin.* P 51 fluida] flumina P 52 arbitrandum] *corr. ex* arbitraturum P 56 tranquillima] tranquillissima P 57 locum] *marg.* O 59 item] *om.* C 61 ubi] ut B 63 aer] *corr. ex* aa? P 64 duobus] a (*del.*) duobus subterpositis *marg.* P || subterpositis] subpositis C; scilicet *add.* P || uno] igne *add. marg.* O; *om.* R || superposito] supposito BCO; supraposito P 65 corporeis] corporis C 66 si] *marg.* P || puri] pervii O; pure P || caelestisque] que *add. marg.* OP 67 anima] *om.* P 68 terra] terram P; *marg.* R 69 super] su *add. interlin.* P 70 est] *om.* R 72 infimo] *corr. ex* inferno P || terra²] terram B 74 idem] secundum rem *add.* P; vel secundum ipsum *add. marg. m. post.* P 75 dicant] dicat *corr. ex* dicant O 77–78 temperaret] item *add.* C

50–51 Ibid., 3.10 (73) 52–58 Ibid. 3.3 (65–66) 59–62 Ibid. 3.6 (68) 63–65 Ibid. 3.10 (72–73) 65–67 Ibid. 7.12 (211–12) 68–70 Aug., *De civ. Dei* 22.11 (CCL 48, 829) 75–78 Ambr., *Hex.* 2.3.12 (CSEL 32.1, 50)

Idem in eodem: “Quid defendimus aethereum corpus esse, ne videatur cor-
 80 ruptioni obnoxium,” si esset scilicet ignis? Sed propheta dicit: “Ipsi peribunt, tu
 autem permanes.” Et Dominus: “Caelum et terra transibunt.” “Nihil ergo agunt
 qui propter caeli asserendam perpetuitatem quintum corpus aethereum introdu-
 cendum putarent, cum aequae videantur dissimilem ceteris adiunctam membri unius
 85 portionem labem corpori magis afferre consuevisse,” quasi dicat ratio qua inni-
 tuntur ponentes corpus quintum, scilicet perpetuitas caeli, cum ignis sit corrup-
 tibilis, non valet, quia caelum per praedictas duas auctoritates etiam corruptibile
 est. Et etiam conclusio ad quam inducunt rationem falsa est, quia faciunt mun-
 dum turpem, cum ei addant membrum, scilicet corpus quintum, cum nulla alia
 parte comitans commune aliquid.

90 Item, Basilius in *Hexaemeron*: “Aethera vero quis dubitat non igneum esse et
 ardentem?” Si ‘aethera’ dicit idem quod supra Ambrosius dixit ‘aethera’, patet
 quod idem est ignis et caelum.

Item, idem in eodem: “Propter hoc est aqua aerea nebulis velato superiori
 loco, ne utique omnia igneus aether absumat.”

95 Idem in eodem: “Nec calidum esse solem illi dicunt, tanta eis licentia dicendi
 est et intende quasi demonstratione enisi ad manifesta repugnant, quoniam albus
 est, inquirunt colore non rubeus.”

Item, Ioannes Damascenus: “Corpus immateriale, ut id quod apud Graecorum
 sapientes quintum dicitur corpus, impossibile est.”

100 Item, idem primo facit capitulum de firmamento stellato, et statim sequens
 capitulum de aere, deinde de aqua, deinde de terra, quasi non sit corpus quintum,
 et quasi nihil sit medium inter caelum et aerem.

Item, Isidorus lib. 3: “Sol igneus est.”

79 idem] item P 81 permanes] permane *corr. ex* permanebis O || Dominus] *corr. ex* dicens P || terra] terram P 83 putarent] putaverunt P || dissimilem] dis-
 similitudinem C; *corr. ex* dissimileque P 84–85 innituntur] nituntur R 86 praedictas]
 dictas B; *marg. P* || duas] *corr. ex* secundas P || etiam] et B 87 rationem] ratio-
 nes P || est²] *interlin. P* 89 commune] *corr. ex* comione? P 93 item] *om.* BO ||
 idem] *om.* P || nebulis] mobilis O 94 ne] *corr. ex* neque P || absumat] item
add. C 95 idem] item P || licentia] lumina BO 96 est] *interlin. O* || intende]
 utende P || quoniam] quam C 97 inquirunt] inquirunt BOR || colore] *corr. ex*
 calore B 99 dicitur] dicit P || est] esse *corr. ex* est P 100 item] *marg. P*

79–80 Ibid. 1.6.23 (CSEL 32.1, 21) 80–81 *Ps.* 101,27 81 *Resp. Marc.* 13,31 et *Luc.*
 21,33 81–84 *Ambr., Hex.* 1.6.24 (CSEL 32.1, 22) 90–91 Eustathius, *In Hex. Basilii*,
 hom. 3.7 (ed. Amand de Menieta-Rudberg, 40); videtur autem quod auctor aliam versionem
 legit 91 *Resp. Ambr., Hex.* 1.6.23 (CSEL 32.1, 21) 93–94 Ibid. 95–97 Ibid. (40–41)
 98–99 Ioan. Dam., *De fide orth.*, cap. 4 (ed. Buytaert, 20) 100–101 I.e. *ibid.*, cap. 22–24
 (96–106) 103 Isidorus, *Etymol.* 3.49 (ed. Lindsay)

Quod autem haec fuerit sententia Platonis Augustinus *De civitate Dei* lib. 8:
 “In Timaeo Plato, quem librum de mundi constitutione conscripsit, Deum dicit in
 illo opere terram primo ignemque coniunxisse. Manifestum est autem quod igni
 tribuat caeli locum; habet ergo haec sententia quandam illius similitudinem, qua
 dictum est: ‘In principio creavit Deus caelum et terram’. Deinde illa duo media,
 quibus interpositis haec extrema copularentur, aquam dicit et aerem; unde putatur
 sic intellexisse quod scriptum est: ‘Spiritus Domini ferebatur super aquas’, parum
 attendens quo more soleat illa Scriptura appellare spiritum Dei.”

Item, de secundo, ut frequenter dicitur in glossis, *septenarius* est nomen uni-
 versitatis rerum, quia universum tempus septem diebus volvitur, et maior mundus
 et similiter minor mundus. Hoc est universitas creaturarum septenario compre-
 henditur, scilicet quattuor corporibus et tribus spiritibus, scilicet vegetabili, sensi-
 bili, et rationali. Certe si essent corpora quinque, magis octonarius esset numerus
 universitatis quam septenarius.

Item, secundum Bedam et Magistrum in hoc secundo libro, dist. 17, cap. 5,
 in fine: paradisus pertingit usque ad lunarem globum. Ergo medium in paradiso
 non est aer sed ignis, si est caelum corpus quintum. Ergo homines ante peccatum
 vixerunt in sphaera ignis. Quod nemo concedit. Item, supremum caelum dictum
 est ‘empyreum’ ab ‘en’, quod est in, et ‘pir’, ignis, quasi totum igneum; quanto
 magis caelum inferius?

Item, ut dicit Augustinus in 6 *Musicae*: Pulchritudo est numerosa aequalitas:
 et elementa in quantum sunt contraria sunt numerosa, in quantum sunt conve-
 nientia sunt aequalia. Ergo cum ponitur corpus quintum quod nec habet cum
 elementis contrarietatem nec convenientiam, ponitur membrum deformans to-
 tum, ut supra tangitur in auctoritate Ambrosii.

Item, quaelibet sphaera est universaliter propter suum ornatum tamquam fi-
 nem, ut patet inductione. Ergo cum sphaera ignis nullum habeat ornatum, frustra
 ponetur esse et inutiliter.

104 fuerit] *corr. ex fuerint* O || Platonis] patet *add. interlin. C*; *add. OP* 105 Deum]
corr. ex deinde? P 106 ignemque] *que add. interlin. O* || quod] factum est autem
quod *add. O* || igni] ignis B; *corr. ex ignis CO* 107 qua] quia B 111 more]
modo B || appellare] *corr. ex appellari P* || Dei] domini C 112 item ... se-
cundo] *corr. ex de primo P*; et B; *om. CO* || de secundo] *om. BR* || secundo]
marg. O || dicitur] invenitur R 114 et ... mundus] *marg. (hom.) P* || hoc est]
id est P 118 Bedam] *corr. ex bebedam (sic) B* || in] et B 121 concedit] *corr. ex*
concedet B 123 caelum] *om. B* 126 ponitur] *corr. ex potuit P* 127 convenientiam]
convenientia B 131 ponetur] poneretur P

104–111 Aug., *De civ. Dei* 8.11 (CCL 47, 228) 108 *Gen.* 1,1 110 *Gen.* 1,2 112–114
Resp. e.g. *Glossa ordin.* in *Gen.* 4,24; *Lev.* 13,4; *Esther* 8,9; *Eccli.* 20,14 (ed. princeps,
1:33b; 1:240b; 2:367a; 2:764a); cf. Rob. Gross., *Hex.* 9.10.1–12 (ed. Dales-Gieben, 280–85)
118–119 Dist. 17, cap. 5, n. 4 (ed. Grottaferrata, 1:414); Beda: rectius Strabo, *Glossa or-*
din. in *Gen.* 2,8 (ed. princeps, 1:21a) 124–126 Resp. Aug., *De mus.* 6.13 (PL 32, 1180)
128 Supra, ll. 79–89

Item, tres sunt species ignis, ut dicitur in *Topicis*, scilicet lux et flamma et carbo. Sed ignis in sua sphaera neque est ignis carbo neque flamma, quia cum neutrum sit pervium, non videretur caelum et stellae. Ergo est lux. Ergo est
 135 nobilissimum corporum. Ergo est caelum.

Item, auctor *Perspectivae* in ⟨lib.⟩ 7 dicit quod radio fracto unica fractione videntur stellae in caelo, quia caelum est medium alterius diaphonitatis quam aer. Sed certe cum radius frangatur ad omne medium diversae diaphonitatis, si esset sphaera ignis alia a caelo, esset duplex fractio radii quo videtur stella: una
 140 ad ignem, alia ad aerem. Cui videtur contradicere illic experimentator.

Item, lux a caelo et igne est lux univoce. Probatio. Quia unius sensus est unum per se obiectum, ut visus, necessario est unum obiectum commune univocum, comprehendens omnia visibilia. Alioquin quomodo cognosceretur virtus per obiectum et unitas virtutis per unitatem obiecti? Igitur cum utraque lux sit in
 145 obiecto visibilis, utraque est lux univoce. Insuper maior minorem obnubilat, ut enim sol stellam, sic et candelam obnubilat. Insuper si maior est lux solis quam candelae, et tantum univocum est comparabile, patet quod utraque est univoce lux. Immo lucēs genitae a caelo et igne non tantum sunt unius generis univoca, immo unius speciei, quia comparatio non fit nisi in eadem specie, ut patet, et ita
 150 dicit Rabbi Moyses. Ergo lux genita a caelo vel sole, quae est clarior, eadem est specie cum luce genita ab igne. Ergo et gignentia sunt eiusdem speciei, sicut et genita. Quia enim idem non est natum facere nisi idem non potest idem specie gigni nisi ab eadem specie. Ergo caelum et ignis sunt unius speciei, sicut aer et aer.

Item, unius educti de potentia in actum non est nisi unum per se efficiens, vel si plura, unum est efficiens per alterum, ut causa superior per inferiorem. Ergo si actum vel eductum de potentia in actum est idem specie, ut haec albedo et illa quae educuntur in actum per lucem caeli vel ignis, patet quod educens erit idem specie. Ergo caelum et ignis sunt idem specie.

Item, nobilissima actio corporalis est gignere lucem. Ergo est a nobilissima forma corporali. Ergo cum sit a forma caeli, forma caeli est nobilissima forma

132 in *Topicis*] *interlin.* P 133 neque¹] non P || ignis²] neque *add.* O || neque²] est ignis *add.* R 134 pervium] parvum O; *corr. ex* parum P 137 diaphonitatis] diaphoneitatis *corr. ex* diaphonitatis P 137–138 quam ... diaphonitatis] *marg. (hom.)* O 138 diaphonitatis] diaformitatis P 142 visus] *corr. ex* visio P 142–143 univocum] remotum R 143 quomodo] *corr. ex* non P 145 maior] lux *add.* P 146 solis] sol B 148 immo] *corr. ex* item O || univoca] univoci P; vel univoca *add. interlin.* P 151 genita] a caelo vel sole quae est clarior est eadem specie cum luce genita *add. (hom.)* C 152 non¹] *interlin.* P 153 eadem] eodem BPR 161 forma caeli²] illa P || est] *interlin.* P

132–133 Arist., *Top.* 5.5 (134b 28–30); cf. *Auctoritates Aristotelis*, n. 79 (ed. Hammesse, 327) 136–138 Resp. Alhacen, *Perspectiva* 7.4.15 (ed. Risner, 23–24); cf. Rob. Gross., *Hex.* 5.23.2 (ed. Dales-Gieben, 184) 149–150 Resp. Moses Maimonides, *Dux neutrorum* 1.51 (ed. Paris, 19r) 152 Resp. Arist., *De gen. et corr.* 2.10 (336a 27–28)

corporalis; et similiter cum sit a forma ignis, forma ignis erit nobilissima forma corporalis. Ergo cum natura viliores formas non superordinet nobiliori, erit illa forma a qua est gignere lucem in igne et in caelo forma eorum ultima. Ergo sunt unius speciei. Quaecumque enim communicant in forma ultima sunt unius speciei. 165

Item, cum stellae gignant ignes in aere, ut patet, et gignens et genitum conveniunt in natura speciali, patet quod stellae et ignis sunt unius speciei.

Item, si esset sphaera ignis, ut fingunt Aristotelici, cum ille non careat calore, non fierent congelationes in medio interstitio aeris. 170

Item, si est ignis, est luminosus. Quomodo ergo si esset sphaera ignis, esset aliquando nox obscura?

Sed hae duae rationes sunt contra Platonem sicut contra Aristotelem, quia uterque ponit sphaeram ignis sursum. Sed Plato dicit hunc etiam caelum esse, Aristoteles non. 175

[ARGUMENTA CONTRA]

1.^c Ad oppositum, scilicet pro Aristotele, sic: si Augustinus ponit quattuor corpora et insuper ponit lucem esse corpus nobilissimum, ponit quinque corpora.

2.^c Item, caelum est incorruptibile. Sed ignis est corruptibilis. Ergo non sunt unius speciei.

3.^c Item, actio vel motus diversus in specie est infallibile indicium diversae essentiae in specie. Ergo cum motus rectus in igne et circularis in caelo sint diversi in specie, patet quod forma caeli et forma ignis erunt diversae in specie. 180

4.^c Item, si caelum est sphaera ignis, et super ipsum immediate sunt aquae quae sunt super caelos, quare ergo non extinguunt ignem?

[RESPONSIONES]

In hac tanta controversia, in qua tam magni antiquorum et tam multi modernorum dissentiant, quid dicere possum? Fateor nihil assero. Et si assererem respectu tot et tantorum contradicentium, quid dictum meum ponderaret? Dico tamen quod spiritu humano non potest sciri in hac vita quae sententia sit verior. Et ideo magis eligo acquiescere illi in quo magis vigeat spiritus ille veritatis quem hoc non latet, scilicet Augustinus. Licet enim Augustinus varie super hoc in diversis locis loquatur, tamen magis, ut videtur mihi, declinat in sententiam Platonis quam Aristotelis, ut patet ex supra positis. Unde Augustinus aut tantum 185

162–163 et ... corporalis] *om. (hom.)* CP 165 ultima] et *add.* B 167 ut] *corr. ex* nec B 169 non] *interlin.* P 176 scilicet] *interlin.* P || quattuor] *add.* esse 181 sint] sunt OP 182 diversae] tantum *add. interlin.* P 184 super] supra P || extinguunt] extinguit O 185 qua] aqua B 187 ponderaret] ponderaretur O 188 sciri] nisi *add.* O 190 hoc¹] *interlin.* O || scilicet Augustinus] secundum Augustinum OP || varie] maxime R 192 posit] dictis P

quattuor corpora enumerat aut si quandoque quinque, tunc simul innuit aliquo addito quod hoc minus credit. Unde *De Trinitate* lib. 10, cap. 10: “An praeter
 195 usitata quattuor elementa quinti nescio cuius corporis sit vis vivendi, dubitaverunt homines.” Quia ergo a neutra partium invenio rationes infallibiles vel demonstrativas, auctoritati Augustini magis acquiesco, ut dixi.

[AD OBIECTA IN CONTRARIUM]

Ad obiecta vero in contrarium dico: ad primum quod lucem non ponit Augustinus ponere in numerum cum caelo et igne.

200 Ad secundum. Fateor secundum Aristotelem corruptibile et incorruptibile non cadit in eadem specie. Sed secundum fidem nostram cadit etiam in eodem individuo, quia ut dicitur *I Cor.* 15: “Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem.” Sicut ergo nunc natura humana pro parte, scilicet in Christo, est incorruptibilis, in te corruptibilis et tamen eiusdem speciei, sic ignis una pars in
 205 caelo est glorificata et alia hic nobiscum non glorificata.

Ad tertium. Secundum Aristotelem etiam motor circularis non est forma corporalis caeli, sed potius spiritus vel intelligentia coniuncta. Motor autem ignis sursum est forma ignis et ita a valde diversis causatur motus circularis et rectus. Sed ex hoc non sequitur quod forma corporalis caeli et ignis sint diversae in
 210 specie. Immo forte si hic poneretur portio caeli cum igne, ascenderet sursum et haberet motum rectum non circularem, sicut iste ignis.

Ad quartum. Fateor ignis qui est caelum ab aqua super caelos extingueretur aut aquam consumeret, nisi esset quadam glorificatione et impassibilitate dotatus. Sed sicut glorificato mundo cuncta elementa erunt abinvicem impassibilia, sic
 215 nunc ille ignis qui est caelum et ideo non patitur vel extinguitur ab aqua quae est super caelos. Posset esse quod virtus aquae et firmamenti aequarentur, et tunc neutrum ageret in reliquum.

Ad duas rationes, quae aequaliter sunt contra Aristotelem et Platonem, dico quod calor caeli non impedit fieri in aere congelationes, quia aer, ubi fit congela-

193 si] *corr. ex* †...† P || innuit] quod *add.* R 194 credit] *corr. ex* credit O || Trinitate] *spat.* B 195 quinti] *corr. ex* quinque P || cuius] *interlin.* O 196 homines] *corr. ex* omnes P 198–199 ponit Augustinus] potuit pro Augustino B 200 incorruptibile] *corr. ex* corruptibile P 201 eadem] eodem BCR || secundum] *om.* B || nostram] *marg.* C || cadit²] cadunt CP 202 dicitur] dicit P 202–203 incorruptionem] *corr. ex* corruptionem P 203 nunc] nuc (*sic*) B; tunc O 205 nobiscum] *corr. ex* nobis P 207 spiritus] *marg. m. post.* P || vel] *marg.* O || motor] *corr. ex* motus P 208 a] *interlin.* P 209 ex] *om.* C 211 iste ignis] ignis ille R 215 extinguitur] tingitur B

194–196 Aug., *De Trin.* 10.10 (CCL 50, 327) 200–201 Resp. Arist., *Metaph.* 10.10 (1058b28–29); cf. *Auctoritates Aristotelis*, n. 252 (ed. Hamesse, 136) 202–203 *I Cor.* 15.53 206–207 Resp. Arist., *De caelo* 1.2 (264a 2–b 17) 218 Supra, ll. 169–72

tio, non elongatur a terra nisi modicum, scilicet per duo miliaria. Caelum autem 220
vel sphaera ignis elongatur quasi incomparabiliter amplius, quia non pertransire-
tur nisi tantum spatium quantum est inter terrae superficiem et caelum si esset
latens in plano, nisi in 14 annis nostris et 5 mensibus perfectis, id est quorum
quilibet fit 30 dierum et uno mense 29 dierum nisi in 25 annis, ita quod singulae
sint diaetae 20 miliaria. 225

De luce dico quod spissior aer et elongatio caeli, licet sit luminosum, facit
ut nox sit obscura etiam micantibus tot stellis. Hic de altitudine caeli secundum
Alfraganum vide alias in libro physicorum.

220–221 a ... elongatur] *marg. (hom.) O* 221 quia] quia non pertransiretur istud decla-
ratur ibi Alfraganus †...† *add. marg. m. post. C* 221–222 pertransiretur] pertransitur BOR
222–224 tantum ... annis] *om. (hom.) OR* || tantum ... dierum²] *marg. C* 223 quo-
rum] *marg. P* 224 et ... 29] *marg. P* || nisi ... annis] *del. C; om. P* 227 etiam]
scilicet P || micantibus] mirantibus BR 227–228 hic ... physicorum] *om. BCOR*

ADDITIONES

Dist. 1, l. 29:

nominamus] Sed tunc unum diem secundum hanc expositionem, id est in principio nunc temporis, creavit Deus materiam. Quod non verum, quia, ut dicit Augustinus De civitate Dei lib. 2, cap. 7, tempus est mensura esse mutati [cf. *De civ. Dei* 11.6 (CCL 48, 326)]. Sed mutatio a nihilo in aliquid non est mutatio esse. Mutatio ergo huius materiae a non-esse in esse est ante tempus; similiter mutatio de potentia in actum non est in tempore, quia esse potentia non est esse; ergo materia fuit ante tempus, quia mutatio de non-esse in esse non est mutatio esse; et ita prima creatura facta ex hac materia est ante tempus, quia nec mutatio de potentia in actum est mutatio esse. Cum ergo utrumque sit ante tempus, tempus autem est in quolibet suo instanti; ergo ante primum nunc temporis fuit et materia et primum creatum ex ea. Solutio. Licet in primo nunc diei verum sit dicere 'dies est', sicut in nunc medio et ultimo, non tamen in primo nunc temporis verum est dicere 'tempus est', quia tempus est mensura esse mutati. Cum ergo in primo instanti temporis nec sit verum dicere 'mutatum est', non erat verum dicere 'tempus est'. Unde ista universalis 'in quolibet instanti temporis tempus est' habet unicam instantiam, scilicet proprie nunc. Successivum non est in sui principio vel sui termino, quia compositum est ex priori et posteriori. Ergo non debet dici creatum tempus in sui principio. Responsio. In tempore sunt duo: substantia temporis et successio; quantum ad principium dicitur esse coaequum aliis tribus quae simul creata sunt. Non quantum ad successionem substantia aliqua temporis est ipsum nunc indivisibile. Item, principium temporis non fuit creatum ante materiam corporalium vel spiritualium nec post. Ergo simul. Sed cum illa fuerint creata in principio temporis, et ipsum principium in se ipso creatum est. Responsio. Proprie non est quaerere quando fuerit creatum principium temporis, sicut nec primus locus habet aliud ubi nisi fuerit creatum; mensura enim non habet aliam mensuram *add. in capite m. post. B*

Dist. 1, l. 347:

unitatis] Nota quod duplex est medium, scilicet naturae et dignitatis; primo modo non sunt angeli inter nos et Deum; sunt tamen medii secundum dignitatem et sic intelligitur illud quod nihil est medium inter nos et Deum. DEORSUM IN TERRA HABITATIONE; sed cum anima sit dignior corpore, potius debuit dari homini locus superior quam inferior ratione corporis. Et responsio potest esse quia loqui est de anima dupliciter: vel in quantum est substantia vel in quantum est unibilis; primo modo forte debetur ei locus superior, secundo inferior. Vel potest distingui duplex locus secundum duplicem statum – est enim status merendi et est status recipiendi; quantum ad primum statum sequitur anima locum corporis, sed quantum ad statum recipiendi corpus sequitur situm animae *add. in calce m. post. B*

Dist. 2, l. 63:

suam] Item, nobilius est per se esse praeter hoc quod alteri uniatur vel componatur quam subsistere per hoc quod alteri unitur vel componitur. Item, nobilior est spiritualis creatura quam corporalis; cum igitur sit aliqua corporalis natura, stans per se sine compositione vel unione cum altero, multo fortius aliqua natura spiritualis. Quare cum hoc non sit anima, erit

angelus. Item, cum sint quaedam in quibus nec est prius neque posterius secundum substantiam neque secundum esse, et quaedam in quibus utrumque, erunt aliqua in quibus sit (est O) prius et posterius secundum substantiam, non tamen secundum esse, quia quartum membrum est impossibile. Talia autem nequeunt esse, nisi angelicum (angeli O) cum in anima rationali sit prius et posterius secundum esse sicut et secundum substantiam; proficiunt enim et deficiunt in scientia et virtute. Et istud argumentum videtur tunc (*om.* O) valere quod angeli non proficiunt in virtute vel (in *add.* O) scientia *add. in calce* O, *add. marg. m. post.* C

Dist. 2, l. 740:

frigidus] Vel cum materia non sit nisi ens in potentia, esse autem in potentia non est nisi secundum quid, non potest dici aliquid esse in materia. Responsio. Si dic(itur) materia informis esse non a privatione actus primi, id est a (priva)tionem formae qua est res, sed a privatione actus, id est a privatione formae prout forma, dicitur natura qua res a(git), non qua res est, quod est actus primus; similiter potest dici de angelo quod creatus est informis, non a privatione actus primi, (sed) a privatione actus secundi, id est gratiae quae est actus secundus *add. marg. m. post.* B

Dist. 3, l. 280:

inferiores] Cum debeat assignare differentias libertatis, assignat differentias rationis; haec enim differentia rationis fuit quod alius alio magis vel minus perspicue intellexit. Sed secundum hoc habetur et differentia libertatis; hoc enim quod magis vel minus perspicue intellexit causa fuit ut magis vel minus efficacem voluntatis facultatem haberet. Quare sicut est differentia in subtilitate naturae et perspicacitate intelligentiae, ita et in arbitrii libertate; differentia enim huiusmodi causatur a duobus primis, sicut innuitur in littera *add. marg. m. post.* B

Dist. 3, l. 608:

creatus est] Nota UT ILLUDATUR. Numquid Deus creans Luciferum hoc intendebat? Potest sic intelligi: primo inter creaturas finxit eum, id est fecit et ad factionem eius consequebatur "ut illudat ei" etc. [*Iob* 40,14: versio antiqua]; similiter Ps. (103,26): "Draco iste quem formasti" ad cuius formationem futurum est etc., non quod Deus intenderet eius illusionem vel eius peccatum. Sap. 1(14): "Creavit ut essent" etc. Vel potest dici quod sic est de solo Deo inter omnes agentes quod ipse intendebat, creans aliquid, omne bonum quod per ipsum occasionaliter fieret; quod autem agens intendit finis est et ita omne bonum est quod 'illudatur ei' a sanctis, cuius ipse est occasio, id est quod cum velit nocere eis et machinetur ut peius eis sit, hoc eis vertitur in melius, ut patet in *Iob*. Igitur tamquam finem intendebat Deus, scilicet ut eius impugnatione non illud fieret quod nitebatur, sed oppositum, scilicet quod melius esset sanctis et ita ponitur consequens panem [cf. forsitan *Iob* 42,11], ex hoc enim quod in melius cedit sanctis eius impugnatio; consequitur (?) enim illudi ab eis *add. marg. m. post.* B

Dist. 5, l. 33:

odivit] Cum dicitur quod "traxit sequenter partem stellarum," [*Apoc.* 12,4] aut hoc dicit quia per violentiam traxerit aut quia persuasionem; si primo modo, tunc non peccaverunt alii angeli qui secum ceciderunt; si secundo modo, ergo verum quod primo peccaverit Lucifer et sic alios ad peccatum traxerit, sicut serpens hominem; ergo cum peccatum hominis sit remediabile, quia per alium est modo et peccatum aliorum angelorum, respondeo: neutro modo traxit, tamen ita quod

alii fecerunt attribueri ei tamquam principi, quia quasi princeps erat inter eos, Ezech. 28⁽¹³⁾: “Omnis lapis” *add. marg. m. post. B*

Dist. 5, l. 260:

firmi] id est quia adhaeserunt Deo amore firmissimo, quia aeterno, confirmati sunt, sicut adhaerens labili labile fit; ex hoc ergo quod tantum in Deo inveniunt quantum capere possunt ei adhaerent firmissime, et eo quod illud cui adhaerent aeternum est, ipsum deficere non potest; adhaerens autem firmissime ei [quod] cadere non potest. Nec deficere facit nec posse cadere *add. marg. B*

Dist. 7, l. 284:

et] Gregorius: “Magnus quippe earum clamor, magnum est desiderium. Tanto enim unusquisque minus clamat, quanto minus desiderat; et tanto maiorem vocem in aures incircumscripsi spiritus exprimit, quanto se in eius desiderium plenius fundit.” [Greg. Magnus, *Moralia* 2.7 (CCL 143, 66)] Maxime desideratum est Deus, quia propter se amatur et eligitur. Metaphysicae Commentator: “Desiderium praecedens comprehensivum magis est dolor quam voluptas.” [Averroes, *Comm. in Metaph.* 12.39 (ed. Iuntina, 8:322^{ra})] Aristoteles, *Metaphysica*: Desiderare cum apprehensione desiderati est actio nobilissima et voluptuosa [Resp. Arist., *Metaph.* 12.7 (1072a 28–31)] *add. marg. m. post. C*

Dist. 7, l. 482:

artificiosa] Secundum minorem: vel quia ipsa operatio diabolica latet nos, totum dicimus esse magicum, et operationem scilicet et artem; distinguuntur enim secundum narrationem quattuor species capitales magicae artis, a quattuor elementis nominatae: pyromantia, aerimantia, hydromantia, geomantia; hae continent sub se plura grava et diversa magicae superstitionis, quibus utuntur incantatores, harioli, etc. *add. marg. V*

Dist. 7, l. 500:

Deo est] Si magicae artes fiunt virtute et scientia daemonum, sed haec a Deo sunt, quomodo ergo reprehenduntur? Responsio: scientia vel virtus a Deo est; usus tamen vel operatio mala est, et haec reprehenduntur. Sed contra: haec potestas a Deo est; sed quia potestati resistit, Dei ordini resistit; ergo resistendo aliquis potestati diaboli resistit ordinationi Dei. Responsio: etsi potestas daemonum sit a Deo, tamen uno modo resistendum est et alio non, quia enim a Domino acceperunt potestatem et mensuram circa ipsam, hoc modo non est resistendum; alio modo est resistendum, scilicet in quantum addunt excessum, et nota quod haec conceditur: ‘scientia daemonum vel potentia est a Deo’, non tamen voluntas, quia non sunt mali in quantum scientes vel potentes, sed in quantum volentes, et loquor de voluntate in quantum est a libero arbitrio. Item, omne quod est potens maius est potens et minus; sed magi potuerant facere serpentes, quod maius est quam ciniphes. Ergo etc. Ergo non defecerunt in tertio signo. Responsio: omne quod est potens facere maius, scilicet per se; (*hic forsitan lacuna est*) sed non hoc modo potuerunt magi. Vel sic: quod potest maius potest et minus, nisi prohibeatur; sed ipsi prohibiti sunt; unde “digitus Dei” etc. [Ex. 8,19] *add. in calce m. post. B*

Dist. 9, l. 308:

loco] Item, Augustinus: invisa diligere possum, incognita vero numquam [Resp. Aug., *De Trin.* 10.2–3 (CCL 50, 315–18), ad sensum]. Et ita cognitio praecedit dilectionem; ergo cherubim, qui denominatur a cognitione, debet praecedere seraphim, qui denominatur ab ardore. Responsio. Duplex est ordo: tempore sive generatione vel dignitate, sicut etiam dicit Philosophus in Prima philosophia quod potentia vel materia est prior quam actus generatione; actus vero prior est substantia et definitione, id est dignitate. [Cf. *Auctoritates Aristotelis, Metaph.*, n. 225 (ed. Hamesse, 134)] Eodem modo cum caritas sit quasi actus respectu cognitionis et cognitio quasi materia, seraphim praecedunt cherubim dignitate, sed cherubim generatione *add. in calce m. post.* B

Dist. 9, l. 436:

nominatio] Nota etiam quare non nominantur superiores angeli sicut inferiores, quia etsi hoc nomen omnibus conveniat, appropriatur tamen inferiori ordini, quia cum aliquod commune est duobus, semper appropriatur imperfectiori, ut verbi gratia proprium, quod est commune orationi significanti quod est esse et non-significant, appropriatur non-significant, et ratio est quia communitas in genere imperfecta est, et ideo potius debet appropriari imperfectiori; cum ergo angeli superiorum ordinum perfectiores sint quam inferiores, minus debet eis hoc nomen appropriari; vel quia inferiores ita sunt missi quod nullo modo mittunt, proprie convenit eis nomen 'angeli', id est nuntii; superiores vero etsi mittantur, tamen mittunt aliquando alios inferiores se *add. in calce m. post.* B

Dist. 9, l. 660:

mensura] Omnia fecit in mensura, id est esse dedit unicuique rei terminatum et mensuratum, quia tantum et non plus; in numero, quia unaquaeque res ab aliis est distincta; in pondere, quia quodlibet creatum habet propriam vim inclinantem ipsum ad suum ubi. De hoc in Summa Guillelmi, cap. 15 [Guil. Altis., *Summa aurea* 2.8.9.1–7 (ed. Grottaferrata, 2-1:213–27)] *add. marg. m. post.* B

Dist. 9, l. 815:

regis] NEQUE ENIM, quasi dicat 'bene dico'; fortasse NEQUE ENIM per hoc patet quod non dicit hoc asserendo; ideo non cogimur hoc dicere, nec contradicit Greg(orius); vel melius potest dici, ut legatur littera secundum quod se habet ut nihil a(liud) datur, nihil auferatur, ut sit sensus 'nulla fraudabitur' a(ut) etiam dici potest quod 'uberiore regnabit' et non repetatur haec negatio 'non'. Et sic concordat cum Gregorio, licet non asserat plures homines salvandos quam ceciderunt angeli; hanc expositionem vult Magister inferius, ubi dicit 'sed plus non asserit' *add. marg. m. post.* B

Dist. 13, l. 301:

Magister] SI AUTEM QUAERITUR. Nota quod in prima die creavit Deus hanc nubem ita quod tota apparuit supra horizonta in oriente, nec fecit mane; processit illa per hoc superius hemisphaerium ad modum solis et venit in vespere in occidente et tunc completae sunt 12 horae diei; habuit enim prima dies primam horam, tertiam et meridiem, sicut alii dies; post vesperam descendit illa nubes ad inferius hemisphaerium, discurrendo usque mane et in mane completae sunt 24 horae, et sic prima dies est completa, ita quod illud mane fuit de prima die, scilicet

pars eius, et initium secundae diei, non initium quod esset pars secundae diei, sed initium, quia ab illo mane tamquam a termino extrinsecus incepit secunda dies. Hinc est quod illud mane quandoque secundae diei dicitur, non quod sit pars eius, sed quia ab illo incohavit. Prima ergo dies dicitur fuisse sine mane, non quia non habuerit partem mane, sed quia non incohavit a mane; immo creata est in mane; finito iam illo mane incepit secunda dies; et terminata est in secundo mane quod fuit pars secundae diei; similiter tertium mane fuit pars tertiae diei et sic de aliis; hic est ordo verus. Nota quia ‘mane’ dicitur quando sol sive illa nubes erat ultra horizontem in oriente et eius radii iam emergebant; sed non ipsum corpus tale mane dicitur aurora, quia igitur vespere praecessit hoc mane; ideo dicitur “factum est vespere et mane dies unus.” Quod sic intelligitur: facta est nubes qua procedente factum est vespere et postea mane; et ita completus est dies unus. Hic ordo, scilicet naturalis, quod vespere praecederet suum mane observatus est diu, sed post artificiali ordine factum est ut praecedens mane diceretur sequentis diei. Unde institutum fuit ut a vespera in vesperam celebrarent festa; et tunc praecedens vespera artificialiter addita est secundae diei *add. in capite m. post. B*

Dist. 13, l. 348:

solis] HIC NOTANDUM etc. QUI HABUIT VESPERAM ET NON MANE: supple ‘praecedens’; habuit enim mane sequens quod fuit eius ultima pars; et videndum quia quamvis mane sequens sit pars praecedentis diei, non tamen secundum consuetum usum loquendi solet dici eius mane, sed sequentis diei, quamvis non sit pars eius; ideo hic dicitur quod dies primus habuit vesperam et non mane. QUIA NEC DIES PRAECESSERAT, hic patet quod non excluditur nisi praecedens mane. PLENUS DIES EXSTITIT, quia creata fuit illa nubes supra horizonta, non infra; et ideo non fecit auroram in hoc nostro hemisphaerio. ET MANE SEQUENTIS DIEI CONSUMMATUS EST, id est consummatus est in sequenti mane quod fuit ultima eius pars. Quod tamen dicitur mane sequentis diei, non quia esset prima vel aliqua pars eius, sed quia ibi terminata est prima dies et statim incohavit secunda. IN MANE SEQUENTIS DIEI, id est in suo mane, quod dicitur sequentis diei, quia sequens dies ab illo tamquam a termino extrinseco incohavit, sicut dicitur ‘ager meus incipit a mari vel ab illa arbore’, non tamen hoc vel illa pars agri *add. in capite m. post. B*

Dist. 13, l. 375:

etc.] A LUCE INCOHAVIT, ut sic et bene incipere et bene finire ostendatur. IN LUCEM COMPLETA ESSE, id est in prima luce seq(uentis) diei; oportet ergo quod mane quod praecessit illam pa(r)tem esset de praecedenti die. RELIQUI DIES MANE (praecedens) A SUO MANE, id est mane praecedentis die(i) qui dicitur ‘suus’, quia ab illo incohavit; nec †...† quod totiens idem glossat; plurimum enim solent quidam errare *add. marg. m. post. B*

Dist. 13, l. 551:

modo] SI ENIM CAUSA EIUS, sed omnis causa naturaliter praecedit suum effectum, et sic Pater praecederet Filium; sed dic quod dicitur causa, id est auctor et principium Filii SECUNDUM QUOD PATER EST; est enim auctor Filii secundum quod Pater, nam secundum quod Deus non refertur ad Filium. Et est sensus: si Pater est causa Filii, qui est aeternus, multo magis est causa temporalium. Nota quod iuxta expositionem Magistri in hac propositione Pater operatur in Filio; duplex potest intelligi praedicatum: potest enim praedicari essentia, potest praedicari proprietas secundum quod diversis modis exponitur; primo sic: Pater operatur in Filio, id est Pater cum Filio vult aliquod esse; ibi praedicatur essentia, quia ‘vult’ significat

essentiam; idem est enim ibi esse et velle. Sed tamen praedicatur ibi essentia respectu creaturarum; si vero sic exponatur Pater operatur in Filio, id est Pater ab aeterno genuit 'Filium opificem omnium', ibi Pater proprietas; sed illa proprietate praedicatur in respectu creaturarum *add. marg. m. post. B*

Dist. 17, l. 420:

punctum] Nota quod si ista (haec P) perpendicularitas de qua hic loquitur sit respectu caeli, unus tantum radius cum caelo perpendicularis potest cadere super unum punctum extra centrum, scilicet cum ille qui est diameter et transit super centrum; sola enim diameter est perpendicularis ad circumferentiam. Si autem ista perpendicularitas sit respectu alterius radii transversaliter cadentis super idem punctum, sic possunt infiniti perpendiculares cadere in quolibet puncto infra sphaeram et cadunt re vera. Sed certe tales non sunt illi virtuosii radii de quibus (hic *add. C*) loquitur: tales enim non sunt perpendiculares, nisi quia intersecant sese perpendiculariter *add. P, add. marg. m. post. C*, notula est extra ponenda *add. marg. P*

Dist. 17, l. 549:

aere] Item opponitur: cum homo sit coniunctum ex anima et corpore, non potest esse in aliquo loco secundum animam quin ibi sit secundum corpus. Quid ergo est quod distingui dicitur paradisi, scilicet spiritualis et corporalis, propter duplicem substantiam ipsius hominis, scilicet spiritualementem et corporalem? Responsio: esse in loco dupliciter est: vel quantum ad substantiam, et sic in eodem loco sunt anima et corpus; vel quantum ad aspectum, et sic anima est in loco intelligibili; Phil. 3⁽²⁰⁾: "Nostra autem conversatio" *add. in calce m. post. B*

Dist. 17, l. 585:

deficerent] Item, nota quod tertium lignum quod erat in paradiso non habebat specialem effectum praeter generalem, quod est conservare per nutrimentum, et ideo non habet speciale nomen; alia vero duo habuerunt specialem effectum et ideo specialia nomina habuerunt *add. in calce m. post. B*

Dist. 17, l. 607:

sanitatem] Item, nota quod si primi parentes post peccatum comedissent de ligno vitae, non tamen conservasset eos, quia non habebat hunc effectum, nisi in potentibus non mori, non in his qui habebant necessitatem moriendi; et dicit Augustinus quod iste cibus est sicut omnibus sacramentalis, cibus vero alterius ligni est sicut cibus naturalis [Cf. Aug., *De Gen. ad litt.* 8.5 (CSEL 28.1, 238–39)] *add. in calce m. post. B*

Dist. 17, l. 612:

victoriam] SICUT EX OBOEDIENTIA PALMA, nota ad aliquid faciendum potest nos movere ratio praecepti, et sic est opus oboediendi; vel ratio boni, et sic est opus caritatis. Et ita palmam potest mereri oboedientia quae est cum caritate. Vel nota quod etsi alia animalia ederent de ligno vitae, non tamen confereretur eis immortalitas, quia iste cibus non tantum est nutrimentum sed sacramentum, et confert immortalitatem non in quantum nutrimentum sed in quantum sacramentum; sed alia animalia non sumerent in quantum sacramentum, etsi in quantum nutrimentum. Vel dicendum quod hunc effectum non habet hoc lignum, nisi in

habentibus aptitudinem ad immortalitatem, sicut corpora humana propter coniunctionem ad animam rationalem, non autem sic alia animalia, et ideo etc. *add. in calce m. post. B*

Dist. 18, l. 524:

voluntas] Augustinus Contra Manichaeos: “Primo materia facta est confusa et informis, unde omnia fierent quae distincta atque formata sunt, quod credo a Graecis ‘chaos’ appellari. Sic enim et alio loco dicimus dictum in laudibus Dei, ‘Qui fecisti mundum de materia informi’ [Resp. Sap. 11,18], quod aliqui codices habent, ‘de materia invisa’. Et ideo rectissime creditur Deus omnia (feci *add. sed del.*) de nihilo fecisse, quia etiam si omnia formata de prima materia facta sunt, ipsa tamen materia de omnino nihilo facta est.” [Aug., *De Genesi contra Manichaeos* 1.5–6 (PL 34, 178)] Item, infra: “Informis igitur illa materia quam de nihilo Deus fecit appellata est primo caelum et terra, non quia haec ante erat, sed quia haec esse poterat: et caelum postea legitur factum. Quemadmodum si semen arboris considerantes, ibi dicamus esse radices, et robur, et ramos, et fructus, et folia; non quia iam sunt, sed quia inde futura sunt; sic dictum est: ‘In principio fecit Deus caelum et terram’, quasi semen caeli et terrae, cum in confusa adhuc esset materia caeli et terrae; sed quia certum erat inde futurum esse caelum et terram, iam etiam ipsa materia caelum et terra appellata est.” [Ibid. 1.7] Item, infra: “Dicta est ergo caelum et terra, quia inde futurum erat caelum et terra. Dicta est terra invisibilis et incomposita et tenebrae super abyssum, quia informis erat, et nulla specie cerni aut tractari poterat, etiam si esset homo qui videret atque tractaret.” [Ibid. 1.7 (179)] Item, Alexander, frater minor: “Secundum Hugonem, [Ps.-Hugo de S. Victore, *De sacramentis christ. fidei* 1.6 (PL 176, 190)] terra erat ipsum terrae elementum, per caelum vero mobilis confusio reliquorum trium elementorum.” [Summa fratris Alexandri 2.1.3 tr. 1, q. 1, cap. 2 (2.1:313^b)] Et dicit Alexander quod Hugo “loquitur secundum opinionem illorum qui dicebant omnia fieri ex quattuor elementis.” [Ibid.] Sed ut dicit Alexander: “Huic opinioni non acquiescitur secundum philosophos; nec secundum Augustinum, scilicet quod terra dicatur ibi elementum, sed elementorum materia.” [Ibid.] Item, Augustinus in libro Confessionum: Materia, a qua formatus est mundus, origine non tempore res ex se factas praecessit. [Non verbotenus inveni; resp. *Conf.* 12.20] Item, Gregorius: “In substantia simul facta sunt quae de eis (*corr. ex ea*) habent originem, sed non in specie, quae sequentibus diebus ostensa est: sol et luna de caelo, virgula et huiusmodi de terra.” [Moralia 32.12.16 (CCL 143B, 1640–41)] Item, Augustinus in libro De symbolo: “Ordinatissimo Dei munere prima capacitas formarum facta est, ut postea formarentur quaecumque formata sunt.” [De fide et symbolo 2.2 (PL 40, 183)] Item, Augustinus in 12 Confessionum: “Dei verbo sibi coaeterno fecit Deus informem materiam creaturae corporalis, ubi confusum erat caelum et terra quae nunc iam distincta et formata in huiusmodi mole sentimus.” [Conf. 12.20 (CCL 27, 231)] Item, super illud Ps. (32,9; 148,5): “Ipse mandavit, et creata sunt,” Glossa: “Informem materiam de nihilo” [Petr. Lomb., *Collect.* in h.l. (PL 191, 331). Haec omnia coll. ex *Summa fratris Alexandri*, ibid., cap. 1 (ed. Quaracchi, 2:306–7)] *add. in calce V*

Dist. 20, l. 214:

menstrua] Sed quaeritur utrum permansisset virgo si concepisset in statu innocentiae. Videtur quod sic; dicit enim Augustinus De civitate Dei quod “salva integritate feminae potuit genitale semen in utero mitti” [De civ. Dei 14.26 (CCL 48, 449)]: ‘salva integritate’, id est salva virginitate; ergo mansisset virgo. Contra: virginibus debetur aureola; ergo habuisset aureolam. Contra: coniugatis debetur aurea, non aureola; ergo etc. Responsio: conceditur auctoritati Augustini istud quod hic dicitur et intelligitur de virginibus in statu pugnae et certaminis *add. in capite m. post. B*

Dist. 22, l. 141:

comestionem] Item, secundum Augustinum in libro De vera religione: Facere quod vetat summa et intima iustitia est primum peccatum. [Resp. *De vera religione*, cap. 20] Ergo contemptus est primum peccatum. Responsio. Est loqui de initio peccati dupliciter: vel quoad aversionem, et sic contemptus est primum peccatum; vel quoad conversionem, et sic avaritia vel superbia. Et cum dicit Apostolus quod “radix omnium malorum est cupiditas” [I *Tim.* 6,10], appellat cupiditatem secundum quod est inordinatus appetitus potentiae vel scientiae, et secundum hoc non differt a superbia, sed sunt identicum *add. in calce m. post.* B

Dist. 22, l. 271:

deformitatem] id est deformem confusionem, non ornatam discretione; discrete enim respondisset, si non retorsisset; sed se accusaret, ut Deus excusaret; confusus ergo fuit et indiscretus cum in alium retor(s)isset peccatum; Eccli. 4⁽²⁵⁾: “Est confusio” etc. *add. marg. m. post.* B

Dist. 22, l. 438:

peccat] Item, peccans sciens magis peccat quam seductus et ignorans; ergo homo magis peccat quam mulier. Responsio: verum est, si tantum in eodem genere peccati peccaret; sed mulier peccavit alio genere, quia non tantum comedendo, sed Dei similitudinem appetendo; homo vero tantum comedendo. Item, omnis malus est ignorans secundum Philosophum [Arist., *Eth. Nic.* 3.2 (1110b 28)]; Prov. 14⁽²²⁾: “Errant qui operantur malum”; ergo ignorantia est in omni peccato. Responsio: est ignorantia praecedens peccatum et concomitans et sequens; cum ergo dicitur quod ignorans peccat, loquitur de ignorantia concomitante, non praecedente, quae est peccatum *add. in calce m. post.* B

Dist. 23, l. 2:

etc.] CUR DEUS HOMINEM, id est cur eum talem non fecit, in quo tentatio locum non haberet, ut scilicet per tentationem non caderet, nec cadere posset. SED NON ESSET. Sensus est: si Deus talem fecisset hominem qui non posset tentari, non esset adeo utile et meritorium ei, sicut si posset tentari, nec tamen per tentationem caderet; nam si non posset tentari, non esset ibi certamen; et ubi non est certamen, nec corona et ideo nec profectus. Melius igitur fuit ut in tali statu eum faceret in quo posset proficere et sic maiorem gloriam promereri. Et hoc est SED NON ESSET; supple ‘tantum’. Rursum, numquid in Deo et in angelo non est laudabile, quia tentari non possunt? Ita certe. Ideoque sciendum quod non comparat hic inter quaslibet naturas, sed inter statum qui in homine esse poterat et statum quem nunc habet; sicut enim dicimus quod aliqua mulier est deformis respectu alterius, quae tamen non est informis, sed potius formosa; sic ille status qui poterat esse in homine, si non tentaretur, etsi sit laudabilis, tamen respectu status quem nunc potest habere non dicitur laudabilis. SED NON ESSET, non inquam esset adeo laudabile. CUM IN NATURA, id est naturaliter, HABERET POSSE NON CONSENTIRE, et hoc ex condicione naturae; nunc autem etsi in hoc statu habeamus posse non consentire ex libero arbitrio. Non tamen habemus velle nisi ex sola Dei gratia; sed tunc ex condicione naturae haberemus et posse et velle non consentire, et tamen hoc totum DEO IUVANTE et hoc conferente. Potest et aliter dici: non ponit quaestionem quare eum talem non fecerit qui non posset tentari nec per tentationem cadere; sed tantum quaerit cum Deus praesciret illum casurum, si tentaretur, cur permisit eum tentari. Cuius solutio est quod ideo Deus permisit, quia in hac permissione Dei plus posset homo mereri, si vellet, quam si non

numquam tentari permisisset. SED NON ESSET, scilicet tantum laudabile quid esset, sed non tantum quantum si tentaretur et staret *add. marg. m. post. B*

Dist. 24, l. 1339:

Rom. 6] NEQUE ENIM POTEST etc., quasi dicat tunc est intelligendum mulierem dedisse viro et esse mortale; nam aliter dubium est quando sit mortale. Nec facile est iudicare quando sit criminale et quando veniale, nisi manducet vir, et hoc est: NEQUE ENIM POTEST, id est non ita facile possumus nobiscum iudicare utrum peccatum sit veniale an mortale: sive vir sive mulier comedat, nisi vir consentiat, peccatum dico, NON SOLUM COGITANDUM SUAVITER, id est non solum cum est in delectatione, et ibi 'suaviter', quod scilicet non disponitur faciendum, VERUM ETIAM PERPETRANDUM EFFICACITER quod si adsit facultas ad actum, deducatur; non potest inquam NISI ET ILLA MENTIS etc. ut si adsit facultas in actum compleatur. NEC SANE, quasi saepe est delectatio in muliere sine consensu viri; et sane non est dicendum quod illa delectatio non sit peccatum, immo quandoque veniale et tunc pectoris tusione et dominica oratione dimittitur, quandoque mortale et tunc contritio est necessaria. PECTUSQUE PERCUTIENDUM, ut cum veniale est et brevis morula delectationis, nam si sit longa, plus exigitur. NEQUE ENIM SICUT, quasi cum sola mulier comedit, non est negandum peccatum esse, immo peccatum est quandoque pro quo saepe vir et mulier simul damnantur, nam quamvis ostenditur in similitudinem in viro et muliere cum primis parentibus, tamen non est omnimoda similitudo; nam inter primos parentes non damnaretur vir pro solo peccato mulieris; hic autem potest vir damnari pro peccato mulieris, et hoc est NEQUE ENIM. Ita dico quod peccato mulieris ambo simul damnantur, si peccatum mulieris sit mortale, et hoc est SI DELECTATIONIBUS ILLICITIS COGITATIO SOLA LIBENTER PASCATUR; nec tamen FACIENDA DECERNANTUR, sed tantum SUAVITER, id est cum delectatione, TENEANTUR, in quo notatur mora. ABSIT HOC CREDERE quod ita sit in hoc spirituali coniugio, ut in carnali. Ex hoc videtur consensum mulieris posse esse mortale peccatum *add. in calce m. post. B*

Dist. 25, l. 116:

remotius] SED ALITER ACCIPITUR, cap. 2. ET OMNIPOTENS VOLUNTAS. Contra. Liberum arbitrium constat ex ratione et voluntate. Solutio, sicut dicitur 'arbitrium' a ratione, et 'liberum' a voluntate; sed quod rationis est cadit ibi substantive, quod voluntatis adiective. Cum dicit 'sapientissima', et voluntas substantive; nec mirum, quia in Deo idem est voluntas et ratio. Et sic in Deo liberum arbitrium potest dici 'rationalis voluntas', in creaturis non *add. marg. O*

Dist. 25, l. 394:

inferiori] Unde unum genus vulneris est in demonstrationibus, scilicet discordia synderesis ex residuo ipsius; sed in nobis est idem vulnus, scilicet discordia sensualitatis ad inferiorem partem rationis, per quod dividitur unitas et integritas quae fuit inter haec ante peccatum: discordia inferioris ad superiorem et in superiori discordia synderesis a voluntate. Ad rationem ergo dic: si virtus non minuitur per se, sed sic scilicet dicitur minui, quia potest in minorem actionem et non in tantam ut prius. Nec sequitur quod si virtus sic diminuitur, quod substantia diminuatur; virtus enim super substantiam addit comparisonem ad opus; unde recte illius compositionis dicitur minui virtus, scilicet quia non potest in tantum actum; in sui tamen substantia non minuitur; unde in sui substantia semper manet idem. Ad hoc ergo quod dicitur quod manens

idem non est natum facere nisi idem [resp. *Auctoritates Aristotelis*, n. 43 (ed. Hamesse, 170)], dic et supple 'manens idem et eodem modo'; sol enim semper manens idem quandoque diversa operatur, quia non manens eodem modo; alia enim per sui praesentiam, alia per sui absentiam operatur. Similiter et haec virtus etsi sit eadem in radice, quia ipsa est substantia, tamen congregata et divisa non manet eodem modo; unde congregata plus potest; distincta ad plura minus, ut patet ex prius dictis et in tractaturis (*coni.*) *add. in calce m. post. C*

Dist. 25, l. 618:

se] Item, quidquid non ratione potentiae perficit aliquid, si reducatur ad actum, magis perficiet; ergo opus malum facit liberiolem, si potentia male operandi est de libertate arbitrii instans; contra primam est in his in quibus actus habet plus de privatione quam potentia *add. marg. m. post. C*

Dist. 26, l. 220:

malo] Contra. Augustinus De praedestinatione sanctorum: "Quis non videt, esse cogitare quam credere?" [cap. 2, n. 5 (PL 44, 962)] Fides autem est prima gratia; ergo tunc bene cogitare est ante primam gratiam. Item, super illud "concupivit anima mea desiderare" [Ps. 118,20] distinguit Augustinus: Tres sunt gradus ante gratiam: primus, videre quod utiles et honestae sunt iustificationes; deinde desiderare; tertius delectari in opere earum. Si ergo prima duo ad minus sunt liberi arbitrii sine gratia videtur etc. [Resp. Aug., *Enarr. in Ps.* 118,20 (CCL 40, 1187–89)] Item, quid aliud est quod dicitur: si homo facit quod potest, Deus facit quod in se est? Responsio. Si homo facit quidquid potest sine gratia, numquam sunt opera meritoria. Unde gratia dicitur praeveniens, quia non praevenitur a merito. Si tamen homo movetur ex recta ratione et facit quod potest, aliquid praecedat gratiam, ut dispositiones, non quod meretur gratiam. Et tunc Deus facit quod suum est. Et hoc est quod intendit Augustinus quod desiderium et cogitatio praecedunt gratiam, scilicet ut disponentia, tamen gratia subsequens bene praevenitur meritorie; unde Augustinus Ad Bonafacium: "Gratia meretur augeri, ut aucta mereatur perfici." (recte *Epist.* 186 *Ad Paulinum* 3.10 [PL 33, 819]) *add. in capite m. post. C*

Dist. 30, l. 43:

Dei] Ezech. 18₍₄₎: "Anima quae peccaverit ipsa morietur." Si ergo poena non extenditur ultra culpam etc., quod autem dicitur Ex. 20₍₅₎: "Visitans iniquitatem patrum in filios." Sicut ibi exponitur, intelligendum est de imitatoribus patris (*coni.*) sceleris; sed si non imitatur, Ezech. 18₍₂₀₎: "Filius non portabit iniquitatem patris."

Quaeritur in quo est originale, ut in subiecto primo [Cf. Albertus Magnus, *Quaestio de peccato originali*, art. 3: In quo sit peccatum originale (ed. Colon., 25.2, 198–200)] Et quod in voluntate est patet, quia ipsa sola est susceptibilis peccati. Item, passio propria est in subiecto proprio. Peccatum autem est propria passio rationalis creaturae. Ergo est in eo in quo ipsa differt a brutis: haec est rationalis voluntas. Glossa Matt. 12₍₃₁₎: Omne peccatum in ratione est. [Resp. *ibid.* (198)] Responsio. Est subiectum primum dupliciter, sicut causa prima dupliciter, scilicet proximum aut quod dat omnibus potentiam (*coni.*) subicibilitatis, sicut hyle, quae est causa quare compositum possit subici. Primum ergo subiectum quod facit animam subicibilem peccato omni est voluntas vel ratio: ratio ut dirigens, voluntas ut exsequens. Sed proximum subiectum diversatur in diversis: proximum enim subiectum odii est irascibilis, luxuriae concupiscibilis, originalis tota substantia animae. Cum enim secundum coniunctionem ad corpus contrahat originale, cum secundum substantiam coniungatur per se, non secundum

aliquam potentiam, erit originale peccatum in substantia animae primae. Alioquin dic in qua vi animae potius sit, cum omnes inficiat aequaliter. Exemplum qualiter ipsum, cum sit in anima una potentia, et unicum peccatum in uno, quomodo possit inficere plures potentias. Et sicut soluta harmonia corporis et sanitate eius quae una est debilitantur singula membra et soluto continente in homine, vagatur quodlibet componentium suo pondere; sic soluta rectitudine naturali qua homo coniunctus Deo recipit influxum gratiae, quae continuit omnes vires inferiores sub superioribus, vagatur quaelibet vis ad suum delectabile. Item, secundum quosdam una gratia perficit omnes potentias. Unde huiusmodi auctoritates: “Beati quorum remissae sunt iniquitates,” [Ps. 31,1] Glossa: “Id est originalia.” [Petr. Lomb., *Collect. in Ps.* in h.l. (PL 191,318)] Huiusmodi intelligendae sunt quod plurium plura sunt: unius unum vel plura, quia ad plures effectus. Est enim pronitas ad omne malum. Sed si anima tota est subiectum originalis, videtur quod quaelibet eius potentia aequaliter sit infecta; nunc autem dicunt magistri quod generativa magis quod patet ex hoc quod “totus homo in illo actu absorbetur” secundum Augustinum. [Aug., *Sermo* 162.2 (PL 38, 886)] Dicendum quod verum est et haec magis inficitur, quia per hanc successio, quae huic poenae addicta est, transfunditur. Et ad obiectum dic quod licet tota anima corpori uniatur, non tamen quaelibet potentia aequaliter incorporatur. Intellectus enim secundum substantiam est penitus separatus. Item, cum in nutritiva peccavit Adam, videtur quod illa magis debuit infici. Item, quia haec est quasi fundamentum potentiarum, et magis adhaeret carni. Item, videtur quod magis intellectiva, immo sola, qui(a) ille debet puniri qui peccat. [Cf. *Sap.* 11,17: “Per quae peccat quis, per haec et torquetur.”] Responsio. Sequeretur si poena esset soli personae, nunc autem quia naturae illi potentiae magis, quae est propter naturam et per quam natura transfunditur *add. marg. m. post. C*

Dist. 30, l. 58:

peccata] Sicut cum temporali punitur filius iuste pro peccato patris in his in quibus succedit patri, sic filius in carne quam primus pater habuit cum peccavit poenam inflictam iuste sensit *add. marg. m. post. C*

Dist. 30, l. 63:

dereliquit] Hoc plane videtur illud Hugonis: “Nos qui ab eodem originem nascendo traximus quod illi actuale fuit, nos originale habemus.” [Hugo de S. Victore, *De sacramentis* 7.27 (PL 176, 298)] Et intellige per causam non per essentiam *add. marg. m. post. C*

Dist. 30, l. 82:

transierunt] Anselmus: “Peccatum non plus est in semine quam in sputo.” [*De conceptu virginali*, cap. 7 (ed. Schmitt, 2:149)] Sed ex sputo non potest contrahi originale. Solutio. Non est in semine ut in subiecto; est tamen occasionaliter. Sed quid agit originale? Responsio. Nihil efficientiae, quia defectus est *add. marg. m. post. C*

Dist. 30, l. 95:

Solutio] Hieronymus: Non est capitale vitii quod non est capitale meriti [Locum non inveni]. Responsio. Neutrius fuit causaliter, sed vitii occasionaliter magis quam virtutis, quia virtus a solo Deo infundente, peccatum a nobis et ab infra, potest trahere occasionem inevitabilem *add. marg. m. post. C*

Dist. 30, l. 258:

mater mea] Quod peccatum originale sit patet quod homo universaliter amisit potestatem bestiarum quam habuit: “Dominamini piscibus maris et volatilibus caeli” etc. [Gen. 1,28] Per timorem †...† et serpentem praecipue homo, quoniam non timuit Evam. Per dolorem parturientium. Per pugnam sanctorum contra malum concupiscentiae. Item, per circumcisionem Isaac, qui fuit filius promissionis, et tamen nisi circumcisis fuisset despectus fuisset [cf. Rom. 9, 7–9 et Gal. 4, 28]. Item, Eph. 2(3): “Et omnes natura filii irae.” Et Ioan. 3(5): “Nisi qui renatus” etc. Nullum excipit. Rom. 5(9): “Christus pro omnibus mortuus est” *add. in capite m. post. C*

Dist. 30, l. 262:

commutabile] Quid est originale? Quod sit reatus tantum videtur, quia ex peccato laesae maiestatis in patre non relinquitur culpa in filio nec poena, sed reatus est obnoxietas ad poenam secundum legem temporalem. De hoc Magister in 30 dist. Contra. Augustinus Contra Pelagianum et Celestinum: “Secundum quem modum pertransivit sententia in illos in quos non pertransivit culpa? Nisi forte secundum ius iniustus sit Deus, qui, expertes delicti, passus est vincula poenae obligari.” [Ps.-Aug., *Hypagnosticon* 2.2 (PL 45, 1617); inventa in Alex., *Summa theol.* 2.2.2.3.2.2, cap. 1 (ed. Quaracchi, 3:235)] Item, quod sit poena tantum. Hugo: “Hoc vitium originis humanae duplici corruptione naturam inficit, ignorantia mentem et concupiscentia carnem.” [De sacram. christ. fidei 1.7.26 (PL 176, 298); coll. ex ibid. (236)] Et Augustinus quod originale est “concupiscentia quod parvulum facit concupiscibilem, adultum concupiscentem.” [Aug., *Sermo* 151.5 (PL 38, 817); coll. ex ibid.] Ad idem Glossa super illud Rom. 5(12): “Sicut per unum hominem,” quod sit culpatus. [Resp. ibid.] Augustinus Ad Valerium: “Remanet originale peccatum, per quod parvuli sub diaboli potestate captivi sunt, nisi lavacro regenerationis Christi sanguine redimantur.” [Aug., *De nupt. et concup.* 1.20 (CSEL 42, 236); coll. ex ibid.] Idem ad eundem: “Per unius communionis voluntatem malam omnes in eo peccaverunt, quando omnes ille unus fuerunt, de quo propterea singuli originale peccatum traxerunt.” [Ibid., 2.5.15 (444); coll. ex ibid.] Item, super illud Rom. 3(25), “Propter remissionem praecedentium delictorum”: “Non videre erat eis poena pro peccato originali propter quod oculus erat eis aditus regni caelorum.” [Petr. Lomb., *Collect. in Rom.* 3,25 (PL 191, 1363); coll. ex ibid.] Quod sit culpa et poena pars bene dixisti de cap. 2 infra [Ps. 84,6], “Aut extends iram tuam,” Glossa: “Omnes traximus ab eo culpam et poenam.” [Petr. Lomb., *Collect. in Ps.* 84,5 (PL 191, 795); coll. ex ibid. (235)] Et super illud “Ecce in iniquitatibus conceptus sum” [Ps. 50,7], “Nemo nascitur nisi trahens poenam et meritum poenae, nisi tu, qui de Sancto Spiritu conceptus es.” [Petr. Lomb., *Collect. in Ps.* 84,5 (PL 191, 487); ibid. (236)] Et dixit Gregorius quod quilibet traxit saccum, id est mortalitatem, et meritum sacci. [Resp. Greg. Magnus, *Moral.* 12.17 (CCL 143A, 641–42); ibid.] Ad quod originale habuit utrumque in se: culpa fuit nuditas debita iustitiae, poena concupiscentia. [Resp. Alex., ibid.] Ad primum. Non est simile, quia lex temporalis punit temporaliter pro non suo peccato; dicitur autem non aeternaliter, nisi pro suo. Augustinus Retractationibus: “Non nulli homini, sed nulli naturae nocere dixi peccata nisi sua.” [Aug., *Retract.* 1.10 (CCL 57, 32); resp. ibid. (237)] Ad secundum. Cum dicitur ‘originale est concupiscentia’, materialis videtur esse praedicatio. Tamen Hugo dicit quod concupiscentia specie inordinata est culpa. [De sacram. christ. fidei 1.7.23 (PL 176, 297); ibid.] Vel quia ratione nuditatis est culpa, ratione concupiscentiae est poena, et sic solvendae rationes utrimque. Quod etiam originale sit culpa et poena confirmata est ex hoc quod dicit Augustinus quod “inter apostasiam primam et poenam gehennae media sunt peccata et poena.” [Aug., *In Ps.* 57,9, n. 18 (CCL 39, 724); coll. ex ibid. (235)] Et Ambrosius: “Vitium naturam laedit, Deum offendit culpa.” [Cf. *Apologia David altera*, cap. 3, n. 19 (PL 14, 895);

coll. ex ibid.] Sed cur dicitur originale ‘concupiscentia’, non ‘ignorantia’, cum utrumque sit poena pro originali inflicta? Responsio. Quia concupiscentia voluntatis est, sicut peccatum omne in voluntate, ignorantia in ratione. Et ubicumque inveneris quod originale sit, ignorantia intelligitur causaliter, sicut ibi [*Ps.* 24,7], “Ignorantias meas ne memineris,” Glossa: “Id est originale peccatum quod est in parvulis.” [Petrus Lomb., *Collect. in Ps.* 24,7 (PL 191, 255); coll. ex ibid. (240)] Et Hugo: “Si quaeras quid sit originale peccatum in nobis, intelligitur corruptio sive vitium, quod nascendo contrahimus per ignorantiam in mente et per concupiscentiam in carne.” [Hugo de S. Victore, *De sacram. christ. fidei*, 1.7.28 (PL 176, 299); ibid. (239)] Quod qualiter intelligunt subapparet cum dicitur. Dicitur enim “ignorantia non propter haec vitium in eis, quia cum nascuntur, veritatem non agnoscunt, quia non debent, sed quia cum nascuntur, vitium in eis est, quo postea impediuntur ne veritatem cognoscunt quando debent,” [Ibid. 1.7.32 (302); ibid. (239–40)] id est ex nuditate iustitiae in mente causatur ignorantia haec in ratione *add. in calce m. post. C*

Dist. 30, l. 292:

se] Dicit Albertus quod dum fuit oboediens Deo, gratia fuit in ipso gratuita, retinens omnia inferiora ne moverent contra suum †...† qua per peccatum expulsa deficiente continentia, quaelibet vis movebatur ad suum delectabile et contra suum superius. Et ita haec pronitas ad omnia mala cum carentia naturalis rectitudinis quam patres in posteros transmisisset, si in ea stetisset, est originale. Quia autem haec pronitas non est in anima rationali, sed in carne et in anima, quae est tantum actus corporis, gratia adveniens non sanat illud sed carentiam rectitudinis, quae est in anima; ex quo enim haec harmonia semel intercisa est, non potest iterum reparari in illo corpore, sicut natura †...† corporis vel virginitas [Resp. Albertus Magnus, *Quaestio de peccato originali*, 1–5 (ed. Colon. 25.2, 189–203)] *add. marg. m. post. C*

Dist. 30, l. 350:

positio] Definitio originalis: “Originale est inanitas vel carentia debitae iustitiae sive originalis impotentia habendi iustitiam, per inoboedientiam Adae contracta.” [Resp. Anselmus, *De conceptu virginali*, cap. 27 (ed. Schmitt, 2:170)] Ad quam intelligendam nota quod duplex est iniustitia: una a gratia gratum faciente – et de hac hic mentio non fit – vel a iustitia naturali denudatio, quae fuit in statu innocentiae, et haec est de qua hic loquitur; de qua Eccli. 17: Deus fecit hominem rectum ab initio. [Cf. *Eccli.* 15,14] Ex hoc solvitur haec obiectio. ‘Carentia debitae iustitiae’ est commune actuali et originali. Ergo non est propria ratio originalis. Item, cum peccat quis mortaliter, et redit in eo ‘carentia debitae iustitiae’ et non redit originale, ergo etc. Non enim hic fit carentia iustitiae naturalis nec per inoboedientiam Adae contrahitur. Ad hoc opponitur. Carentiae boni naturalis non opponitur gratia. Ergo huiusmodi carentia non deletur per gratiam. Originale autem deletur per gratiam. Ergo originale non est nuditas debitae iustitiae naturalis. Item, nihil est illud quod efficit; sed originale efficit carentiam debitae iustitiae. Ergo etc. Responsio. Secundum quosdam Adam fuit creatus in bonis gratuitis. Et secundum hoc prima patet falsa. Secundum alios in solis naturalibus, et sic originale privavit gratiam, non quae infuit, sed quae modum potuit. Ad ultimum. Fuit magis effectus actualis peccati Adae vel fomitis per occasionem. Secundum Albertum originale est pronitas ad omne malum cum carentia debitae iustitiae [Alb. Magn., *Quaestio de peccato originali*, 1–5 (ed. Colon., 25.2, 189–203)], et contrahitur a corpore. Cuius exempla sunt. Si dirigens sagittam fuerit strabus, necesse est sagittam obliquari et gyryari. Si primus motor errat, necesse est esse errorem in opere omnium motorum convenientium. Item, si in semine non solum est determinata vir(t)us magnitudinis et augmenti, ut dicitur in 2 De anima, [Arist., *De an.* 2.4 (416a 16–17); cf. *Auc-*

toritates Aristotelis, n. 87 (ed. Hamesse, 181)] sed etiam complexionis et virtutis et qualitatis naturalis, quare non similiter defectuum? Immo ex vitio in semine nascuntur debiles et infirmi. Et infirmitas patris transfunditur in filium. Si quaeratur quomodo poena vel corruptio carnis causet culpam in anima, cum ipsa non sit culpa, ponit exempla huiusmodi: in generatione univoca generans imprimit speciem similem, in generatione aequivoca non, ut motus vel sol est causa caloris. Item, semen cum sit corporale et non habet in se nisi corporale, habet tamen vi educendi animam sensibilem, quia ipsum fuit decisum ab animato. Et vis illa informativa in semine non est anima, quae corpore iam organizato est anima et causa forte est, quia semen non est susceptivum animae, sic corruptio carnis non est culpa in carne, sed est effectiva culpae in anima, quia fuit ab anima. Item, semen leprosi habet defectum contractum ab leproso. Unde necesse est filium fore leprosum. Et cum semen non est leprosum, et vaporibus obscuris ascendentibus ad caput non generantur in anima vapores in somniis, sed formae nigrae et terribiles. Super ad Rom. 5⁽¹⁹⁾: “Sicut per inoboedientiam,” peccatum originale est ex voluntate, quod “ex voluntate primi hominis seminatum est.” Ideo in Retractationibus: “In parvulis originale peccatum, cum adhuc non utantur arbitrio voluntatis, dicitur nunc obscure ‘voluntarium’, quia ex prima voluntate hominis mala contractum.” [Aug., *Retract.* 1.13.5 (CCL 57, 38)] Causa autem quare sua voluntas mala potuit nocere mihi secundum Anselmum et Augustinum, quia fuit persona universalis, non singularis. Si dicas hoc fuit tantum secundum carnem, non secundum voluntatem, respondendum quod immo sit quod ex mala voluntate sua contraxit in carne. Unde voluntas tua nudatur a debito vestimento. Exemplum: pollutio nocturna secundum Gregorium est peccatum non ex voluntate coniuncta sed praeambula [resp. Greg. Magnus, *Epist.* 11, ep. 64 (PL 77, 1198)] *add. in calce m. post. C*

Dist. 31, l. 76:

falso] Quod anima traducatur ex anima videtur, quia secundum omnes sanctos peccatum originale traducitur. Sed non potest traduci accidens sine subiecto. Ergo cum peccatum sit accidens animae, necesse est ipsam traduci, si ipsum peccatum traducitur. Item, in operibus sex dierum facta fuit qualibet creatura. Sed tunc non fuerunt distinctae. Ergo in confusione. Responsio. Traductio peccati originalis non est ex traductione subiecti sed ex traductione suae causae efficientis. Habet enim duplicem causam, scilicet materialem et efficientem. Ratione ergo causae efficientis, scilicet carnis, quae corrupta fuit et tangit animam – ratione inquam traductionis huius causae – dicitur traduci. Quod opponitur de operibus. Responsio: quia condita fuerunt, vel simpliciter sicut ea quae distincte fuerunt creata, vel secundum quid, et hoc dupliciter: vel confuse quoad corporalia; vel in similitudine quoad animas *add. in calce m. post. B*

Dist. 33, l. 117:

visivae] Contra hanc ultimam solutionem opponit Albertus sic: Cum anima pueri sit substantia cognoscitiva et non habeat impedimentum a corpore, cognoscit ea quae naturaliter indita sunt ei; haec autem sunt, quoniam a Deo et ad Deum facta est. Item, cognoscit se ipsam, quia sibi maxime est praesens; ergo se esse Dei capacem. Cognoscere enim rem est cognoscere substantiam, virtutem, et operationem eius. Si dicat quod ex ordine divinae iustitiae illa naturalis cognitio non ducetur in actum, contra. Diabolo qui magis peccavit non abstulit Deus cognitionem actualem. Ergo nec ei qui minus peccavit. Item, cum cognoscere sit melius quam non cognoscere – Augustinus, De 83 quaestionibus: “Licet carere metu sit melius quam habere, non tamen melius est non cognoscere metum, et si ad hoc sequatur non habere metum.” [Cf. Aug., *De 83 Quaestionibus*, q. 36 (CCL 40, 23)] – ex hoc videtur quod maior poena est auferre eis cognitionem quam affligere poena sensibili. Solutio. Cognoscent omnia quae

cognoscuntur cognitione naturali et Deum cognitione naturali et se carere eo; immo omnes tam damnati quam non damnati habebunt cognitionem omnium naturalem; sicut enim nihil deficiet de corpori naturalibus, sic nec de naturalibus animae, tamen naturales virtutes, in quibusdam magis impediuntur secundum demerita; nec tamen de hac carentia affligentur, quia, ut dicit Augustinus, perturbatio non cadit in sapientem. [Cf. Aug., *De civ. Dei* 9.4.1 (CCL 47, 251)] Si enim est de rebus quae possunt haberi, nititur ad habendum non perturbatus. Si de his quae non, non perturbatur, quia contra rectam rationem est quod Deus deleat de re quam non potest habere quam sua culpa non amisit. Sed cum in his sit rectitudo rationis etc., quod sic sit. Testatur Philosophus quod possumus “imaginari terribilia et confidentia ac si essemus in pictura considerantes.” [Arist., *De an.* 3.3 (427b 23–24)] Hoc est sine affectione et afflictione. “Sed contra: hoc videtur quod dicit Augustinus quod si daretur optio his qui in inferno sunt, magis vellent non carere (divina visione) quam non cruciari a gehenna.” [Albertus Magnus, *Quaestio de poena parvulorum sine baptismo decedentium*, art. 1 (ed. Colon. 25.2, 139)] Dic quoad pueros magis est haec velleitas quam voluntas, et etiam si haberent visionem per speciem, non possunt affligi etsi celent in medio gehennae. Item, contra Poeta: “Quae venit indigna poena” dolendi fuit. [Ovidius, *Heroides* 5.8 (ed. Richter, 23)] Unde et haec est una aggravatio mortis Christi qui sine meritis. Ergo parvuli eo magis dolebunt quod sine meritis amiserunt. Responsio. Christus doluit, quia iniuste sine meritis. Istis et suis pro propriis meritis, tamen iuste, et ideo non debent dolere nec dolent. Item, parvuli baptizati gaudent de visione. Ergo non-baptizati dolent de carentia. Infra. Iste gaudet, quia est papa; ergo iste dolet, quia non est papa; sed tamen hic scit suae habilitatis sicut alter. [Alb. Magn., *ibid.* (139–41)] SED QUAE- RITUR AN DELECTENTUR IN NATURALI COGNITIONE DEI. [Ibid., art. 2 (141)] Quod sit quia praesente cognoscibili cognoscitur, si non sit impediens, et hoc inducit delectationem. Ergo etc. Item, super illud Is. “tollatur impius ne videat gloriam Dei” [Is. 26,10, versio Sept.] Augustinus, “quia si viderent, delectarentur.” [Re vera Hier., *In Is.* 26,10 (CCL 73, 334–35); coll. ex Alb. Magn., *ibid.*] Solutio. Congruens est assimilatio scientis ad scibile. Sed haec est triplex de Deo: aut naturae aut gratiae aut gloriae; secundae duae magnam inducunt delectationem. Sed prima non in affectu, nisi sicut intellectus delectatur in consideratione alicuius conclusionis et virtus in proprio obiecto. Et haec eis non negatur. Ad secundum, aperte loquitur de visione per speciem. Item, nota quod secundum ipsum non solum scient se carere visione Dei, sed causam carentiae; animam etiam carere; hoc est conclusio. Et potest naturali ratione concludi. Ergo ipsi sciunt medium, cum sciant omnia quae naturali ratione possunt investigari. [Alb. Magn., *ibid.* (141–42)] *add. in calce m. post. C*

Dist. 33, l. 145:

etc.] Albertus solvendo dicit econtrario quod poena actualis venialis maior est quam originalis, quia habet aliquid de voluntario. Causa autem quare non punitur aeternaliter, sicut originale est, quia habet gratiam secum cuius virtute poena temporalis sufficit expiationi eius. Cum enim aversio non sit de intentione peccantis, sed conversio haec per se meretur reatum; et cum haec sit magis in actuali quam in originali, magis meretur poenam actualem quam originale [Cf. Albertus Magnus, *Quaestio de poena parvulorum sine baptismo decedentium*, art. 3 (ed. Colon., 25.2, 142–43)] *add. in calce m. post. C*

Dist. 34, l. 38:

chimera] Item, pro Manicheis: si simpliciter ad simpliciter et magis ad magis habet oppositionem, ergo summe bonum ad summe malum. Responsio. Tenet in positionibus ubi est magis et minus secundum participationem unius formae, ut in coloribus, non in prioribus ubi est magis

et minus secundum recessum a forma; maxime autem in his non potest esse summa elongatio a forma, quia haec esset summa elongatio ab esse, et sic non esset vel nihil. Item, contrariorum contraria sunt principia. Sed multae contrarietates in universo. Responsio. Prima tam omnium contrariorum est eadem, sicut albi et nigri, illa quae coloris et haec ubi utrumque est positio. Ubi vero alterum privatio, privatio non habet causam nisi defectivam. Augustinus De civitate Dei lib. 12: "Mali non est causa efficiens, sed deficiens, quia nec mala voluntas est effectio, sed defectio. Causam igitur mali velle invenire est, ac si aliquis vellet videre tenebras vel audire silentium, quae non sunt nota speciem sed speciei privatione, quae nesciendo sciuntur et sciendo nesciuntur." [Aug., *De civ. Dei* 12.7 (CCL 48, 362)] Sed contra. Malum est corruptivum. Ergo activum. Ergo habet naturam et essentiam. Responsio. Activum est ex eo quod est ex natura boni quod substantiat ipsum corrumpit, id est actio est corruptionis eo quod malum. Exemplum in actione morbi. Unde Dionysius: Cum dicitur malum agit, haec dicitur per accidens; cum dicitur malum corrumpit, hoc dicitur per se, nec propter haec dicitur 'principium'; agit enim per naturam subsistentis boni, corrumpit per defectum et privationem boni. [Resp. Ps.-Dionysius, *De div. nom.*, cap. 4 (PG 3, 750); versio Scoti Erig. (PL 122, 1145–46), *Dionysiaca*, 1:313] Item, Matt. 12₍₃₃₎: "Aut facite arborem bonam," Glossa: "Non potest ex bono malum vel ex malo nasci bonum." [*Glossa ordin.* in h.l. (ed. princeps, 4:45a)] Ibidem: "Nihil medium quin boni auctoris tantum sunt bona, mali mala." [Ibid.] Item, I Ioan. 4_(3,8): "Qui facit peccatum ex diabolo est." Item, Ioan. 15 [Recte *Matt.* 15,13]: "Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus." Ergo aliqua est plantatio quam non plantavit Deus. Ioan. 8₍₄₄₎: "Vos ex patre diaboli estis." Ioan. 14₍₃₀₎: "Venit enim princeps." Rom. 7₍₂₃₎: "Video aliam." Ioan. 8₍₄₄₎: Diabolus "est mendax et pater eius." Item, II Cor. 4₍₄₎: "Deus huius saeculi excaecavit." Ad primam auctoritatem sensus est: malum opus exit a mala voluntate, id est a libero arbitrio in quantum per electionem deficit a conformitate Dei et avertit se ab eo qui deberet esse causa efficiens boni in ea. Unde nec ad Deum potest malum dici ut ad causam nec ad aliam vitam, sed ad tot quot sunt liberi arbitrii deficientia. Hoc est quod dicit Dionysius: Malum est ex multis defectibus, non ex una causa. [Resp. Ps.-Dionysius, *De div. nom.*, cap. 4 (PG 3,730); versio Scoti Erig. (PL 122, 1144), *Dionysiaca*, 1:298–99]. Ad secundum: intelligendum non per efficientem, sed suggestionem. Est diabolus causa peccati et peccator a diabolo per conformitatem. Ad tertium: non loquitur de natura plantata, sed de traditione prohibitorum. Ad quartum: verum est unitio-ne. Ad quintum: non mundi, sed huius mundi. Ad sextum: illa lex, id est repugnantia carnis a Deo est inflicta, non a diabolo causata. Ad ultimum, sicut ad quintum. Item, Eccle. 1₍₂₎: Universa vanitas. Responsio. Non quia sunt animatae, sed quia sunt ex nihilo *add. in calce m. post. C*

Dist. 36, l. 170:

est] Nota quod dicitur quod passionibus non meremur. Responsio. In passione duo sunt: est enim quaedam passio ab intrinseco principio et ab extrinseco. Quantum ad primum passio voluntaria est et meritoria, non autem quantum ad secundum; hic habes exemplum in passionibus martyrum *add. in calce m. post. B*

Dist. 37, l. 26:

sume] hoc ideo dicit quia 'res' dicitur prout convertitur et est idem quod ens vel aliquid et hoc modo peccatum non est res; alio modo prout dicitur a 'reor', 'reris' quod potest dici vel intelligi vel cogitari, et sic peccatum est res *add. marg. m. post. B*

Dist. 38, l. 3:

etc.] EX FINE SUO UT AIT AUGUSTINUS etc. Si ex fine, videnda est vel pensanda voluntas; sed finis est unus, scilicet beatitudo quam omnes appetunt, ut dicit Augustinus [Resp. e.g. Aug., *Conf.* 10.20; *De lib. arb.* 1.14; *De Trin.* 13.3, etc.]; ergo omnis voluntas bona. Item, cum finis sit incognitus et in corde, quomodo ergo ab eo cognoscitur voluntas? Responsio. Est loqui de beatitudine secundum rationem universalem beatitudinis secundum annexa beatitudini, sicut dilectio et huiusmodi; et hoc modo appellatur, cum dicitur quod omnes appetunt beatitudinem. Est etiam loqui de substantia beatitudinis, quae est vita aeterna, et de hac non est verum quod omnes appetant, quia non omnes cognoscunt. Vel sic: est loqui de beatitudine in quantum est in ratione praemii vel in quantum est in ratione meriti; primo modo volunt eam omnes, sed non secundo. Cum ergo dicitur quod ex fine cognoscitur voluntas, intelligitur finis in quantum est in merito, non in quantum est in praemio. Ad aliud responsio: quod finis in quantum est in merito, non tantum est in corde sed etiam est exterius; Matt. 7⁽¹⁶⁾: “A fructibus eorum cognoscetis eos”; finis autem quodammodo fructus est *add. in calce m. post. B*

Dist. 38, l. 258:

malis] ET IN MALIS; contra: malum multifarium est, bonum vero indivisibile. Igitur licet sit unus finis omnium bonarum voluntatum, non tamen omnium malarum. Responsio. Est unus finis dupliciter: est enim unus finis omnium bonarum voluntatum numero, scilicet ipse Deus, sed unus dicitur malarum quantum ad genus, quia omnes habent miseriam *add. marg. m. post. B*

Dist. 38, l. 312:

voluntate] Nota: voluntas est actus directus in bonum simpliciter, intentio actus directus in bonum propter se. Finis vero est bonum propter se ad quod cetera bona referuntur. Item, intentio aliquando nominat rem intentam, et sic est idem quod finis; aliquando actum ad rem intentam, et sic est idem quod voluntas, sed differunt, sicut dictum est supra *add. in calce m. post. B*

Dist. 39, l. 91:

solutio] Hic ponit aliam opinionem aliter respondentem dictae quaestioni, quae (hic ... quae] haec autem opinio C) ponit quod idem velle est quo voluntas vult naturaliter bonum et quo vult naturaliter (*om. C*) malum. Quae et sic verificari potest – non loquor de tota voluntate hominis mali quam iam diximus necessario esse contra se divisam, sed loquor de illa eius portione maiore qua vult malum. Constat autem quam (quod C) male volitum; cum omne volitum sit bonum, eo quod volitum eo quod bonum est per se, obiectum voluntatis est aliquod bonum. Et in quantum bonum est et natura bona, mensuram habet, et determinatum est secundum naturam et secundum primum hominis statum quantum amari debet (deberet C) vel appeti, quia (qui C) appetitus naturalis excrescens in nimium fit vitium. Et illud velle idem secundum partem suae intensionis est bonum et secundum naturam. Sed secundum totam, id est nimiam intensionem suam (intensionem suam] sui intensionem C), est vitium et malum; et ita idem velle numero est bonum et malum, sed non secundum idem sui. Et idem est velle quod vult naturaliter bonum (*om. C*) primo, et quod postea excrescens fit nimium et vertitur in vitium. Sicut idem est cum est surculus et cum processu temporis est arbor. Et sic haec opinio et praecedens non sunt oppositae, sed sunt utraeque verae, quia non loquuntur de eodem, sed prima de tota voluntate, secunda de parte una eius (*om. C*) *add. O, add. in capite m. post. C*

Dist. 42, l. 50:

asserere] Quod autem talis non sit in caritate videtur, (quod ... videtur] *om. P*) quia posito statu innocentiae naturali quodam amore et non caritate amatur Deus plusquam omnia alia; et similiter in statu huius miseriae, si quis amat Deum plusquam omnia alia, ita tamen (*om. P*) ut per rerum creaturarum (creaturarum *P*) et amatarum multiplicationem possit (amatarum ... possit] amatum multiplicem posset *P*) adeo augeri amor earum ut aequiparetur amoris Dei, nondum amatur Deus amore gratuito, sed naturali (†...† *add. C*) *add. marg. P, add. marg. m. post. C*

Dist. 42, l. 136:

peccatores] Item, Prov. 20₍₉₎: “Quis potest dicere: Mundum est cor meum, purus sum a peccato?” Ambrosius: “Nemo mundus a sorde [*Iob* 14,4].” [Locum non inveni] Contra. Gratia est qua assistente bonum augitur; sed spiritus assistit; ergo semper potest eligi bonum. Item, ab haeretico in libro De perfectione iustitiae introducuntur haec: Apoc. 14₍₄₎: Si “sequuntur virgines quocumque,” id est sine macula sive pars qui ingreditur sine macula; Deut. 18₍₁₃₎: “Perfectus eris et absque macula.” [Aug., *De perf. iust. hom.* 2–6,1–15 (CSEL 42, 4–13)] Item, I Ioan. 3₍₃₎: “Qui habet hanc spem sanctificat se, sicut ipse (id est Deus) sanctus est.” Item, ab eodem aut Deus vult nos esse sine peccato aut non. [Ibid., 3.7 (7)] Constat quod vult; sed quis tam demens ut dubitet fieri non posse quod non dubitat Deum non velle? Super hoc recitat Augustinus tres opiniones. Unam quod indistincte potest homo esse sine omni peccato quam reputat haeticam. Aliam quod potest esse sine omni peccato actuali, non tamen sine fomite, de quo Rom. 7_(19–20): “Quod nolo hoc ago etc.; non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum,” id est fomes secundum Glossam. [*Glossa ordin.* in h.l. (ed. princeps, 4:289a); cf. Petr. Lomb., *Collect. in epist. ad Rom.* in h.l. (PL 191, 1428 et 1430)] Et haec ut dicit est perspicax, sed non vera; alioquin non omnes indigerent dicere “dimitte nobis debita nostra” [*Matt.* 6,12] nec Iac. 3₍₂₎ et dixisset: “In multis offendimus omnes.” Tertia est quam tenet quod numquam potest homo esse sine peccato actuali, excepta beata Virgine et privilegiatis. Ad primum. Spiritus potest bonum facere, sed non potest facere spiritus bonum propter fomitem inclinativum et posset quodcumque malum in singulari sed non omne in universali; ad illud Apoc. 14₍₅₎ respondet aliquis quod ideo “in ore eorum non est inventum mendacium,” quia dixerunt se esse peccatores; alioquin mendaces fuissent. Ad tertium: macula fuit ibi, ut dicit idem Augustinus, pro crimine damnabili. Ad quartum: perfectio viatoris est esse sine mortali, comprehensoris sine veniali. Ad quintum: sanctificare se est non sanctum esse, sed sanctum fieri; et quod fit non est; sanctificat ergo se hic, ut sit sanctus in patria [I Ioan. 3,3], cum a spiritu saeculares ei eramus. Ad ultimum dicit Augustinus quod vult nos esse sine mortali *add. in calce m. post. C*

Dist. 43, l. 92:

sit] Nota quod cum dicitur peccatum in Spiritum Sanctum esse irremissibile, intellige quod remissio dupliciter est: vel quantum ad culpam vel quantum ad poenam; et ea peccata quae habent aliquam excusationem, ab eis non exigi(tur) tota poena; sed quia peccatum in Spiritum Sanctum scilicet non habet aliquam excusationem, ideo tota poena totaliter exigitur. Et quantum ad hoc dicitur quod non remittetur in hoc saeculo vel in futuro. Item, nota quod hoc peccatum dicitur irremissibile, non quia homo ex se non sufficiat ad hoc, quia sic omne peccatum esset irremissibile; sed dicitur irremissibile, quia corrumpiturabilitas ad poenitentiam, scilicet spes et timor; nam desperatio tollit spem, praesumptio vero timorem. QUI PECCAVIT IN PATREM etc. Contra. Patris et Filii et Spiritus Sancti una est essentia; ergo una offensa; ergo qui peccat in

Spiritus Sanctum remittetur ei, sicut qui peccat in Patrem vel Filium. Responsio. Est peccare in Patrem in se et in Filium similiter, et sic non sunt tria peccata, sed unum. Alio modo est peccare in Patrem per appropriationem, et secundum hoc aliud est peccare in Patrem, aliud in Filium, aliud in Spiritum Sanctum, quia non est idem effectus appropriatus Patri et Filio et Spiritui Sancto; potentia enim appropriatur Patri, sapientia Filio, bonitas Spiritui Sancto. Item, quia potentia indifferenter est et sapientia similiter, bonitas vero non est sic indifferens, ideo maius peccatum est in bonitatem quam in potentiam vel sapientiam *add. in calce m. post. B*

Quaestio de caelo (Appendix D), l. 229:

physicorum] Alfraganus dicit, differentia 21, quod a centro terrae usque ad longitudinem lunae propriorem (proiorem [*sic*] P), et haec est usque ad orbem lunae, sunt miliaria 109037 (CM.IXM.XXXVII *add. marg. m. post. P*); dimidium autem diametri terrae, sicut ibidem dicit ille idem; sunt miliaria 3250 (tria MCCL *add. interlin. m. post. P*); subtracto igitur isto dimidio diametri terrae a priori numero residuum est distantia inter superficiem terrae et orbem lunae et sunt miliaria 105787 (CVM.DCCLXXXVII *add. interlin. m. post. P*); quae si dividantur per 20, ponantur enim pro diaeta 20 miliaria, exhibet numerus diaetarum 5289 (VM.CCLXXXIX *add. marg. m. post. P*); et restant 9 miliaria. Et si istae diaetae dividantur per 365, qui sunt dies unius anni nostri, exhibunt 14 anni et restant diaetae 179. Quae si dividantur per 30, quae sunt dies mensis perfecti, exhibunt menses perfecti 5 et restat unus mensis imperfectus, id est 29 dierum. (Dicitur enim apud astrologos mensis perfectus, qui est 30 dierum, imperfectus 29 dierum *add. C*). Patet igitur quod per diaetam 20 miliaria incedendo possit pertransiri tantum spatium quantum est a superficie terrae ad caelum; in 14 annis nostris et 5 mensibus perfectis et uno mense imperfecto et adhuc restarent 7 miliaria. Sed impressiones non generantur, ut creditur, nisi ad plus usque ad duo miliaria super terram, quia mons Olympus et alii tantae altitudinis in cacumine suo numquam tempestatem habent ut expertum est; patet igitur quod impressiones immoderatam habent a caelo distantiam, et ideo per eius calorem non impediuntur, posito quod caelum sit ignis et stellae igneae *add. in calce m. post. CP*; distantia a centro terrae usque ad orbem lunae sic investigabis: quae est 109037 miliaria, per Alfraganum, differentia 21a; ista summa provenit ex dimidio diametri terrae trigesies ter sumpto, et dimidio dimidii diametri terrae, et vicesima parte eiusdem dimidii. Cum ergo diametrum terrae sit 6500 miliariorum, cuius dimidium est 3250, si istud dimidium multiplicatur per 33, producentur 107250. Deinde si dividetur (*coni.*) praedictum dimidium diametri terrae, reliquantur 1625 miliaria, et si sumatur eiusdem dimidii diametri terrae, pars 20a, erunt 162 miliaria. Si igitur istos tres numeros invicem addideris, excrescet numerus praedictus, scilicet 109037 miliaria [Resp. Alfraganus, *Liber de aggregationibus scientiae stellarum*, diff. 21 (ed. Campani, 146–47)] *add. in calce m. post. P*

INDEX RERUM QUAE IN DIST. 21–44 ET APPENDICIBUS TRACTANTUR

DISTINCTIO 21	1
Utrum diabolus deorsum lapsus dici possit	3
Utrum ratio in femina minus vigeat	4
Utrum diabolus homini per violentiam nocere potuisset	5
Utrum diabolus serpente velut organo usus sit	6
Quomodo serpens sapientissimus propter diabolum in eo dici possit	7
Utrum Eva a diabolo et carne tentata sit	10
Utrum peccatum hominis sit remediabile et angeli non	10
Utrum una ratio alia sufficientior sit	13
 DISTINCTIO 22	 21
Quid fuerit primum peccatum hominis	21
Utrum infidelitas	21
An inoboedientia	21
An avaritia	22
An cupiditas	23
Quae ignorantia excusat et quae non	31
Utrum ignorantia iuris excusat	32
Utrum quilibet teneatur cognoscere quodlibet peccatum mortale	32
Utrum ignorantia furoris vel ebrietatis peccato excusat	33
Utrum aliqua ignorantia peccatum sit	36
 DISTINCTIO 23	 39
Utrum deceret Creatorem rationalem creaturam creare, si omnis creatura rationalis mala fieret	43
Utrum damnatis sit melius in inferno esse quam non esse	43
Utrum magis sit eligendum omnino non esse quam peccare mortaliter	47
Utrum magis odiendum sit peccare venialiter quam non esse	48
Utrum debeam magis velle me esse vel pati aliquid mali quam proximum	49
Quomodo creaturae ante peccatum Deum cognoverint	53
Utrum in paradiso ante peccatum vel in caelo visio corporalis et spiritualis fallatur	57

Utrum in paradiso et in caelo creaturas videbimus tantas quantae sunt	58
Utrum aliquam gratiam homo ante peccatum habuerit	63
Quantam gratiam homo ante peccatum habuerit	65
DISTINCTIO 24	71
Quid hic dicatur ratio	71
Quid voluntas dicatur	71
Quomodo ad rationem et voluntatem se habeat liberum arbitrium	72
Utrum possit ex se sine gratia declinare a malo	74
Utrum liberum arbitrium possit sine gratia per se in actionem aliquam	75
Utrum liberum arbitrium possit sine adiutorio in ipsam actionem quae subest deformatati	75
Utrum liberum arbitrium possit in actum bonum sine adiutorio gratiae	80
Quare dicatur arbitrium	83
Quare magis dicatur arbitrium quam iudicium	84
Quare dicatur liberum	85
Quare magis dicatur liberum arbitrium quam arbitrans libertas	86
Utrum sit liberum arbitrium	86
Utrum gratia liberum arbitrium impediat	86
Utrum coactio per vim aliquam libero arbitrio repugnet	88
Utrum libertati arbitrii repugnet scientia Dei	91
Utrum libertati arbitrii repugnet veritas de futuro	91
Utrum libertati arbitrii repugnet peccatum	92
Utrum bonitas universi libero arbitrio contradicat	93
Quae liberum arbitrium esse probent	95
A qua causa efficiente sit liberum arbitrium	97
Utrum in anima rationali sit voluntas naturalis, quae naturaliter vult bonum	98
Utrum natura bonum velit, licet tenuiter	99
Quae sit radicalis differentia superioris et inferioris partis rationis	102
Quare haec inferior illa superior dicatur	105
Utrum superior pars rationis sit idem quod synderesis et vir	105
Utrum omne peccatum a superiori parte rationis incipiat	113
DISTINCTIO 25	117
Utrum liberum arbitrium Dei possit in praeteritum	118
Utrum liberum arbitrium accipiatur aequivoce vel univoce	119

Index rerum quae in dist. 21–44 et in appendicibus tractantur	387
Utrum libertas sit aequaliter in Creatore et creaturis	121
Utrum libertas aequaliter sit in omnibus statibus creaturae	122
Septem gradus libertatis	123
Quid sit hoc vulnus in naturalibus animae	127
Utrum sicut originale vulnerat naturalia, similiter actuale quodlibet vulneret	129
Utrum sicut vulnus illatum per originale in praesenti vita non sanatur, similiter nec vulnus illatum per actuale	130
Quae sit libertatis divisio per opposita	131
Quomodo mali liberiores sint bonis et quomodo non	133
Utrum posse peccare sit de essentia liberi arbitrii	135
 DISTINCTIO 26	 139
Quid sit gratia	140
Quod non sit accidens	140
Quod sit substantia	141
Utrum nomen gratiae imponatur essentiae divinae an personae alicui	145
Utrum eadem sit gratia operans et cooperans	145
Utrum frustra velit, cum bona voluntas in actum exteriorem non progreditur	146
Utrum Deus operetur ut cogitemus bonum	146
Utrum fides sit prima gratia	150
 DISTINCTIO 27	 153
Quid significet ‘bona’	155
Utrum Deus solus in homine operetur	156
 DISTINCTIO 28	 163
Quomodo maius praemium mereatur	165
 DISTINCTIO 29	 167
Utrum habuerit quo poterat stare in bono	167
Utrum vita socialis praeponatur vitae solitariae	169
Quare peccata originalia meruerint loci mutationem	170
Utrum peccatum primi hominis potuerit universum mutare in peius	170
Quomodo non etiam paradisi fuerit ante peccatum homini poenalis	171
Utrum caelum empyreum sit locus poenalis et utrum misericordia ecclesiae maior est quam Dei	172

DISTINCTIO 30	175
Quomodo dicatur peccatum intrasse	
in mundum per unum hominem	177
Contra eos qui posuerunt peccatum originale non esse	178
Utrum sit peccatum originale	184
Quid non sit originale peccatum	185
Quid sit originalis culpa	186
Qualis sit veritas humanae naturae	192
Quae sint argumenta Magistri contraria	192
Quae sint argumenta pro Magistro	194
Quid magis tenendum	195
Quomodo obiectis respondendum	195
Utrum eductio potentiary activary sit	
a Deo tantum an et a natura	197
DISTINCTIO 31	199
Utrum anima sit a traduce	199
Quae sit carnis corruptio	203
Quomodo carnis corruptio in prolem transeat	203
DISTINCTIO 32	209
Quare Deus puniat animam pro eo quod vitare non potuit	212
Utrum animae omnes aequalem coronam sortiantur	215
DISTINCTIO 33	217
Utrum actualia parentum peccata transeant in filios	218
Utrum qui habet unum mortale peccatum habeat omnia	218
Utrum parvuli ante baptismum mortui igne puniantur	222
Utrum pro parentibus puniendi sint	225
DISTINCTIO 34	229
Utrum sit summum malum a quo origo omnis mali	231
Utrum mali et boni contrarietas sit an malum sit in bono	234
DISTINCTIO 35	237
Utrum haec definitio Augustini omni peccato conveniat	237
Utrum sit peccatum quia prohibitum an e contrario	238
Quid sit primum subiectum peccati	240
Utrum peccatum sit aliquid an nihil	245

Index rerum quae in dist. 21–44 et in appendicibus tractantur	389
DISTINCTIO 36	249
Utrum omnis poena sit a Deo	251
Utrum aliqua poena sit culpa	252
DISTINCTIO 37	257
DISTINCTIO 38	261
Utrum voluntas bona vel mala esse cognoscitur ex fine	261
Utrum caritas sit finis omnium bonarum actionum	264
Utrum omnium tam bonorum quam malorum sit finis unus et idem	267
Utrum omnium malorum sit idem finis	268
Utrum saltem omnium actuum unius mali sit idem finis	268
Utrum voluntas finis et eorum quae sunt ad finem sit eadem	271
DISTINCTIO 39	275
DISTINCTIO 40	279
DISTINCTIO 41	283
DISTINCTIO 42	287
Quomodo venialia a mortalibus distinguantur	288
Utrum venialia caritatem minuant	289
Utrum homo sine veniali possit in hac vita	291
Quomodo venialia in praesenti deleantur	292
Utrum et quomodo et quamdiu venialia in purgatorio puniantur	294
DISTINCTIO 43	301
Quid sit peccatum in Spiritum Sanctum	304
Quotiens sit peccatum in Spiritum Sanctum	305
Utrum quaelibet invidia sit peccatum in Spiritum Sanctum	306
Quare irremissibile sit	306
DISTINCTIO 44	311
Utrum potestas peccandi sit potestas et utrum sit a Deo	311
APPENDIX A: Quaestio de aeternitate mundi	315
Rationes ponentium mundum esse aeternum	320
Rationes contra philosophorum opinionem	327

390 Index rerum quae in dist. 21–44 et in appendicibus tractantur

APPENDIX B: Quaestio de luce 333

APPENDIX C: Quaestio de aquis quae sunt supra firmamentum 339

 Utrum supra firmamentum sint aquae 339

 Ad quid sint aquae supra firmamentum 348

 Quomodo sint aquae supra firmamentum 350

 Utrum ibi sint naturaliter vel violenter 350

 An gelatae ibi sint vel fluidae 351

 Si fluidae, an mobiles vel immobiles 351

 An aquae dulcissimae vel amarae 352

APPENDIX D: Quaestio de caelo 355

AUCTORES ET SCRIPTA

- Albertus Magnus
Quaestio de peccato originali, 374, 377, 379
Quaestio de poena parvulorum sine baptismo decedentium, 379
- Albumasar
Liber introductorii maioris ad scientiam iudiciorum astrorum, 343, 352
- Alcher Clareaevallensis (Ps.-Augustinus)
De spiritu et anima, 44, 157
- Alexander de Hales
De duratione mundi, 320, 322
Glossa in IV libros Sententiarum, 34, 67, 106, 108, 117, 142, 144, 148, 155–157, 160, 165, 191, 206, 224–226, 252, 258, 269, 284, 287, 302, 303, 305
Summa theologica, 371, 376
- Alexander III
Epistolae, 158
- Alfraganus (al-Farghani)
Liber de aggregationibus scientiae stellarum, 342, 383
- Alhacen (Ibn al-Haitham)
Perspectiva, 59, 60, 101, 334, 360
- Ambrosius
Apologia David altera, 376
De Spiritu Sancto, 305
Expositio evangelii Lucae, 194
Hexameron, 319, 331, 340, 342, 345–348, 350, 352, 357, 358
- Anon.
Vita S. Petri Prioris, 158
Vita S. Theobaldi, 158
Vita S. Walpurgis, 158
- Antiphon., 130
- Anselmus Cantuariensis
Cur Deus homo, 12, 13, 18, 25, 216, 345
De casu diaboli, 22, 24
De conceptione virginali et de originali peccato, 179, 185, 187, 188, 204, 209, 375, 377
De libertate arbitrii, 81, 117, 119, 136
De veritate, 65, 69
Epistolae, 233
Meditationes, 48, 345
Proslogion, 25
- Aristoteles
Analytica posteriora, 104, 106
Categoriae, 219, 240, 285
De anima, 114, 142, 143, 335, 377, 379
De caelo, 157, 341, 345–347, 349, 355, 362
De generatione animalium, 5, 30, 192, 193, 342
De generatione et corruptione, 128, 321, 360
De interpretatione, 144
Ethica Nicomachea, 71, 98, 216, 372
Metaphysica, 64, 132, 234, 242, 311, 318, 320, 329, 362, 367
Physica, 78, 157, 318, 320, 327, 329, 335
Topica, 45, 46, 94, 130, 243, 312, 360
- Ps.-Aristoteles
Liber de causis, 77, 97, 188
- Auctoritates Aristotelis, 64, 76–78, 97, 104, 128, 130, 132, 142, 157, 188, 219, 234, 243, 312, 321, 323, 327, 329, 335, 345, 347, 360, 362, 368, 374, 377
- Augustinus
Confessiones, 252, 269, 277, 371, 381
Contra Academicos, 50
Contra Adimantum, 188
Contra epistolam fundamenti, 231, 232
Contra Faustum, 34, 118, 241, 242
Contra Iulianum, 178, 179, 182, 194
Contra Maximinum, 320
De civitate Dei, 7, 67, 127, 157, 184, 191, 195, 221, 223, 224, 234, 239, 319, 321, 324, 325, 331, 340, 343, 355, 357, 359, 365, 371, 379, 380
De coniugiis adulterinis, 165, 284
De diversis quaestionibus octoginta tribus, 78, 79, 206, 233, 245, 252, 327, 378

- De doctrina Christiana*, 320, 322
De duabus animabus, 164
De fide et symbolo, 371
De Genesi ad litteram, 6–9, 22, 27, 35, 53, 54, 58, 59, 67, 104, 200, 317, 333, 339, 341, 355–357, 370
De Genesi contra Manichaeos, 22, 148, 172, 174, 371
De gratia Christi et de peccato originali, 71
De haeresibus, 163
De libero arbitrio, 11, 26, 36, 44, 50, 52, 97, 155, 164, 184, 225, 251, 267, 285, 296, 297, 299, 333, 381
De moribus ecclesiae, 157, 232, 234
De musica, 101, 142, 297, 359
De natura boni, 231, 252, 253
De natura et gratia, 287
De nuptiis et concupiscentia, 178, 183, 187, 209, 376
De perfectione iustitiae hominis, 182, 288, 291, 382
De praedestinatione sanctorum, 148, 374
De quantitate animae, 157
De sermone Domini in monte, 72, 269, 305, 308
De Trinitate, 46, 102, 103, 105, 107, 108, 110, 187, 362, 368, 381
De vera religione, 74, 156, 193, 196, 198, 372
Enchiridion, 68, 220, 233, 236, 265–267, 356
Ennarationes in Psalmos, 64, 259, 260, 266, 271, 374, 376
Epistolae, 36, 146, 173, 200, 264, 333, 374
Expositio epistolae ad Romanos, 165
Quaestiones in Heptateuchum, 225
Retractationes, 71, 142, 155, 168, 179, 356, 376, 378
Sermones, 127, 156, 174, 293, 294, 375, 376
Soliloquia, 157
Tractatus in Ioannis evangelium, 48, 145, 148
 Ps.-Augustinus
De vera et falsa poenitentia, 309
Hypognosticon, 84, 117, 160, 376
Quaestiones Veteris et Novi Testamenti, 34
Sermo de symbolo contra Iudaeos, paganos et arianos, 67
 Averroes
In Metaphysicam Aristotelis, 367
 Avicenna
Liber de philosophia prima, 201
 Basilius
Hexaameron, 319
 Beda Venerabilis
De natura rerum, 348
In epistolam Ioannis, 302
 Bernardus
De gratia et libero arbitrio, 83, 95, 120, 132, 135, 147, 157
Epistolae, 169
 Biblia Sacra
Genesis, 6–8, 10, 12, 14, 19, 28, 31, 34, 61, 62, 69, 83, 108, 113, 127, 169, 171–174, 179, 190, 194, 197, 201, 202, 220, 225, 231, 250, 254, 259, 296, 302, 315, 327, 340, 343, 350, 359, 376
Exodus, 181, 209, 223, 224, 226, 233, 238, 258, 287, 317, 325, 347, 367
Numeri, 223, 284
Leviticus, 36, 37, 147, 203
Deuteronomium, 33, 96, 164, 169, 181, 220, 259, 299, 322, 382
Iosue, 227, 347, 348
Iudicum, 269, 270
I Regum, 4, 169, 173, 225, 295
II Regum, 225, 226
III Regum, 272
IV Regum, 171
I Verba dierum (Paralipomenon), 356
I Esdra, 170
Esther, 125, 359
Iob, 5, 37, 44, 50, 124, 130, 157, 169, 170, 181, 182, 185, 190, 194, 202, 203, 210, 255, 258, 292, 304, 311, 314, 366, 382
Psalmi, 3, 11, 17, 19, 24, 29, 37, 48, 69, 83, 125, 130, 133, 148, 158, 160, 164, 172, 174, 182, 185, 195, 201, 213, 220, 227, 236, 240, 248, 252, 255, 267, 269, 273, 292, 296,

- 298, 299, 302, 303, 306, 314, 316,
321, 322, 340, 356, 358, 366, 371,
375
- Proverbia*, 4, 8, 13, 37, 113, 124, 125,
146–148, 181, 183, 219, 227, 236,
240, 250, 265, 267, 282, 311, 316,
372, 382
- Ecclesiastes*, 5, 14, 18, 43, 44, 69, 125,
169, 191, 193, 201, 240, 250, 277,
283, 298, 314, 380
- Cantica*, 181
- Sapientia*, 3, 4, 12, 55, 62, 69, 128,
149, 169, 184, 185, 201, 216, 220,
226, 248, 251, 259, 260, 266, 311,
366, 371, 375
- Ecclesiasticus*, 3, 8, 11, 21–23, 28, 29,
43, 67, 92–94, 96, 125–127, 158,
171, 172, 174, 181, 190, 194, 209,
252, 260, 269, 282, 295, 302, 351,
359, 372, 377
- Isaias*, 11, 24, 36, 77, 83, 96, 125, 148,
158, 174, 184, 185, 194, 210, 212,
216, 240, 248, 259, 267, 270, 282,
291, 316, 379
- Ieremias*, 9, 24, 25, 44, 110, 124, 133,
248
- Threni*, 19
- Baruch*, 322
- Ezechiel*, 37, 106, 147, 158, 225, 226,
258, 295, 299, 309, 374
- Daniel*, 240, 259, 271, 340, 343
- Osee*, 98, 158, 219, 250, 311
- Amos*, 158
- Micha*, 291
- Aggaeus*, 36
- Abacuc*, 196
- Zacharias*, 161
- Malachias*, 36, 213
- II Macchabaeorum*, 4, 48, 213
- Matthaeus*, 3, 8, 19, 23, 26, 38, 43, 49,
63, 64, 97, 124, 133, 149, 158, 184,
203, 206, 215, 216, 222–224, 233,
266, 267, 269, 270, 280, 291,
302–304, 308, 309, 313, 314, 339,
347, 380–382
- Marcus*, 291, 307, 358
- Lucas*, 21, 37, 69, 118, 146, 149, 173,
280, 291, 307, 308, 339, 358
- Ioannes*, 6, 30, 48, 54, 83, 97, 113,
133, 135, 147, 149, 159, 170, 174,
177, 181, 197, 201, 202, 206, 210,
221, 240, 270, 281, 297, 303, 306,
307, 311, 380
- Acta*, 147, 150, 174, 181, 184, 296, 314
- Ad Romanos*, 3, 21, 27, 63, 92, 104,
106, 112, 124, 133, 136, 137, 146,
148, 149, 163, 168–170, 172, 174,
177, 180, 182, 183, 185, 194, 202,
209, 212, 213, 219, 220, 224, 234,
237, 250, 254, 265–267, 276, 280,
283, 285, 302, 309, 311–314, 321,
376, 378, 380, 382
- I ad Corinthios*, 19, 31, 32, 36, 56, 62,
63, 66, 83, 95, 108, 119, 148, 149,
158, 159, 160, 161, 164, 165, 169,
174, 185, 233, 269, 270, 294, 295,
297, 306, 327, 362
- II ad Corinthios*, 107, 113, 124, 133,
146, 149, 174, 209, 210, 220, 248,
380
- Ad Galatas*, 4, 149, 163, 182, 187, 210,
218, 254, 270, 287, 314, 376
- Ad Ephesios*, 48, 113, 114, 157, 158,
163, 165, 169, 181, 183, 185, 206,
313, 376
- Ad Philippenses*, 30, 124, 148, 158,
174, 370
- Ad Colossenses*, 163, 248, 267
- I ad Thessalonicenses*, 250
- I ad Timotheum*, 9, 23, 27, 32, 265,
266, 296, 303, 372
- II ad Timotheum*, 92, 209, 308, 309,
321, 326
- Ad Titum*, 321
- Ad Hebraeos*, 27, 69, 79, 129, 194,
283, 295, 307
- Epistola Iacobi*, 64, 109, 112, 125,
219, 227, 283, 313, 382
- I Epistola Petri*, 158, 174, 181, 313
- II Epistola Petri*, 127, 149
- I Epistola Ioannis*, 159, 174, 248, 280,
289, 291, 298, 302, 380, 382
- Apocalypsis*, 7, 48, 50, 92, 125, 165,
174, 193, 250, 262, 348, 366, 382

Boethius

De consolatione philosophiae, 90, 318, 323

In librum Aristotelis de interpretatione, 74

Canones adversus Originem, 16, 199, 304, 347

Cicero

De divinatione, 90

De tusculanis disputationibus, 157

Crux fidelis, Missa praesantificatorum, 181

Ps.-Dionysius Areopagita

De divinis nominibus, 11, 138, 142, 258, 302, 380

Eustathius

In Hexameron S. Basilii Latina

Metaphrasis, 319, 331, 348, 358

Fulgentius Ruspensis (Ps.-Augustinus)

De fide ad Petrum, 204, 222

Gennadius (Ps.-Augustinus)

De ecclesiasticis dogmatibus, 98, 101, 142, 200, 291

Gilbertus Porretanus

Liber de sex principiis, 323

Glossa interlinearis, 4, 12, 14, 30, 146, 147, 169, 224, 252, 266, 270, 303

Glossa ordinaria, 10, 14, 21–23, 27, 34, 96, 112, 127, 147, 150, 168, 220, 224–226, 234, 237, 250, 251, 252, 258, 259, 273, 276, 330, 359, 380, 382

Gregorius Magnus

Epistolae, 378

Moralia in Iob, 6, 9, 33, 35, 108, 160, 225, 258, 299, 303, 367, 371, 376

Gregorius Nyssenus

De hominis opificio, 315

Guillelmus Altissiodorensis

Summa aurea, 32, 368

Guillelmus Alvernensis

De anima, 201

Hieronymus

Apologia adversus libros Rufini, 200

Commentarium in Aggaeum, 36

Commentarium in Amos, 251

Commentarium in Ecclesiastem, 14, 200

Commentarium in Ezechielem, 102, 106, 147, 280

Commentarium in Isaiaem, 379

Commentarium in Osee, 277

Commentarium in Psalmos, 303

Epistolae, 120, 356

Hugo de Sancto Caro

Commentaria in quattuor libros

Sententiarum, 26, 36, 37, 106, 108, 109, 112, 113, 155, 156, 165, 166, 203, 231, 232, 237, 250, 287, 297

Postillae in bibliam, 11, 12, 147, 224, 274

Hugo de Sancto Victore

De sacramentis, 157, 371, 375–377

Ps.-Hugo de Sancto Victore

De fructibus carnis et spiritus, 298

Summa sententiarum, 68, 201

Ioannes Chrysostomus

Homiliae in Matthaum, 221

Homiliae in II ad Timotheum, 327

In epistolam ad Hebraeos, 323

Ps.-Ioannes Chrysostomus

Opus imperfectum in Matthaum, 144

Ioannes Damascenus

De fide orthodoxa, 6, 7, 14, 57, 66, 67, 72, 98, 131, 323, 335, 340, 342, 343, 348, 355, 356, 358

Iosephus

Antiquitates Iudaicae, 315, 348

Isidorus de Sevilla

De ordine creaturarum, 16, 78, 349

Etymologiarum libri XX, 61, 358

Macrobius

Commentarium in somnium Scipionis, 67

Moses Maimonides

Dux neutrorum, 360

- Nemesius
De natura hominis, 35, 302
- Ovidius
Heroides, 379
- Pelagius
Epistola ad Demetriadem, 135
- Petrus Comestor
Historia scholastica, 7
- Petrus Lombardus
Collectanea in omnes D. Pauli Apostoli epistolas, 36, 114, 145, 234, 237, 250, 269, 276, 376, 382
Collectanea in Psalmos, 145, 252, 307, 371, 375, 377
Sententiae in IV libris distinctae, 3, 7, 8, 12, 13, 22, 24, 25, 27, 31, 35, 46, 47, 54, 57, 63–68, 73, 74, 86, 102, 117, 119, 120, 125, 129, 133, 135, 136, 143, 148–151, 155, 157, 159, 160, 161, 167, 172, 178, 180, 192, 196, 199, 200, 201, 203–205, 209, 214, 215, 221, 231, 239, 241, 244, 245, 248, 251, 255, 258–260, 262, 263, 265, 266, 269, 273–277, 283, 284, 296, 304, 305, 308, 309, 315, 320, 322, 330
- Plato
Timaeus, 76, 328, 355
- Plinius
Naturalis historia, 319
- Praepositinus
Summa, 185
- Priscianus
Institutiones grammaticae, 259
Proverbia sententiaeque latinitatis medii aevi, 16, 22
- Ptolemaeus
Almagestum, 58
Centiloquium, 12
- Rabanus Maurus
Commentarium in Sapientiam, 259
De universo, 173
De videndo Deum, de puritate cordis et de modo poenitentiae, 220
- Raimundus de Peniaforte
Summa de poenitentia, 292
- Richardus Fishacre
Super S. Augustini De haeresibus adnotationes, 184
- Richardus Rufus
In IV libros Sententiarum, 165, 321, 325, 326
- Robertus Grosseteste
De cessatione legalium, 94
De libero arbitrio, 71, 76, 83–98, 120, 135
De veritate, 79
Dicta, 145
Hexameron, 315–319, 323, 328, 331, 333, 335, 336, 341, 343, 348, 350, 359, 360
Quod homo sit minor mundus, 177
- Seneca
De beneficiis, 84, 95
Ad Lucilium epistolae morales, 50, 89
- Solinus
Collectanea rerum memorabilium, 180
Summa fratris Alexandri, 371, 376
Summa poenitentiae fratrum praedicatorum, 22
Symbolum Apostolorum, 184
- Thomas de Chobham
Summa confessionum, 22
- Vergilius
Aeneid, 14